UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi, Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m] patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. 1
54.
Th. 4853.



Sum ex libris GEORGII HELWICH Moguntini, Vicarij Maioris Mogunt. comparatus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ex Legato Celmi Principis Ferdinandi
Epi Paderb: et Monaster:
Anno 1683.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. Burchardi

VVORMACIENSIS ECCLESIAE EPISCOPI, DECRETORUM Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxorũ patrũ Decretis, tum etiam diuersarũ nationum Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus totum Ecclesiasticũ munus, luculenta breuitate, & veteres Ecclesiarum obseruationes, complectitur.

Collegij Sodis Iesu Paderb.

Opus denuo excusum, omnibus Ecclesiastis, ac Parochis apprimè necessarium.

Claruit sub Henrico Imperatore: Anno salutis M. XX.



Valde rarus.

PARISIIS.

Apud Ioannem Foucherium, sub Scuto Florentiæ, via ad D. Iacobum.

1549

CVM PRIVILEGIO SENATVS.

Extraict des Registres de Parlement.

A court, veue la Requeste á elle presantée par Iehan Foucher Libraire Iuré en l'huniuersite de paris, par la quelle il requeroict luy estre parmis Imprimer, ou faire Imprimer, vng liure intitulé D. Burchardi Vuormaciensis episcopi, Decretorum Lib. XX. ex Conciliis & orthodoxorũ patrũ Decretis &c. A permis et permet audit suppliant Imprimer, ou faire Imprimer ledit liure, & exposer en vente, Et deffence á tous aultres libraires & Imprimeurs de ce ressort, Icelluy liure Imprimer, faire Imprimer ou exposer en vente, aultres que ceulx que ledit suppliãt aura faictz Imprimer, sans son aduen & consantemẽt, Iusques á cinq ans, sur peine de confiscatiõ desdis liures, & d'amende arbitraire. Faict en Parlement á Paris le dernier Iour de Decẽbre Mil cinq cens quarãte huyt.

Collation est Faicte.

Ainsy signé Du Tillet.

D. BVRCHARDVS EC-

clesiæ Vvormatiensis Episcopus, Brunichoni fidelissimo suo, & eiusdem Ecclesiæ Præposito, in Christo domino Salutem.

A Multis sanè diebus, & sæpe quidem coram familiaritas tua, charissime frater, hortando à nobis contendit, vt vtile aliquod opus non minus ex sanctorum Patrum sententiis, quàm Canonicis scripturis, vel ab cõprobatis pœnitentium exẽplis, ad necessarium Ecclesiæ nostræ deseruientium vsum, vigilanti studio colligerẽ. Et id quidẽ, vel ea ratione maximè flagitare videbaris, quòd Canonũ iura, atq; pœnitentium formæ, in nostra quidem diœcesi adeò confusa sint, atq; inter se discrẽpãtia, vt aut ex totò neglecta, aut omni penè authoritate destituta, vel modicè in Ecclesiastica disciplina institutis apparere possint. Qua de causa sæpe accidit, vt ad pœnitẽtiæ remediũ confugientibus, cùm ob canonum descriptionem confusam, tum ob presbyterorum nostrorum ignorantiam, non facilè subueniatur. Quod an ideo potissimũ fieret, nõ impudenter ex me rogasti. Et quanquam idem existimem, tamen quia non certã temporis mensuram Canonum cẽsura expressit ad singula pœnitentium delicta adhibendam: sed in absoluentium iudicio relinquendam statuit, idcirco pœnitentiæ salutaria remedia ab imperitis quidem sacerdotibus nõ pro delictorũ qualitate prouidẽtur, à piis quidem & Canonicis scripturis institutis, eadem facilè prout vniuscuiuslibet infirmitas requirit, adhibentur. Et quia hoc res ita habet, eò me dilectio tua rogauit, vt opellam hanc congestam iunioribus nostris legẽdam proponerem, quò ipsi in idonea nimirum ætate, ea discãt, quæ vel serior æqualium nostrorum ætas modò assequi nõ possit, vel antecessorum negligẽtia non attigit. Vtpote decentissimum fore existimãs, vt quis cum omni probitate se discipulum prius exhibeat, quàm doctoris authoritatem apud vulgum temerè præsumat. Et in scholis discat, quod suæ fidei commissos doceat. Equidem hanc tuam petitionem, dilectissime frater, iustissimam iudicaui, proque isto tam pio ad di-

uinam religionem affectu, gratias maximas habeo, quem pro Ecclesiæ nostræ statu, non segni solicitudine iugiter desudare animaduerto. Verùm quòd tuã exhortationem mihi sæpius inculcatam tandiu distuli, ignauiæ, torporiq; meo minimè adscribendum putabis: siquidem duę impediuerunt me causæ, quominus tibi pro tuo desiderio promptè morẽ gessi. Quarum alteram ineuitabiles Ecclesiæ nostræ necessitates attulerunt, quæ quotidie fluctuum more in nos emergunt. Altera ex grauibus secularium rerũ curis oboritur, ad quas inuiti, imperialium mandatorũ onere pertrahimur, quæ duo sanè animum meum ad cœlestia enitentem altiusculè assurgere non permittũt. Nam dum pluribus rebus inquietatur animus, infirmior est, quàm vt vnicuilibet par esse possit. Nihilominus tamen sanctis tuis petitionibus obsequutus, Synodalia præcepta, sanctaq; instituta, tam ex sanctorum patrum sententiis, quàm ex canonicis scriptis, adiutore Deo, in vnum fascem ex amplissimo orbe collegi. Eaq; vt potui, vno veluti corpore connexa, viginti libris distinxi, ita vt quisquis eos diligenter legerit, fructum non vulgarem sentiet se breui consequi posse. Perutilem quidem in docenda plebe, firmum autem propter scripturarũ authoritatem, honestum tãquam studio & diligentia acquisitum. Neq; enim sacerdotis nomen meretur, qui, quàm solicitè Euangelicam minam expendi oportet, ignorat, vt cæcus cæco dux esse non possit. Quãobrem hunc meum laborem nemo, vt collecticiũ aspernetur. Certè coëgit sacrarum in immensum scripturarũ diffusa amplitudo, necnon nostrorum negligentia, & inscitia sacerdotum, in hoc genere desudare, in quo colligere quidem licitum fuit, canones verò soli mihi sanxire illicitum. Quantis autem hoc laboribus, atque vigiliis præstiterim, Deus Opt. iudicabit, quem, quòd pro nostræ Ecclesiæ necessitate fecerim, non latet. Quare etiam si nostræ prouinciæ limites nõ exierit, nihil omnino ægrè feremus, modò nostrorum ministrorũ manibus teratur. Porrò legentibus, etiã id persuasum esse cupimus, nihil de meo in hoc opere additum esse, sed ex diuinis testimoniis scripturarum singula esse decerpta, ea sanè fide, vt perpetuã authoritatem habitura non dubitem. Ex quibus autẽ scriptis selegerim ordo sequens indicat. Bene vale, & orationib⁹ me adiuua.

EX QVIBVS LOCIS AVTHORVM scriptis Ecclesiastica hæc Decreta collegerit.

EX Canonibus, qui corpus Canonum vocantur.
Ex apostolorum Canone.
Ex transmarinis conciliis.
Ex conciliis in Germania. Gallia. Hispania. celebratis.
Ex Romanorum pontificum Decretis.
Ex euangelicis apostolicisq; scripturis.
Ex veteri Testamento.
Ex libris sancti Gregorii.
Hieronymo.
Augustino.
Ex Ambrosio.
Benedicto.
Basilio magno.
Isidoro.
Ex pœnitentiali Romano.
Ex pœnitentiali Theodori.
Ex pœnitentiali Bedæ.

INDEX SINGVLORVM Librorũ D. Burchardi Vvormarciẽ. episcopi breuiter quid quoq; libro cõtinetur ostẽdẽs.

PRimus liber continet de potestate & primatu apostolicæ sedis, patriarcharum, cæterorumq; primatuum metropolitanorũ, & de synodo celebranda, & vocatione ad synodum. De accusatis, & accusatoribus, & testibus. De expoliatis iniustè. De iudicibus, ac de omni honore cõpetenti, ac dignitate, & diuerso negocio, & ministerio episcoporum.

SEcundus liber continet de congruenti dignitate, & diuersa institutione, ac nutrimento, vel qualitate vitæ, & diuerso negocio, & ministerio presbyterorũ & diaconorum, seu reliquorum ordinum eccleleſiasticorum.

TErtius liber continet de diuinarum domorum institutione, & cultu, & honore. De decimis & oblationibus. & iustitiis singulorũ, & qui libri in sacro catalogo recipiantur, qui vero apocryphi, & quando apponendi sint.

QVartus liber continet sacramentum baptismatis, & ministerium baptizandorum, & baptizatorũ, & cõsignandorum, & consignatorum.

QVintus liber continet de sacramento corporis & sanguinis domini, & de perceptione & obseruatione eorum.

SExtus liber continet de homicidiis spontè, & nõ spontè commissis, & de parricidiis, & de fratricidiis, & de illis qui vxores legitimas, & seniores suos interficiunt, & de occisione ecclesiasticorũ, & de obseruatione, & de pœnitentia singulorum.

SEptimus liber continet de incesta copulatione cõsanguinitatis, & in quo geniculo fideles, & coniugi, & separari debeant, & de reuocatione, & de pœnitẽtia singulorum.

OCtauus liber cootinet de viris ac fœminis Deo dicatis, & sacrum propositũ transgredientibus, & de reuocatione, & de pœnitentia eorum.

NOnus liber continet de virginibus & viduis non velatis, de raptoribus earum, & de separatione eorum, de coniunctione legitimorum connubiorum, de concubinis, & de transgressione, & pœnitentia singulorum.

DEcimus liber continet de incantatoribus, & de auguribus, de diuinis, de sortilegis, & de variis illusionibus diaboli, & de maledicis, & de contentiosis, & de conspiratoribus, & de pœnitentia singulorum.

VNdecimus liber cõtinet de excommunicandis, & excommunicatis, de furibus, & de prædatoribus, & de præsumptione, & contemptu, & negligentia, & reconciliatione, & pœnitentia eorum.

DVodecimus liber continet de periurio, & de pœnitentia eius.

TErtiusdecimus liber continet de veneratione, & obseruatione sacri ieiunii.

QVartusdecimus liber continet de crapula, & ebrietate, & de pœnitentia eorum.

QVintusdecimus liber continet de imperatoribus, de principibus, & de reliqs laicis, & de ministerio eorũ.

SExtusdecimus liber continet de accusatoribus, de iudicibus, de defensoribus, de falsis testibus, & de pœnitẽtia singulorum.

SEptimusdecimus liber cõtinet de fornicatione, & incestu diuersi generis, & de pœnitentia vtriusq; sexus, & diuersæ ætatis.

OCtauusdecimus liber continet de visitatione, & pœnitentia, & reconciliatione infirmorum.

NOnusdecimus liber, qui corrector vocatur, continet correctiones corporum & animarum medicinas, & docet vnumquẽque sacerdotem, etiam simplicem, quomodo, vel qualiter vnicuique succurrere valeat, ordinato, vel sine ordine, pauperi, diuiti, puero, iuueni, seni, decrepito, sano, infirmo, in omni ætate, in vtroque sexu.

VIgesimꝰ, liber speculationũ vocatur, Speculatur enim de præscientia, & de prædestinatione diuina, & de aduẽtu Antichristi, de eius operibꝰ, de resurrectione, de die iudicii, de infernalibꝰ pœnis, de fœlicitate perpetuę vitæ.

INDEX CAPITVLORVM LIBRI PRIMI.

QVòd in nouo testamento post Christũ dominũ nostrũ à Petro sacerdotalis cœperit ordo. C. a. i.

De priuilegio beato Petro, domini vice solummodo commisso, & de discretione potestatis, quæ inter apostolos fuit. ii.

Vt summus sacerdos non vocetur Romanus pontifex: sed primæ sedis episcopus. iii.

Quòd bipartitus sit ordo sacerdotum. iiii.

Vt non laici, nec bigami, nõ viduarum mariti: sed irreprehensibiles ordinentur episcopi. v.

Vt dum episcopus eligitur, si contradictores habeat, quinque episcopi conueniant. vi.

Quòd nolentibus clericis, vel populis nemo debeat episcopus ordinari. vii.

Qui episcopi sunt ordinandi, quòd debeant prius examinari. viii.

Vt episcopi diligẽtissimè probẽtur, ante quã ordinẽtur. ix.
Quòd populo non liceat per se sacerdotum facere electiones. x.
Quòd nõ habeantur episcopi, quos nec clerus nec populus elegit, nec comprouinciales episcopi consecrarunt. xi.
Quòd nullus ordinari episcopus debeat, nisi ex conuentione. xii.
De illis qui accipiunt regimina Ecclesiarum, & cunctos fastu superbiæ parui pendunt. xiii.
De illis episcopis qui superbire incipiunt. xiiii.
Quòd ordinationes episcoporum apostolica autoritate à cunctis comprouincialibus fieri debeant. xv.
Ne laicus fiat episcopus ante triginta annos, & ante anni conuersionem. xvi.
De laicis non temerè faciendos episcopos. xvii.
Quòd per gradus ecclesiasticos, ad episcopatus debeat officium peruenire. xviii.
Vt laicam communionem non accipiat, qui per ambitionem episcopatum acceperit. xix.
Quòd episcopus esse non possit, qui nesciente metropolitano consecratus fuerit. xx.
Ne episcopi per symoniacam hæresim regiminis locum obtineant. xxi.
De his qui precio sacram mercati sunt dignitatem. xxii.
De eadem re. xxiii.
Quòd non oporteat ordinationes episcoporum diu differri. xxiiii.
De ordinationibus episcoporũ diu differẽdis minimè. xxv.
Quando quis debeat à vicinis prouinciæ episcopis ordinari. xxvi.
Vt episcopus non consecretur sine tribus episcopis. xxvii.
Vt episcopus non minus quàm à tribus ordinetur & si fieri possit archiepiscopus ãb omnib⁹ cõprouincialib⁹. xxviii.
De episcopo qui alium sine sua voluntate episcopum ordinauerat. xxix.
De abiectione eius, quem duo præsumpserint ordinare episcopi. xxx.
De nõ ordinãdis episcopis per vicos & modicas ciuitates. xxxi.
De eadem re. xxxii.

De Vuamba rege gallorũ, qui cõtra Canones in quadã villula episcoparũ fecerat, quomodo annullatũ est. xxxiii.
Vt plebs quæ nunquam habuit episcopum, nisi ex consensu non habeat. xxxiiii.
Vt nequaquam in duos metropolitanos prouincia diuidatur. xxxv.
De illis episcopis qui non sunt recepti ab illis, ad quos sunt ordinati, vel denominati. xxxvi.
De episcopo qui Ecclesiam, ad quam ordinatus est, adire neglexerit. xxxvii.
De episcopo q nõ susceperit officiũ sibi cõmissum. xxxviii.
De episcopo vacante, qui Ecclesiã vacãtẽ inuaserit. xxxix.
De episcopo q est ordinat⁹ ad Ecclesiã, & nõ est recept⁹. xl.
De his qui promouentur ad episcopatũ, nec recipiũtur. xli.
Quòd autoritas congregandarum synodorum apostolicæ sedi commissa sit. xlii.
Quòd bini conuentus episcopales singulis annis fieri debeant. xliii.
De synodis quo tempore sint habendæ. xliii.
De synodo congreganda. xlv.
De archiepiscopo qui tempore pacis vltra biennium synodum annunciare neglexerit. xlvi.
De episcopis ad synodũ vocatis, vt venire nõ cõtẽnãt. xlvii.
Quales epistolæ à metropolitano sint fratribus dirigẽdæ. xlviii.
De eadem re. xlix.
De episcopo qui synodo adesse neglexerit. l.
De episcopo qui per ægritudinẽ ad synodũ nõ venerit. li.
De episcopis ad synodum vocatis, & venire, & missos suos mittere dedignantibus. lii.
Concilium vniuersale non nisi necessitate faciendum. liii.
Vt episcopi posteriores se prioribus suis nõ præferant. liiii.
Vt episcopi sui ordinis tempus obseruent, alter alteri honorem præbens. lv.
De episcoporũ ordine, vt qui posterius ordinati sunt, prioribus se non audeant anteferre. lvi.
De rebus dubiis in conciliis episcoporũ emergẽtibus. lvii.
Vt episcopi in synodo residentes, quæ ad emendationem vitæ pertineant primùm emendent. lviii.
De metropolitano si comprouincialem episcopum in sua

causa audire distulerit. lix.
Vt episcopi iusta iudicia semper diiudicent. lx.
Vt canonum statuta ab omnibus ritè custodiantur, & nullus ea suo sensu diiudicare præsumat. lxi.
De dissidentibus episcopis. lxii.
De inflatione metropolitanorum & fastu, & de episcopis, aereliquis clericis qui læduntur à metropolitano. lxiii.
Vt plebes alienas, alius episcopus non vsurpet. lxiiii.
Vt nullus metropolitanus absque omnium comprouincialium episcoporum præsentia aliquorũ audiat causas. lxv.
Vt nullus primas vel metropolitanus aliquid agat de Ecclesiis, vel parochiis comprouincialium episcoporum & de ipsorum causis, sine eorum consilio omnium, & nec ipsi aliquid agant sine eius consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias. lxvi.
De contentione parochiæ. lxvii.
Vt episcopi qui negligunt loca sua, à vicinis episcopis vt se corrigant, admoneantur. lxviii.
De duobus episcopis altercantibus de parochia cuiusdam basilicæ. lxix.
De episcopis qui contendunt de parochiis suis. lxx.
Vt in altera parochia clericos alterius diœcesis episcopus nullatenus ordinet. lxxi.
Vt nullo modo de vna parochia ad aliã eps trãseat. lxxii.
De præsumptione alienæ diœcesis. lxxiii.
Ne episcopus, sua ciuitate despecta, ambitus causa ad aliam transeat. lxxiiii.
Vt ab episcopis aliena parochia minimè peruadatur. lxxv.
De eadem re. lxxvi.
De mutatione episcoporum. lxxvii.
De eadem re. lxxviii.
De eadem re. lxxix.
De episcopo qui in sua fuerit persequutus Ecclesia quod ad aliam ei sit fugiendum. lxxx.
De episcopo qui principalem cathedram suæ Ecclesiæ negligit. lxxxi.
De episcopis qui sedes suas negligunt, & in possessionibus suis longè positis diu morantur. lxxxii.
De episcopis vt singulis annis parochiam suam circueant. lxxxiii.

De episcopis qui rarò aut nunquam per seipsos plebes sibi commissas visitant. lxxxiiii.
Vt episcopi presbyteros suos de ministeriis illorum diligenter discutiant. lxxxv.
Vt episcopus cum paucis suam parochiã circueat. lxxxvi.
Si episcopus parochiã suam visitare nequiuerit, viros probabilis vitæ pro se mittat. lxxxvii.
Qualẽ ministrũ episcopus iuxta se habere debeat. lxxxviii.
De episcopo ne laicum ponat sibi vicarium. lxxxix.
Vt in circuitione episcopi, omnes qui sunt in parochia singularum Ecclesiarum matricum, exceptis infirmis, ad synodum eius venire debeant. xc.
Decretalis constitutio Eutychiani papæ, quid episcopi in synodo inquirere debeant. xci.
Iusiurandum synodale. xcii.
Iuramentum cæterorum. xciii.
Post datum sacramentum episcopi illos qui iurauerint per lxxviii. interrogationes quæ in contextu secundum ordinem inueniuntur, diligentissimè interrogent. xciiii.
Vt episcopi libros gentilium non legant. xcv.
Vt episcopi prout vulgus intelligere possit, secũdũ ꝓprietatẽ cõmunis linguæ, illorũ prædicationẽ tẽperent. xcvi.
Reprehensio episcopi in pulpito paganes libros exponẽtis, eo ꝙd cũ Iouis laudibus Christi laudes nõ cõueniãt. xcvii
Quantum discrimen immineat pastoribus, qui veritatem Christi prædicare negligunt. xcviii.
Quòd episcopum oporteat sine intermissione Ecclesiam suam docere, & amare. xcix.
De ignorãtia omnibus maximè sacerdotibus vitanda. c.
Vt episcopus dissidentes concordare compellat. ci.
Vt in die dominica rerum diiudicationes non fiant. cii.
De domestica & interiori conuersatione. ciii.
Vt episcopus quasi hospes se continere debeat. ciiii.
Vt episcopi frequenter Missas celebrent. cv.
Ne episcopus precio corruptus, alterius clericum ordinare præsumat. cvi.
Vt episcopus clericos alterius parochiæ nullatenus ordinet. cvii.
Vt nullus episcopus, in alterius episcopi parochia, ad promotionem ministerij accedere præsumat. cviii.

Ne episcopus alterius Ecclesiæ clericum, audacter inuadere attentet. cix.
De non præsumendis illicitis ordinationibus. cx.
De episcopo cæco, qui per presbyterum suum, presbyterũ, & diaconos duos ordinauerat. cxi.
Quòd non oporteat episcopum per pecuniam quempiam ordinare. cxii.
Quòd munus etiã sit à lingua vitandum. cxiii.
Vt non valeat sententia episcopi, nisi clericorum suorum præsentia firmetur. cxiiii.
Vt episcopus secundum reditum ecclesiarum, numerum clericorum faciat. cxv.
De episcopis peregrinis. cxvi.
Vt leuitate vagantes episcopi, ad propria redire compellantur. cxvii.
Quandiu episcopus in aliena ciuitate remoretur. cxviii.
De suscipiẽdis episcopis qui persecutionẽ patiuntur. cxix.
De illis qui se dicunt episcopos esse. cxx.
Qualiter peregrini episcopi recipiantur. cxxi.
De episcopis vel presbyteris ignotis, vt ante probationem synodalem ministrare non permittantur. cxxii.
Vt episcopus hostilitate expulsus, ad aliam vacantem transeat ecclesiam. cxxiii.
De episcopis qđ oẽs hoĩes eis iure obedire debeãt. cxxiiii.
Quòd episcopi claues sint Ecclesiæ, & habeant potestatem claudere cœlum, & aperire portas eius. cxxv.
Quòd episcopos dominus ad glorificandum se elegerit, & quòd omnes principes terræ eis obedire oporteat, & capita sua submittere. cxxvi.
De episcopis, quòd se inuicem diligere debeant. cxxvii.
Vt episcopus episcopum alium non conculcet. cxxviii.
De episcopis qui se à fratrũ adiutorio subtraxerint. cxxix.
De episcopis qui se, quasi canino dente, inuicem corroserint. cxxx.
De episcopis qui fratribus nocere desiderant. cxxxi.
Vt de episcopo suo nullus querelam faciat, nisi prius eum de eadem sæpe interpellet. cxxxii.
Vt episcopi à solo domino sint diiudicandi. cxxxiii.
Ni mistimendum & præuidendũ ne offendantur episcopi. cxxxiiii.

De episcopis qui ab ouibus suis criminantur, vt eorum criminatio non recipiatur. cxxxv.
Episcopos à suis ouibus nō reprehendendos, quod absit, nisi in fide errauerint. cxxxvi.
De eadem re. cxxxvii.
De eadem re. cxxxviii.
De eadem re. cxxxix.
De infamatis & dilaceratis episcopis, & à ciuitatibus propriis pulsis. cxl.
Vt episcopus nō diiudicetur, qui suis rebus expoliatus. cxli.
De eadem re. cxlii.
De eadem re. cxliii.
Vt episcopi criminati liberè apostolicā appellēt sedem, & pleraque alia circa iudicium obseruanda. cxliiii.
Episcopus si ab aliquo pulsatur, per episcopos iudices causa finiatur. cxlv.
De episcopis iudicibus quos cōmunis sensus elegerit. cxlvi.
Vt episcopi comprouinciales, peregrina iudicia non patiā tur. cxlvi.
De episcopo criminato, si iudicem suspectum habuerit. cxlviii.
Si quis episcopus in crimine detētus fuerit, & nō potest plurimos congregare, à duodecim episcopis audiatur. cxlix.
De episcopo criminato, si episcopi comprouinciales in eius criminatione dissenserint. cl.
Vt episcopis nullus laicus crimen imponere possit. cli.
Quòd inimici accusatores esse non possint. clii.
Vt episcopi accusatorū episcoporū iudices esse debeāt. cliii
Qualiter accusatus episcopus discutiēdus sit apud patriarchas vel primates, & quot testibus cōuinci debeat. cliiii.
De patriarchis, & primatibus. clv.
De vocatione accusati episcopi. clvi.
Vt primates de accusato episcopo non ante sententiā proferant damnationis, quàm aut reum seipsum confiteatur, aut canonicè per innocentes testes conuincatur. clvii.
Qualis primas esse, vel quid agere debat. clviii.
Vt episcopi singularum gentium sciant quis inter eos sit primus. clix.
Vt episcopus accusatus nō communione priuetur, nisi die statuta venire noluerit. clx.

De Maximo episcopo, variis criminibus infamato, & ad synodũ sæpius vocato, qui venire & se excusare neglexerat. clxi.
De episcopo inculpato qui ad synodum vocatus venire cõtempserat. clxii.
Qui primates sint, qui metropolitani. clxiii.
Quod neganda sit accusatis licentia criminãdi, priusquã se crimine exuerint, & familiaribus atq; sponte confessis, & his qui heſternò aut perẽdiè, aut ante fuerũt inimici. clxiiii.
De criminationibus aduersus doctores non susceipendis, & de peregrinis iudiciis. clxv.
Vt aduersus doctorem accusationes nemo susceipiat. clxvi.
Vt nemo episcopum apud seculares accuset. clxvii.
De episcopis in iudicium seculare non vocandis. clxviii.
Vt non accusetur episcopus à criminosis. clxix.
Quòd nullus episcopus extra suam prouinciam ad iudicium inuitetur. clxx.
De accusatoribus, & testibus episcoporum. clxxi.
De eadem re. clxxii.
Quæ sint infames personæ. clxxiii.
De episcopo accusato, & ab accusatoribus recipiendis, & vocatione. clxxiiii.
De damnatione episcoporũ, accusantium episcopum absq; autoritate apostolicæ sedis. clxxv.
Vt acusatus vel iudicatus ab epscopis comprouincialibus, licenter appellet, & adeat Romanũ pontificem. clxxvi.
Vt per scripta nullius accusatio susceipiatur eo absente qui accusatur. clxxvii.
Vt difficiliores causæ ad apicẽ Romanæ sedis referantur, vt apostolico terminentur iudicio, cuius sedis autoritate omnes Ecclesiæ reguntur. clxxviii.
Quòd omnes episcopi possint appellare Romanam sedem in necessitatibus positi. clxxxi.
De induciis criminatorũ episcoporũ quales esse deb. clxxx
De episcopo Centurienſi, qui causam suam in synodo agere renuerat. clxxxi.
Iudicium episcopi qui pro crimine eiectus ab officio, postea episcopatum morè prædonis inuasit. clxxxii.
Cur sancti apostoli eorumque successores voluerint difficilem esse accusationem sacerdotum. clxxxiii.

Si episcop' expulsus ausus fuerit ingredi ciuitatē. clxxxiiii.
De episcopis qui, se viuentibus, successores eligere desiderant. lxxxv.
Vt episcopo viuente nullus superordinetur, clxxxvi.
Quòd non liceat episcopo successorem eligere. clxxxvii.
Quòd nusquam canones præcipiant, vt pro ægritudine episcopi, alius succedat, & si ipse pro sua molestia petierit, qualiter fieri possit. clxxxviii.
De Ariminēsi episcopo, dolore capitis laborante, & in eius loco altero subrogato. clxxxix.
De episcopo qui per infirmitatem in hebetudinem mentis inciderit. cxc.
De episcopo qui propter dolorem capitis sepe in amentiam deuenerat. cxci.
De restitutis episcopis per Romanum pontificem. cxcii.
Vt sacerdotes domini, sicut vulgus facere solet, iurare non præsumant, vel compellantur cxciii.
De episcopo siniſtro rumore aspersо, per sacramentum autem, & purgato, & absoluto. cxciiii.
Correctio episcopi qui concubinam habuit. cxxv.
De episcopo per sacramentum purgato, & absoluto. cxcvi.
Qualiter senex episcopus corripiendus sit, & quomodo malí eius consiliarij excommunicandi. cxcvii.
De purgatione Leonis papæ. cxcviii.
Si quis ex Ecclesiastico ordine dānatus fuerit à synodo, & ausus fuerit de sacro ministerio aliquid cōtingere. cxcix.
Si aliquis ex Ecclesiastico ordine excommunicatus fuerit, & communicare præsumpserit seipsum damnat. cc.
De ordinatis si aliquis illorum percussor extiterit. cci.
De episcopis suamanu cædentibus. ccii.
De illo qui seipsum & sibi commissos corrigere neglexerit. cciii.
De eadem re. cciiii.
De malo pastore quem suæ oues fugiunt. ccv.
De illo qui nobilitatem Dei à se eiicit. ccvi.
Quòd non sunt omnes filij sanctorum, qui tenent loca sanctorum. ccvii.
Quòd nullus ex genere, nec ex loco gloriari debeat. ccviii.
De sacerdotibus qui ouibus suis mala exempla præbent. ccix.

Vt tantùm curam rerum Ecclesiasticarum episcopus habeat. ccx.
De vsu pallij ne à metropolitanis prę̃sumptiuè vtatur. ccxi.
Quòd episcopus res suæ Ecclesiæ, nisi cum suo prius commutet, testamentare non possit. ccxii.
De episcopo qui res suæ Ecclesiæ parentibus suis indiscretè tribuit. ccxiii.
De eadem re. ccxiiii.
Ne episcopus de rebus viduatę Ecclesiæ quicquam alienare præsumat. ccxv.
De illis qui ad sacerdotũ exequias venire cõtendũt. ccxvi.
Vt quicquid episcopo relinquitur, id emissum in facultates Ecclesiæ computetur. ccxvii.
Vt nullus episcopus, nisi cum consilio cæterorum episcoporum & principis, in hostem ire debeat. ccxviii.
De eadem re. ccxix.
De eo si quis ab apostolico falsam epistolã detulerit. ccxx.
De accusatis episcopis. ccxxi.
Quòd non ita in Ecclesiasticis agendum sit negociis, sicut in secularibus. ccxxii.
Quòd nulli, papa viuente, alium eligere liceat. ccxxiii.
De sessione episcopi. ccxxiiii.
Item de ordinatione episcopi. ccxxv.
Quæ sacerdotes Dei declinare debeant. ccxxvi.
De hæreditate episcopi cæterorũq; Ecclesiasticor. ccxxvii.
Ne episcopi propter suam quietẽ, plebem sibi commissam negligere præsumant. ccxxviii.
De episcopis qui, nõ visitatis parochiis, precium seruitutis requirunt. ccxxix
De purgatione episcoporum. ccxxx.
De eo qui ex monacho factus fuerit episcopus. ccxxxi.
De illo qui de aliqua hæresi infamatur, quòd in sacro conuentu formulam istius professionis recitare debeat. ccxxxii.
De damnatis episcopis, & post reconciliatis. ccxxxiii.
De episcoporum transmutatione. ccxxxiiii.

Indicis Capitulorum FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMACIENSIS EPISCOPI, DE *primatu Ecclesiæ, Decretorum Liber primus.*

Quòd in nouo testamento post Christum dominum nostrum à Petro sacerdotalis cœperit ordo. Cap. I.

IN NOVO AVTEM TESTAmẽto post Christũ dominum nostrum, à Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primò põtificatus in Ecclesia Christi datus est, dicente domino ad eum: Tu es, inquit, Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meã, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Hic ergo ligandi soluendiq́ue potestatem primus accepit à domino, primúsque ad fidem populum Dei gratia, & virtute suæ prædicationis adduxit. *Ex epistola Anacleti papæ ad Episcopos Italiæ directa.*

De priuilegio beato Petro domini vice solummodo commisso, & discretione potestatis, quæ inter Apostolos fuit. Cap. II.

ATQVE hoc priuilegiũ beato clauigero Petro, sua vice solummodo commisit, quòd eius iustè prerogatiuum succesſit sedi, futuris hæreditandum, atque tenendum temporibus, quomodo & inter beatissimos apostolos fuit quædam discretio potestatis. Et licet cunctorum par electio foret, beato tamẽ Petro concessum est, vt alijs præemineret, & eorum quæ ad querelam venirent causas, & interrogationes prudenter disponeret. Quod Dei ordinatione taliter ordinatum esse credimus, ne omnes posteri eorum cuncta sibi vendicarent: sed semper maiores causæ, sicut sunt Episcoporum, & potiorum curæ ne- *Ex epistola Melciadis papæ. Hispanijs Episcopis directa.*

gociorum ad vnam beati principis apostolorum Petri sedem confluerent, vt inde suscipiant finem iudiciorum, vnde acceperunt initium institutionum, ne quandoque à suo discreparent capite.

Vt summus sacerdos non vocetur Romanus pontifex, sed primæ sedis Episcopus. Cap. III.

Ca. Africano. 6. VT primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantùm primæ sedis Episcopus.

Quòd bipartitus sit ordo sacerdotum. Cap. IIII.

Ex epistola Anacleti papæ missa omnibus Episcopis & reliquis sacerdotibus, cap. 18. SAcerdotũ, fratres, ordo, bipartitus est, & sicut dominus illum constituit, à nullo debet perturbari. Scitis autẽ apostolos à domino esse electos, & constitutos, & postea per diuersas prouincias ad prædicandũ dispersos. Quum verò messis cœpit crescere, videns paucos esse operarios, ad eorũ adiumẽtũ septuaginta eligi præcepit discipulos. Episcopi verò Apostoloru, presbyteri quoq; septuaginta discipulorum locum tenent. Episcopi autem non in castellis, aut in modicis ciuitatibus debẽt cõstitui, sed presbyteri per castella & modicas ciuitates atque villas, debent ab Episcopis ordinari & poni singuli tamẽ per singulos titulos suos. Amplius q̃ àm isti duo ordines sacerdotum, nec nobis collati sunt, nec apostoli docuerunt.

Vt non laici, nec bigami, nec viduarum mariti, sed irreprehensibiles ordinentur Episcopi. Cap. V.

Ex decr. Leonis papæ, titulo 33. IN ciuitatibus quarum rectores obierint, de substituendis Episcopis hæc forma seruetur, vt is qui ordinandus est, etiam si bonæ vitæ testimonio fulciatur, non laicus, nec neophitus, nec secundæ coniugis sit maritus, aut qui vnam quidem habeat, vel habuerit, & quam sibi viduam copularit. Sacerdotum enim tam excellens est electio, vt quæ in aliis membris Ecclesiæ non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita.

Vt dum Episcopus eligitur, si contradictores habeat, quinque episcopi conueniant. Cap. VI.

Ex cõcil. Africano, ca. 17 SED & illud est statuendum, vt quando ad eligendum Episcopum conuenerimus, si qua contradictio fuerit obortа, quia talia facta sunt apud nos, non præsumãt ad

purgandum eum, qui ordinãdus est, tres episcopi iam, sed postulẽtur ad numerum supradictorum si haberi possunt duo, in eadem plebe cui ordinandus est. & discutiantur primò personæ contradicẽtium. Postremò etiam illa quæ obiiciuntur, pertractẽtur. Et cùm purgatus fuerit sub cõspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis animo concordat, roboretur vestræ dignatiõis responsione. Ab vniuersis Episcopis dictũ est: satis placet.

Quòd nolentibus clericis vel populis nemo debeat Episcopus ordinari. Cap. VII.

NVLLVS inuitis detur Episcopus, cleri, plebis & ordinis consensus, & desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur Ecclesia, si de ciuitatis ipsius clericis cui est Episcopus ordinãdus, nullus dignus, quo deuenire nõ credimus, potuerit inueniri. Primùm enim illi reprobãdi sunt, vt aliqui de alienis Ecclesiis meritò præferantur. Habeat vnusquisque suæ fructum militiæ in Ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem. In aliena stipendia minimè alter obrepat, nec alii debitam alter sibi audeat vendicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi, si se viderint prægrauari Et quos sibi ingeri ex transuerso cognouerint, non timeant refutare, qui si non, debitum præmium, vel liberum de eo qui eos recturus est, debent habere iudicium. *Ex decr. Celestini papæ, ca. 18.*

Qui Episcopi sunt ordinandi, quòd debeant prius examinari. Cap. VIII.

QVI Episcopus ordinãdus est, antea examinetur, si natura prudẽs est, si docibilis, si moribus tẽperatus, si vita castus, si sobrius, si semper sui negocii cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege dñi instructus, si in scripturarũ sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus. Et ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus adserat, id est, patrẽ, & filium, & spiritũ sanctũ, vnum dũm esse cõfirmans, totámq; in trinitate deitatẽ, coëssentialẽ, & cõsubstãtialẽ, & coæternalẽ, & coomnipotẽtem prædicans, singulámq; in trinitate personam plenum Deum, & totas tres personas, vnum Deũ. Si incarnationem diuinã non in patre neq; in spiritu sancto factã, sed in filio tantũ credat, vt qui erat in *Ex cõcil. Carthaginensi, cap. 1.*

diuinitate Dei patris filius, ipse fieret in homine hominis matris filius: Deus verus ex patre, homo verus ex matre: carnem ex matris viscer bus habens, & animā humanam rationalem: simul in eo vtranque naturam, id est, hominis & Dei, persona vna, vnus filius, vnus Christus, vnus dominus creaturarum omnium quæ sunt, & authorem, & dominum, & creatorem cum patre & spiritu sancto omnium creaturarum. Qui passus sit vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte, resurrexit vera carnis suæ resurrectione, & vera animæ resumptione, in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Quærendū etiam ab eo, si noui & veteris testamenti, id est, legis & prophetarū, & apostolorum, vnum eundémque credat authorem & dominum. Si diābolus non per conditionem, sed per arbitrium suum factus sit malus. Querendum etiam ab eo, si credat huius, quam gestamus, & non alterius carnis resurrectionem. Si credat iudicium futurum, & recepturos singulos pro his quæ in hac carne gesserunt, vel pœnas, vel præmia. Si nuptias non improbet. Si secūda matrimonia non condemnet. Si carnium perceptionem non culpet. Si pœnitentibus reconciliatis communicet. Si in baptismo omnia peccata, id est, tam illud originale cōtractū, quàm illa quæ voluntari admissa sunt dimittātur, si extra Ecclesiam catholicam vllus saluetur. Quum in his omnibus examinatus, plenitérque instructus repertus fuerit, tunc ordinetur Episcopus.

Vt Episcopi diligentissimè probentur, antequam ordinentur. Caput IX.

Ex cōcil. Aurelia. cap. 12. VT Episcopi iudicio Metropolitanorum & eorū Episcoporum qui circumcirca sunt, prouehātur ad ecclesiasticam potestatem, hi videlicet, qui plurimo tempore probantur, tam verbo fidei, quàm rectæ conuersationis exemplo.

Quòd populo non liceat per se sacerdotum facere electiones. Cap. X.

Ex cōcil. Bracarē. cap. 1. NON liceat populo electionē facere per se, eorum qui ad sacerdotium prouocātur, sed in iudicio Episcoporum esse debet, vt ipsi eum, qui ordinandus est, probent, si in sermone & fidē, & spiritali vita edoctus sit.

Quòd non habeantur Episcopi, quos nec clerus, nec populus elegit, nec comprouinciales Episcopi consecrarunt. Cap. XI.

NVLLA ratio sinit, vt inter Episcopos habeátur, qui nec à clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec à cõprouincialibus Episcopis cum Metropolitani iudicio consecrati. Vnde cùm sæpe quæstio de malè accepto honore nascatur, quis ambigat, nequaquam & ab istis esse tribuendum, quòd non deceatur fuisse collatũ? Si qui autem clerici ab istis pseudepiscopis in eis Ecclesijs ordinati sunt, quæ ad proprios Episcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum consensu & consilio præsidentium facta est, potest rata haberi, ita vt in ipsis Ecclesijs perseuerent. Aliter autem vana habenda est consecratio, quia nec loco fundata est, nec authoritate munita. *Ca. Leonis papæ 15.*

Quòd nullus ordinari Episcopus debeat, nisi ex conuentione. Cap. XII

NVLLVS est ordinandus Episcopus, nisi cõuocatis clericis & parochianis, & in vnum consentiẽtibus. *Ex cõcil. Aurelia. cap. 2.*

De illis qui accipiunt regimina Ecclesiarum, & cunctos fastu superbiæ parui pendunt. Cap. XIII.

QVIDAM assumpta Ecclesia, & rebus diuinis eleuantur, & cunctos fastu superbiæ paruipendunt: hi canes magis, quàm principes nominantur. *Origenes dicit.*

De illis Episcopis, qui superbire incipiunt. Cap. XIIII.

HVmilis debet esse Episcopus. Gradũ enim mãsuetudinis accipit, non superbiæ. Paulus dicit: Decet huiusmodi hominẽ mansuetũ esse, non elatum, nec superbũ. *Ex dictis Gregorij papæ, & Apostoli Pauli.*

Quòd ordinationes Episcoporum apostolica authoritate à cunctis prouinci alibus fieri debeant. Cap. XV.

ORdinationes Episcoporũ authoritate apostolica ab omnibus qui in eadem fuerint prouincia, sunt celebrandæ, qui simul conuenientes, scrutinium diligenter agant, ieiuniúmque cum conuenientibus precibus celebrent, & manus cum sanctis Euangeliis quæ prædicaturi sunt imponentes, dominica die hora tertia orantes, sa- *Ex epistola Anacle. papæ scripta episcopis Italiæ ca. nono.*

cráque vnctione exemplo prophetarum & regum, capita eorum more apostolorum & Mosi vngentes, quia omnis sanctificatio constat in spiritu sancto, cuius virtus inuisibilis, sancto est chrismate promulgata, hoc ritu solénem celebrét ordinationem. Quòd si omnes simul conuenire minimè potuerint, assensum tamen suis precibus & scriptis præbeant, vt ab ipsa ordinatione animo non desint. Porrò & Hierosolymitarum primus archiepiscopus beatus Iacobus, qui iustus dicebatur, & secũdum carnem domini nũcupatus est frater, à Petro, Iacobo & Ioanne apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dantes formá eorum, vt minus quàm à tribus episcopis reliquísque omnibus assensum præbentibus nullatenus ordinetur, & cũ communi voto ordinatio celebretur.

Ne laicus fiat episcopus ante XXX. *annos, & ante anni conuersationem.* Cap. XVI.

Ex cõcil. Aralatensi, ca. 7

EPiscopatus verò vel presbyterii honorẽ, nullus laicus ante anni conuersationem, vel ante triginta annos accipiat.

De laicis non temerè faciendum episcopos. Cap. XVII.

Ex cõcil. Sardicẽsi, cap. 13.

OSIVS episcopus dixit: Et hoc necessariũ arbitror, vt diligẽtissimè tractetis, si fortè aut diues, aut scholasticus de foro, aut ex administratore Episcopus fuerit postulatus, vt nõ prius ordinetur, nisi antè & lectoris munere, & officio diaconi, aut presbyteri fuerit perfunctus: & ita per singulos gradus si dignus fuerit, ascendat ad culmen episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ habebunt vtique prolixũ tempus probari, qua fide sit, qua modestia, qua grauitate & verecundia: & si dignus fuerit probatus, diuino sacerdotio illustretur: quia conueniens non est, nec ratio vel disciplina patitur, vt temerè & leuiter ordinetur, aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est maximè cùm & magister gentium beatus apostolus Paulus, ne hoc fieret denunciasse & prohibuisse videatur, sed hi quorum per longum tempus examinata sit vita, & merita fuerint comprobata.

Quòd per gradus ecclesiasticos ad episcopatus debeat officium peruenire. Cap. XVIII.

Ex decr. Celest. pa

ORdinatos verò quosdã, fratres charissimi, episcopos, qui nullis ecclesiasticis, ordinibus ad tantæ dignita-

tis fastigium fuerint instituti, contra patrum decreta, hu ius vsurpatione, qui se hoc recognoscit feciſſe didicimus, cùm ad episcopatum his gradibus quibus frequentissimè cautũ est, debeat peruenìri, vt minoribus initiari officiis, ad maiora firmentur. Debet enim antea esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere quod didicit. Omnis vitæ institutio, hac ad id quo tendit se ratione confirmat. Qui minimè literis operam dederit, præceptor non potest esse literarum. Qui non per singula stipendia creuerit, ad meritum stipẽdii ordinem non potest peruenire. Solum sacerdotium inter ista rogo vilius est, quòd facilius tribuitur, cùm difficilius impleatur?

Pæ Galliarũ Episcopis missis, ca. 16

Vt laicam communionem non accipiat, qui per ambitionem episcopatum acceperit. Cap. XIX.

OSIVS episcopus dixit: Etiam si talis aliquis extiterit temerarius, vt fortasis talem excusationem adferens asseueret, quòd literas populi acceperit, cùm manifestum sit potuisse plures præmio & mercede corrumpi eorum qui synceram fidem non habent, vt clamarent in ecclesia, & ipsum petere viderentur episcopum, omnino has fraudes damnandas esse arbitror, ita vt nec laicam in fine communionem talis accipiat. Si vobis omnibus placet, statuite. Synodus respondit placet.

Ex cõcil. Sardicẽsi, cap. 2.

Quòd episcopus esse non possit, qui nesciente metropolitano consecratus fuerit. Cap. XX.

ILLVD autẽ ante omnia claret, quòd eũ qui sine conscientia metropolitani cõstitutus fuerit episcopus, iuxta magnam synodum esse episcopum non debere.

Ex cõcil. Aralatensi, cap. 6.

Ne Episcopi per symoniacam hæresim, regiminis locum obtineant. Cap. XXI.

CAuendum & summopere præcauendũ ac per virtutẽ Christi sanguinis interdicendum episcopis & regibus, & omnibus sublimioribus potestatibus, atque cunctis fautoribus & electoribus quorumcunque, atque consensoribus, seu ordinatoribus in gradu ecclesiastico, vt nemo per symoniacã hæresim, regiminis locũ obtineat quacũque factione, calliditate, promissiõe, seu cõmoditate aut

Ex cõcil. Medensi, cap. 43.

dationem per se,aut per emissam personam cùm spiritus sanctus inter cætera documenta per os dicat Gregorii: Cur non perpẽdit,quia benedictio illi in maledictionem conuertitur? Et alibi: Dolens,inquit,dico,gemens denuncio, quia sacerdotium quod apud vos intus cecidit, foris diu stare non poterit.

De his qui precio sacram mercati sunt dignitatẽ. Ca. XXII.

Ex epistola Gelasii papæ, ca. 5.

QVOS constiterit indignos meritis,sacram mercatos esse precio dignitatem,conuictos oportet arceri,quia dantem pariter, accipientémque damnatio Symonis,quam sacra lectio testatur,inuoluit.

De eadem re. Cap. XXIII.

Ex epist. Oricusdæ papæ, cap.10.

HOC itaque ad priora coniungimus,ne benedictio per impositionem manus,quæ à Deo esse creditur, precio comparetur,quia Symon spiritum sanctum volens precio mercari,apostoli fuit detestatione percussus.

Quòd non oporteat ordinationes Episcoporum diu differri. Cap. XXIIII.

Cap. 25. Chalced.

QVoniam quidam metropolitanorum, quãtum comperimus,negligunt commissos sibi greges,& ordinationes Episcoporum facere differunt, placuit sanctæ synodo intra tres menses ordinationes Episcoporum celebrari,nisi fortè necessitas inexcusabilis præparet tempus dilationis extendi: quod si hoc minimè fecerit,correptioni ecclesiasticæ subiacebit. Veruntamen reditus Ecclesiæ viduatæ penes œconomum eiusdem Ecclesiæ integri reseruentur.

De ordinationibus Episcoporũ diu minimè differẽdis. Ca. XXV.

Ex decr. Damasi papæ, ca. 2.

QVoniam quidam metropolitanorũ fidem suam secundum priscam consuetudinem sanctæ sedi apostolicæ exponere detrectantes,vsum pallii, neque expetunt,neque percipiunt,ac per hoc Episcoporum consecratio viduatis Ecclesiis nõ sine periculo protelatur,placuit vt quisquis metropolitanus,vltra tres menses consecrationis suæ ad fidem suam exponẽdam, palliúmque suscipiendum,ad apostolicã sedem non miserit,com-

missa sibi careat dignitate, sitque licentia metropolitanis alijs post secundã & tertiam commonitionem viduatis Ecclesiis cum consilio Romani pontificis ordinando Episcopum subuenire. Si verò consecrandi Episcopi negligentia prouenerit, vt vltra tres mẽses Ecclesia viduata consistat, communione priuetur, quousque aut loco cedat, aut se consecrandum præbere non differat. Quòd si vltra quinque menses per suam negligentiam retinuerit viduatam Ecclesiam, neque ibi, neque alibi consecrationis donũ percipiat, imò metropolitani sui iudicio cedat.

Quando quis debeat à vicinis prouinciæ Episcopus ordinari. Cap. XXVI.

OSIVS Episcopus dixit: Si cõtigerit in vna prouincia, in qua plurimi fuerint Episcopi, vnum fortè remanere episcopum, & populi conuenerint, episcopi vicinæ prouinciæ debẽt illum prius conuenire Episcopum, qui in ea prouincia moratur, & ostendere quod populi petant sibi rectorem, & hoc iustum esse, vt & ipsi veniãt, & cum ipso ordinent Episcopum. Quòd si conuentus literis tacuerit, & dissimulauerit, nihilque rescripserit, satisfaciendum esse populis, vt veniant ex vicina prouincia episcopi, & ordinent Episcopum. *Cap. Sardicensi. 5.*

Vt Episcopus nõ consecretur sine tribus Episcopis. Ca. XXVII.

NVLLVS episcopus sine metropolitani permissu, nec episcopus metropolitanus, sine tribus episcopis cõprouincialibus præsumat episcopũ ordinare, ita vt alii comprouinciales epistolis admoneãtur, vt se suo responso cõsensisse significẽt. Quòd si inter partes aliqua fuerit dubitatio, maiori metropolitanus in electione cõsentiat. *Ex concilio Aralatensi, cap. 5.*

Vt episcopus non ordinetur minus quàm à tribus, & si fieri possit archiepiscopus ab omnibus cõprouincialibus. Cap. XXVIII.

DE ordinationibus episcoporum super quibus nos cõsulere voluistis, olim in spiritu præcessoris nostri Anacleti quædam iam decreta reperimus. Scimus enim beatissimum Iacobum, qui dicebatur iustus, qui secundum etiam carnem frater domini nũcupatus est, à Petro, Iacobo & Ioanne apostolis, Hierosolymis episcopum esse or- *Ex epist. Anicii papæ eccle-sijs p Galliam constitutis directa.*

dinatum. Si autem non minus quàm à tribus apostolis tãtus vir fuit ordinatus, patet profecto, eos formam instituente domino tradidisse, non minus quàm à tribus episcopis, episcopum ordinari debere. sed crescente numero episcoporum, nisi necessitas interuenerit, debent etiã plures augeri. Si autem archiepiscopus obierit, & alter ordinandus archiepiscopus fuerit, omnes eiusdem prouinciæ episcopi ad sedem metropolitanam conueniant, vt ab omnibus ipse eligatur & ordinetur. Oportet autẽ vt ipse qui illis omnibus præesse debet, ab omnibus illis eligatur & ordinetur. Reliqui verò comprouinciales episcopi, si necesse fuerit, cæteris cõsentientibus, à tribus iussu archiepiscopi cõsecrari possunt episcopi, sed melius est si ipse cum omnibus eum qui dignus est, elegerit, & cuncti pariter consecrauerint pontificem. Et licet illud necessitate cogente concessum sit, illud autem quod de archiepiscopi consecratione præceptum atque prædictum est, id est, vt omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus immutari licet, quia qui illis præest, ab omnibus episcopis quibus præest, debet constitui. Sin aliter præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita erit eius secus acta ordinatio.

De episcopo qui alium sine sua voluntate episcopum ordinauerat. Cap XXIX.

Ex epist. Simplicij papæmissa Ioanni Rauẽnati episco. cap. 1.

SI quis esset intuitus ad normam ecclesiasticæ disciplinæ, vel si quid apud te sacerdotalis modestiæ teneretur, nunquam plectibiles perpetrarentur excessus. A quibus si nullo te paternarum regularum poteras continere præcepto, saltem sanctæ memoriæ prædecessoris tui fueras reuocandus exemplo, qui cùm faciendo presbyterum minus deliquisset inuitum, senserat tamen dignum pro tali vsurpatione iudicium. Vbi ista didicisti, quæ in fratrẽ & coëpiscopum nostrum Gregorium, non electione, sed inuidia perpetrasti, quem inexcusabili violentia pertrahi ad te passus es, atque vexari, vt ei honorem tantum, non per animi tranquillitatem sed per amentiam, sicut dicendum est, irrogares? Neque enim talia potuissent fieri, sanitate consilij. Nolumus exaggerare quod gestum est, ne cogamur iudicare quod dignum est. Nam priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.

De abiectione eius quem duo præsumpserint ordinare episcopi. Cap. XXX.

DE abiectione eius quem duo præsumpserint ordinare episcopi, in nostris prouinciis placuit de præsumptoribus, vt sicubi contigerit duos episcopos tertium consecrare, & ipse & autores damnabuntur, quò cautius ea quæ sunt antiquitus statuta seruentur. *Ex cõcil. Arausi. cap. 20.*

De non ordinandis episcopis per vicos & modicas ciuitates. Cap. XXXI.

LIcentia verò danda non est ordinandi episcopum, aut in vico aliquo, aut in modica ciuitate, cui sufficit vnus presbyter, quia non est necesse ibi episcopum fieri, ne vilescat nomen episcopi & autoritas. Non debent illi ex alia prouincia inuitati facere episcopum, nisi aut in his ciuitatibus quæ episcopos habuerunt, aut si qua talis aut tam populosa est ciuitas, quæ mereatur habere episcopum. Si hoc omnibus placet. Synodus respondit: placet. *Ex cõcil. Sardicẽsi cap. 6.*

De eadem re. Cap. XXXII.

ILlud sanè quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum statuta seruari, vt non in quibuslibet locis, neque quibuscunque castellis, & vbi antea non fuerunt episcopi, consecrentur, quum vbi minores sunt plebes, minoresque conuentus, presbyterorum cura sufficiat, episcopalia autem gubernacula, non nisi maioribus populis & frequentioribus ciuitatibus oporteat præsidere, ne quod sanctorum patrum diuinitus inspirata decreta vetuerunt, viculis & possessionibus, vel obscuris & solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastigium, & honor cui debent excellentiora committi, ipse sui numerositate vilescat. *Ex decre. Leonis papæ, ca. 49*

De Vvamba rege Gallorum qui contra canones in quadam villula episcopatum fecerat, quomodo adnullatum est. Cap. XXXIII.

MAioribus institutionibus contraire, & sanctorum patrum decreta cõuellere, quid aliud est, quàm vinculum societatis Christi abrumpere, & vsurpatæ præceptionis licentia, statũ Ecclesiæ dissipare? Prosequente igitur venerabili & sanctissimo viro fratre nostro Stephano Emeretẽsis sedis episcopo, res nobis nouellæ præsumptio- *Ex cõcil. Toletano 13. ca. 4.*

nis vsurpatione sese intulit pertractanda, tanto communionis nostræ iudicio conuellenda, quanto & prauitatis nostræ noscitur ausu perpetrata. Dixit enim violentia principali se impulsum fuisse, vt in monasterio villulæ, in qua venerabile corpus sanctissimi Punenii cõfessoris debito quiescit honore, nouã episcopalis honoris ordinationem efficeret, & ideo ex indiscreto & facillimo assensu, iniustis Vvambræ principis iussionibus parens, nouam & iniustam illic pontificalis sedis perlectionem induxit, vbi canonica constitutio id fieri omnimoda ratione refellit. Prædictus ille vir prostratus humo medicamine nostri præcepti, & sibi dari veniam petit, & quid potissimũ fieri oporteat de persona eius, qui illic ordinatus fuerat, nostri oris sententia decerni popposcit. Sed quia veraciter, imò communiter noueramus prædictum principem consilio leuitatis agentẽ, nõ solùm præcepisse vt in prædicto loco aliquis episcopus fieret, sed etiam ita eum obstinationibus definisse, vt in suburbio Toletano in Ecclesia Prætorienſi sanctorum Petri & Pauli episcopum ordinaret, necnon & in aliis vicis, vel villulis similiter faceret: ideo pro tam insolenti huiuscemodi extirpationis licentia, quicquid de hac re haberent canonum instituta, in medium proferri præcepimus. Tunc hæc in ordinẽ cõstituta, prælecta sunt. In primis exẽpla Pauli vbi Tito discipulo, vt episcopos per ciuitates constituere deberet, præcepit. Item ex concilio Nicæno titulo *VIII.* vbi inter cætera præcipitur, vt in ciuitate non videantur duo episcopi esse. Item ex cõcilio Laodiceno, titulo *VII.* vbi dicit: Non oportet in vicis, & in villulis episcopos ordinari. Item ex concilio Africæ, II. titulo, vbi Felix episcopus Solemsitanus dixit: Etiam si hoc placet sanctitati vestræ insinuo, vt diœceses, quæ nunquã habuerunt episcopos, non habeant. Diœcesis quæ aliquando habuit, habeat proprium. Secundum autem hanc prosequutionem sanctitatis vestræ est æstimare quid fieri debeat. Genecletus episcopus dixit: Si placet insinuatio patris & coëpiscopi nostri Felicis, ab omnibus confirmetur. Ab vniuersis episcopis dictum est, placet. Item ex concilio Africæ III. titulo II. vbi dicit, vt non accipiat alterum episcopũ plebs, quæ in diœcesi semper subiacuit. Epigenius enim episco-

pus in cætera sic dixit: Nō debere rectorem accipere eam plebem, quæ in diœcesi semper subiacuit, nec vnquā proprium episcopum habuit. Quapropter si vniuerso sanctissimo cœtui placet hoc quod præfatus sum, confirmetur. Aurelius episcopus dixit: Fratris & consacerdotis nostri prosequutioni non obsisto, sed hoc me & feciſſe, & facturum esse profiteor. Item ex concilio Sardicensi, vbi inter cætera præcipitur: Licentia dāda passim non est. Si enim subitò aut vicus aliquis, aut modica ciuitas, cui satis est vnus presbyter, voluerit sibi episcopum ordinari, ad hoc vt vilescat nomen episcopi & authoritas, non debent illi ex alia prouincia inuitati, facere episcopum, in quibus locis antea non fuit. Item de sententia eorum qui huiusmodi ordinationes faciunt, vel de his qui contra hæc instituta canonum ordinantur, ex concilio Tauritano, titulo vbi dicit Gestorum quoque seriem conscribi placuit ad perpetem disciplinam, quòd circa octabiū vrsionem, Remigiū, ad Trefe episcopū, synodus sancta decreuit. Qui in vsurpationem quandam de ordine sacerdotum, ad inuidiā vocabantur. Quod ita his videtur indultū, vt de cætero hac authoritate commoniti, nihil vsurpare conentur. Siquidē se ab hac causa tali excusatione defenderūt, qua dicerent prius se nō esse conuictos, proinde iudicauit synodus sancta: vt si quis ex hoc fecerit contra instituta maiorū, sciat is qui ordinatus fuerit, sacerdotis se honore priuandum, & ille qui ordinauerit, authoritatem se in ordinationibus vel in conciliis minimè retenturum. Nō solùm autem circa memoratum episcopum hæc sententia prævalebit, sed & circa omnes, simili errore deceptos, qui ordinationes huiusmodi perpetrarunt. His igitur fortissimis regulis, effectum pii operis apponentes, in cōmuni definitione elegimus, vt in loco villulæ supradictę aquis, deinceps sedes episcopalis non remaneat, neque episcopus illuc vltra constituendus existat. Hic tamen Coniuldus, qui contra maiorum decreta illic videtur institutus fuisse episcopus, nullis canonum erit ad condemnationem sui sententia vlciscendus, quia non ambitione, sed principis impulsione constitit ordinatus. Et ideo hoc illi remedium humanitatis concedimus, vt in sedem aliam decidentis cuiuslibet Episcopi traducatur, & prædictus locus sub mo-

nastica deinceps institutione mansurus, non Episcopali vltra priuilegio fretus, sed sub abbatis regimine sicut hucusque fuit erit modis omnibus mancipandus. Iam verò de cætero generale ponentes edictum, si quis contra hæc canonum interdicta venire conatus fuerit, vt in locis illis episcopum eligat fieri, vbi episcopus nunquam fuit, anathema in conspectu omnipotentis Dei incurrat, & insuper tam ordinator quàm ordinatus, gradū sui ordinis perdat: quia non solùm antiquorum patrum decreta, sed apostolica ausus est conuellere instituta.

Vt plebs quæ nunquam habuit episcopum, nisi ex consensu, non habeat. Cap. XXXIII.

Ex cōcil. Africano. ca. 61. PLacuit & illud, vt plebes quæ nunquam habuerūt proprios episcopos, nisi ex concilio plenario vniuscuiusque prouinciæ & primatis, atque consensu eius ad cuius diœcesim eadem Ecclesia pertinebat decretum fuerit, minimè accipiant.

Vt nequaquam in duos metropolitanos prouincia diuidatur. Cap. XXXV.

Concili. Calcedo. cap. 12. PEruenit ad nos, quòd quidam præter ecclesiastica statuta facientes, conuolarunt ad potestates, & per pragmaticam formam in duo vnam prouinciam diuiserunt, ita vt ex hoc facto duo metropolitani esse videantur in vna prouincia. Statuit ergo sancta synodus de reliquo nihil ab episcopis tale tentari. Alioquin, qui hoc adnisus fuerit, amissioni gradus proprij subiacebit. Quæcunque verò ciuitates literis Imperialibus metropolitani nominis honore subnixæ sunt, honore tantummodo perfruantur, & qui Ecclesiam eius gubernat episcopus, saluis scilicet veris metropolis priuilegiis suis.

De illis episcopis, qui non sunt recepti ab illis, ad quos sunt ordinati vel denominati. Cap. XXXVI.

Ex cōcil. Ancira. cap. 17. SI qui episcopi ordinati sunt, nec recepti ab illa parrochia in qua fuerant denominati, voluerintq; alias occupare parrochias, & vim præsulibus earum inferre, seditiones aduersus eos excitando, hos abiici placuit. Quòd si voluerint in presbyterij ordine vbi prius fuerant, vt pres-

byteri residere, non abiiciantur propria dignitate. Si autem seditiones commouent ibidem constitutis episcopis, presbyterij quoque honor talibus auferatur, fiantq; damnatione notabiles.

De episcopo qui Ecclesiam ad quam ordinatus est, adire neglexerit. Cap. XXXVII.

SI quis episcopus per manus impositionem episcopatum acceperit, & sibi commissum ministerium subire neglexerit, nec acquieuerit ire ad Ecclesiam sibi commissam, hunc oportet communione priuari, donec susceperit coactus officium, aut certè de eo aliquid integra decreuerit eiusdem prouinciæ synodus sacerdotum. *Ex cõcil. Antioch. cap. 17.*

De episcopo qui non susceperit officium sibi commissum. Cap. XXXVIII.

SI quis episcopus non susceperit officium sibi commissum hic communione priuetur, quoadusque consentiat obedientiæ suæ commodans. Si verò perrexerit nec receptus fuerit, non pro sua sententia, sed pro malitia populi, ipse quidem maneat episcopus, clerici verò ciuitatis communione priuentur, quòd erudiendis inobedientes populis non fuerint. *Ex conci. Aralatẽ. cap. 6.*

De episcopo vacante, qui Ecclesiam vacantem inuaserit. Cap. XXXIX.

SI quis episcopus vacans, in Ecclesiam non habentem episcopum surripiens populos sine concilio integri ordinis irruerit, etiam si populus quem seduxit desideret illum, alienum eum ab Ecclesia esse oportet. Integrum autem & perfectum concilium dicimus illud, cui metropolitanus episcopus interfuerit. *Ex cõci. Antioch. cap. 16. Cõcilium perfectũ quod sit.*

De episcopo, qui est ordinatus ad ecclesiam, & non est receptus. Cap. XL.

SI quis ordinatus, per contẽtionem populi, aut pro aliqua ratione, & non pro sua culpa, in parochia, quæ ei fuerit data, receptus non erit, hunc oportet honorem sacerdotii tantummodò contingere, ita vt de rebus Ecclesiæ, in qua conuenit, sibi nihil præsumat. Sustineat autem quicquid de eo sanctum concilium iudicauerit. *Ex conci. Aurelia. cap. 10.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De his qui promouentur ad episcopatum. nec recipiuntur. Cap. XLI.

Ex cõcil. Antioche. cap. 18.

SI quis episcopus ordinatus, ad parochiam minimè, cui est electus, accesserit, non suo vitio, sed quòd eum aut populus vetet, aut propter aliam causam, non tamen eius vitio perpetratam: Hic & honoris sit & ministerii particeps, dummodo nihil molestus Ecclesiæ rebus existat, vbi ministrare cognoscitur. Quem etiam obseruare cõueniet, quicquid synodus perfecta prouinciæ iudicãdo decreuerit.

Quòd authoritas congregandarum synodorum apostolicæ sedi commissa sit priuata potestate. Cap. XLII.

Cap. Isidori. 8.

SYnodorum verò congregandarum authoritas apostolicæ sedi, priuata commissa est potestate. Nec vllã synodum generalem ratam esse legimus, quæ eius non fuerit authoritate congregata vel fulta. Hæc canonica testatur authoritas, hæc historia ecclesiastica roborat, hæc sancti patres confirmant.

Quòd bini conuentus episcopales singulis annis fieri debeant. Cap. XLIII.

Ex decret. Leonis papæ ad Rusticum Episcopum Narbonen. cap. 37.

DE conciliis autem episcopalibus non aliud indicimus, quàm sancti patres salubriter ordinauerunt, vt scilicet bini conuentus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quæ inter diuersos Ecclesiæ ordines nasci assolẽt, iudicetur. Ac si fortè inter ipsos qui præsunt de maioribus, quod absit, peccatis causa nascatur, quæ prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negocii qualitate metropolitanus curabit instruere: vt si coram positis partibus, nec tuo fuerit resopita iudicio, ad nostram cognitionem quicquid illud est, transferatur.

De synodis quo tempore sint habendæ. Cap. XLIIII.

Ex cõcil. Antioche. cap. 20.

PRopter vtilitates ecclesiasticas & absolutiones earũ rerum, quę dubitationem controuersiámque recipiunt, optimè placuit, vt per singulas quasque prouicias bis in anno episcoporũ concilia celebrentur. Semel quidem post tertiam septimanam festi Paschalis, ita vt in quarta septimana quæ consequitur, id est, medio Pentecostes cõueniat synodus, metropolitano comprouinciales episco-

pos admonẽte. Secũda verò ſynodus fiat Idibus Octobris, id eſt, XV. die menſis Octobris, quem per Beretheon Græci nominant. In ipſis autem conciliis adſint presbyteri, diaconi, & omnes qui ſe læſos exiſtimant, & ſynodi experiantur examen. Nullis verò liceat apud ſe celebrare cõcilia, præter eos, quibus metropolitana iura vidẽtur eſſe commiſſa.

De ſynodo congreganda. Cap. XLV.

PEractis omnibus quæ ad correctionem noſtri ordinis in hoc concilio promulgata ſunt, placuit definire, vt omni anno ad peragendã celebritatem cõcilij in metropolitana ſede, tempore, quo principis vel metropolitani electio definierit, deuotis ſemper animorum ſtudiis conferamus, nec quibuſlibet requiſitis occaſionibus diſſentiamus, ſed in præparato die quo indictum fuerit, adunatis in metropolitana ſede omnibus prouinciæ pontificibus, cõcilium, Deo præſule, celebretur. Quiſquis autem Epiſcopum, excepta ieuitabili cauſa, vel neceſſitate, de peragendo ſe cõcilio abſentauerit, per vnius anni ſpaciũ erit communione plectendus. Quòd ſi deinceps abſque celebratione concilii, anni vnius metas tranſierit, omnium in communione pontificum eiuſdem prouinciæ ſententiam obnoxius retinebit, id eſt, ſi nulla ſibi impediente principis poteſtate, vel infirmitate aut ieuitabili cauſa, ſed ſolius propriæ voluntatis libitu ſeſe ad celebrandum concilium non collegerit. *Ex cõcil. Auernẽ. cap. 15.*

De archiepiſcopo, qui tempore pacis vltra biennium ſynodum annunciare neglexerit. Cap. XLVI.

QVOD ſi intra biennium diuinitus temporũ tranquillitate conceſſa admonitis comprouincialibus à metropolitano ſynodus indicta non fuerit, & metropolitanus ipſe prouocationes tardauerit, anno integro Miſſas facere nõ præſumat. Quòd ſi euocati & non corporali infirmitate detenti, adeſſe ſua abuſione deſpexerant, ſimili ſententiæ ſubiacebunt. *Meldẽſi, cap. 3.*

De Epiſcopis ad ſynodum vocatis, vt venire non contemnant. Cap. XLVII.

QVOD non oporteat epiſcopos ad ſynodum vocatos omnino contemnere, ſed protinus ire & docere, & diſcere ea, quæ ad correctionẽ Eccleſiæ, *Ex cõcil. Laodicẽſi cap. 40.*

vel reliquarum pertinent rerum. Seipsum verò qui contẽ pserit, accusabit, nisi fortè perægritudinem ire nõ possit.

Quales epistolæ à metropolitano sint fratribus dirigendæ. Cap. LXVIII.

Ex cõcil. Terraconensi, ca. 13.

EPistolæ tales per fratres à metropolitano sunt dirigẽdæ, vt nõ solũ de cathedralibus Ecclesiæ presbyteris, verùm etiã de diœcesanis ad conciliũ trahant, & aliquos de filiis Ecclesiæ secularibus secum adducere studeant.

De eadem re. Cap. XLIX.

Ex cõcil. Agath. cap. 36.

SI metropolitanus Episcopus ad cõprouinciales episcopos epistolas direxerit, in quibus eos, aut ordinationem alicuius fratris, aut ad synodum inuitet, postpositis omnibus, excepta graui infirmitate corporis, aut præceptione regia, ad constitutam diem adesse non differãt. Qui si defuerint, sicut prisca canonum præcepit authoritas, vsque ad proximam synodum charitate fratrũ, & Ecclesiæ communione priuentur.

De episcopo qui synodo adesse neglexerit. Cap. L.

Ex cõcil. Spalensi, cap. 10.

SI quis autem Episcoporum synodo adesse neglexerit, aut cœtum fratrum, antequam concilium dissoluatur, crediderit deserẽdum: alienum se à fratrum communione cognoscat, nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus.

De Episcopo, qui per ægritudinem ad synodum venire non potuerit. Cap. LI.

Ex decr. Felicis papæ, ca. 11.

QVOD si ægrotans fuerit Episcopus, aut aliqua eũ grauis necessitas detinuerit pro se legatum ad synodum mittat: susceperus salua fidei veritate, quicquid synodus statuerit.

De episcopis ad synodum vocatis, & venire, & missos suos mittere dedignantibus. Cap. LII.

De synodo apud Althei habita, cap. 10.

PLacuit sanctæ synodo episcopos, qui vocati de Saxonia ad sanctum concilium non venerunt, nec secundum canones sacros missos suos vel vicarios direxerunt, graui increpatione obiurgare, & pro culpa inobedientiæ increpare. Vnde iterum eos fraterna charitate ad cõdictũ cõcilium inuitamus & vocamus. Quòd & si hoc, quod nõ

optamus, pro nihilo duxerint, & venire noluerint, iustãque rationem inobedientiæ suæ reddere detrectauerint, apostolica authoritate interdicit eis Petr⁹ sancti Petri & papæ missus, vna cũ sancta synodo, missas celebrare, quousque Romam veniant, & coram papa, & sancta Ecclesia dignam reddiderint rationem.

Conciliũ vniuersale non nisi necessitate faciendũ. Cap. LIII.

PLacuit vt non sit vltra fatigandis fratribus vniuersalis necessitas, sed quoties exegerint causæ communes, id est, si totius Africæ vndecunque relatę ad hanc sedem fuerint literæ, congregandam esse synodũ in ea prouincia, vbi opportunitas persuaserit. Causæ autem quæ cõmunes non sunt, in suis prouinciis iudicentur. *Ex cõcil. Africano, cap. 42.*

Vt Episcopi posteriores se prioribus suis non præferant. Cap. LIIII.

EPiscopi verò per singulas prouincias obseruent, ne posteriores se superioribus suis præferãt, nec eis inconsultis, nisi quãtum ad propriam pertinet parochiam, aliquid agant. Sed omnes de communibus eorum causis, consonã sententiã proferãt, & determinent, quoniã aliter actæ, nullas vires habebũt, nec ecclesiasticæ reputabũtur. *Ex epist. Lucij papæ, Occidẽtalibus missa, ca. 5.*

Vt Episcopi sui ordinis tempus obseruent, alter alteri honorem præbentes. Cap. LV.

ITem placuit, vt cõseruato metropolitani Episcopi primatu, cæteri episcoporum secundum sui ordinationis tempus, alius alii sedenti deferat locum. *Ex cõcil. Cabillonẽsi, cap. 7.*

De Episcoporum ordine, vt qui posterius ordinati sunt, prioribus se non audeant anteferre. Cap. LVI.

VAlentinianus Episcopus dixit: Si permittit bonũ patientiæ vestræ, prosequor ea quæ præterito tempore in Ecclesia Carthaginensi gesta sunt, & subscriptionibus fratrum firmata claruerunt, etiam hoc nos seruaturos esse profiteor. Sed illud scimus, inuiolatã semper mansisse ecclesiasticam disciplinam, vt nullus fratrum prioribus suis se aliquando auderet anteponere, sed officiis charitatis id semper exhibitum est prioribus, quod ab insequẽtibus gratanter semper acciperetur. *Ex cõcil. Africano, ca. 53.*

De rebus dubijs in concilijs episcoporum emergentibus. Cap. LVII.

Ex epist. Bonifacij papæ, ad episcopos Gallic.

SI inter episcopos eiusdem concilii dubitatio emerserit de ecclesiastico iure, vel de aliis negociis: primùm metropolitanus eorum cum aliis quibusdam in concilio considerans rem iudicet. Et si non acquiescat vtraque pars iudicatis, tunc primas illius regionis inter ipsos audiat, & quod ecclesiasticis canonibus, & legibus nostris consentaneum sit, hoc definiat, & nulla pars valeat calculo eius contradicere.

Vt episcopi in synodo residentes, quæ ad emendationem vitæ pertineant, primùm emendent. Cap. LVIII.

Ex cõcil. Auernẽsi, cap. 1.

IN primis placuit, vt quoties secundum statuta patrum sancta synodus congregatur, nullus episcoporũ aliquã prius causam suggerere audeat, quàm ea quæ ad emendationem vitæ, ad seueritatem regulæ, ad animæ remedia pertinent, finiantur.

De metropolitano si comprouincialem episcopum in sua causa audire distulerit. Cap LIX.

Ex decr. Alexandri papæ

SI metropolitanus à quocunque comprouinciali episcopo bis fuerit in causa propria appellatus, & eum audire distulerit, in proxima synodo negocii sui habeat licentiam exercendi: & quicquid propter iustitiam à comprouincialibus suis fuerit statutum, debet custodiri.

Vt episcopi iusta iudicia semper dijudicent. Cap. LX.

Ex cõcil. Remensi, cap. 19.

VT episcopi & iudices iudicia discernant, quia sunt quædam iudicio mundi, quædam iudicio Dei reseruanda. Scriptum est enim: Nolite iudicare ante tempus, quoadusque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Et illius memores sint: In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini & vos.

Vt canonum statuta ab omnibus ritè custodiantur, & nullus ea suo sensu dijudicare præsumat. Cap. LXI.

Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 11

CAnonum statuta sine præiudicio ab omnibus custodiãtur, & nemo in actionibus, vel in iudiciis eccle-

siasticis suo sensu, sed eorum authoritate ducatur. In exponendis etiam, vel prædicandis diuinis scripturis, sanctorum catholicorum patrũ, & probatissimorũ sensum quisque sequatur: in quorum scripturis, vt beatus dicit Hieronymus, fidei veritas non vacillet.

De diss.dentibus episcopis. Cap. LXII.

DISSIDENTES episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet. *Ex cõcil. Carthagi.ca.25.*

De inflatione metropolitanorum & fastu, & de episcopis ac reliquis clericis, qui læduntur à metropolitano. Cap. LXIII.

SI autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & sine omnium comprouincialium præsentia, vel consilio episcoporum alias causas agere, nisi eas tãtùm quæ ad propriam suam pertinent parochiam, aut eos grauare voluerit, ab omnibus districtè corrigatur, ne talia deinceps præsumere audeat. Si verò incorrigibilis, eique inobediens apparuerit, ad hanc apostolicam sedem cui omnia episcoporum iudicia terminare præcepta sunt, eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & cæteri timorẽ habeant. Si autem propter nimiam longinquitatem, aut temporis incommoditatem, vel itineris asperitatem, graue ad hanc sedem eius causam deferre fuerit, tũc ad eius primatem eius causa deferatur, & penes ipsum huius sanctæ sedis authoritate iudicetur. Similiter si aliquis episcoporum metropolitanũ suspectum habuerit, apud primatem diœceseos, aut apud hãc apostolicã sedem audiatur. *Ex epist. Anicy papæ episcopis p Galliam cõstitutis missa, ca.4.*

Vt plebes alienas alius episcopus non vsurpet. Cap. LXIIII.

PLacuit vt à nullo episcopo vsurpentur plebes alienæ, nec aliquis episcoporum supergrediatur, in diœcesi collegam suum. *Ex cõcil. Carthaginẽsi,ca. 19.*

Vt nullus metropolitanus absque omniũ comprouincialium episcoporum præsentia aliquorum audiat causas. Cap. LXV.

CAEterùm, fratres, saluo in omnibus Romanæ ecclesiæ priuilegio, nullus metropolitanus absque cætero rum omnium comprouincialium episcoporum instantia, *Ex epist. Ignij papæ cun-*

Ex fidelibus missa cap. 2.

aliquorũ audiat causas: quia irritę erunt aliter actæ, quàm in conspectu eorum omnium ventilatæ. Et ipse si fecerit, coërceatur à fratribus.

Vt nullus primas vel metropolitanus aliquid agat de Ecclesiis, vel parochijs comprouincialium Episcoporum, & de ipsorũ causis siue eorum consilio omnium, & nec ipsi aliquid agant siue eius cõsilio, nisi quantũ ad proprias pertinet parochias. Cap. LXVI.

Ex epist. Calist. papæ episcopis p Gal liã constitutis missa, ca. 13.

NVllus autem primas vel metropolitanus diœcesam Ecclesiam vel parochianum, aut aliquid eius parochiæ præsumit excõmunicare, vel diiudicare aliquid, vel agere absque eius consilio vel iudicio: sed hoc obseruet, quòd ab apostolis ac patribus & prædecessoribus nostris est statutum, & à nobis confirmatum: Id est, si quis metropolitanus Episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parochiam, sine consilio & voluntate omnium comprouincialium Episcoporum extra aliquid agere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit, & quod egerit irritum, habeatur & vacuum Sed quicquid de comprouincialium coëpiscoporum causis, eorúmque ecclesiarum & clericorum, atque secularium necessitatibus agere aut disponere necesse fuerit, hoc cum omnium consensu comprouincialium agatur pontificum, non aliquo dãnationis fastu, sed humillima & concordi administratione, sicut dominus ait, Non veni ministrari sed ministrare. Et alibi: Qui maior est vestrûm, erit minister vester, & reliqua. Similiter & ipsi comprouinciales episcopi cum eius consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parochias, agant, iuxta sanctorum constituta patrum, vt vno animo, vno ore, concorditer sancta glorificetur Trinitas in secula. Nullus primas, nullus metropolitanus, nullúsque reliquorum episcoporum alterius adeat ciuitatem, aut ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, & alterius Episcopi est parochia super cuiusquam dispositione, nisi si vocatus ab eo cuius esse dinoscitur, vt quiddam ibi disponat vel ordinet, aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit. Sin aliter præsumpserit, damnabitur: & non solùm ille, sed cooperantes, eisque consentientes, quia sicut ordinatio, ita eius & iudicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur.

De contentione parochiæ. Cap. LXVII.

QVicunque Episcopus alterius Episcopi diœcesim per XXX. annos sine aliqua interpellatione possederit, quamuis secundum ius legis eius videatur esse diœcesis, admittenda non est contra eum actio reposcendi: sed hoc intra vnam parochiam, extra verò nullo modo: ne dum diœcesis defenditur, prouinciarum termini confundantur. *Ex cõcil. Auernẽ. cap 3.*

Vt Episcopi qui negligunt loca sua à vicinis episcopis, vt se corrigant, admoneantur. Cap. LXVIII.

ITem placuit, vt quicunque negligunt loca ad suam cathedram pertinentia in catholicam vnitatem lucrari, conueniantur à diligẽtibus vicinis episcopis, vt id agere non morentur. Quod si intra sex menses á die conuẽtionis non effecerint, qui potuerit eas lucrari, ad ipsum pertineant: ita sanè, vt si ille ad quem pertinuisse videbãtur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hæreticis, vt impunè ibi sint, & suam diligentiam fuisse præuentam, vt eo modo eius cura solicitior vetaretur: cũ hoc iudices episcopi cognouerint, suæ cathedræ loca restituant. Sanè si episcopi intra quos causa versatur, diuersarum sunt prouinciarum, ille primas det iudices, vicinus prouincia est locus de quo contenditur. Si autem ex communi placito vicinos iudices elegerint: aut vnus eligatur, aut tres: aut si tres elegerint, aut omnium sentẽtiam sequantur, aut duorum. *Ex cõcilio Africano, ca. 76*

De duobus Episcopis altercantibus de parochia cuiusdam basilicæ. Cap. LXIX.

INTER memoratos fratres nostros, Fulgentium Astigitanum, & Honorium Cordubẽsem Episcopos, discussio agitata est, propter parochiam basilicæ cuiusdã quam horum alter Celtacensem, alter Reginensem asseruit. Et quia inter vtrasq; partes hactenus limitis actio vendicata est, cuius quãuis vetusta retentione, nullũ iuris præiudicium adferret: ideóque ne indubiũ vltra inter eos nostra deuocaretur sententia, prolatis canonibus synodalia decreta perlecta sunt, quorũ authoritas præmonet ita oportere inhiberi cupiditatẽ, vt ne quis terminos alienos vsurpet. Ob hoc placuit inter alternas partes inspectiõis viros mittẽdos, ita vt diœcesis possidẽtis, si tamẽ basilicã veteri- *Ex cõcil. Spalensi, ca. 1.*

bus signis limes prouisus monstrauerit, Ecclesiæ cuius est ius retentionis, sit ęternũ dominium. Quòd & si limes legitimus eandem basilicam non concludit, & tamen longi temporis probatur obiecta præscriptio, appellatio præsentis episcopi non valebit: quia illi tricennalis obiectio silentium imponit. Hoc etiam & secularium principũ edicta præcipiunt, & præsulum Romanorum decreuit authoritas. Sin verò infra metas tricennalis temporis, extra alienos terminos basilicæ iniusta retentio reperitur, repetentis episcopi iuri sine mora restituetur.

De episcopis qui contendunt de parochijs suis. Cap. LXX.

Ex cõcil. Africano. ca. 75

PLacuit vt quicunque episcopi plebes quas ad suã cathedram æstimant pertinere non ita repetũt, vt causas suas episcopis iudicantibus agant sed alio retinẽte irruerint, siue nolentibus, siue volentibus plebibus, causæ suæ detrimentum patiantur. Et quicunque iam hoc fecerunt, si nondum est inter episcopos finita contentio, sed adhuc inde contendunt, ille inde discedat quem constiterit prętermissis iudiciis ecclesiasticis irruisse, nec sibi quisque blandiatur, si à primate vt retineat literas impetrarit: sed siue habeat literas, siue non habeat, cõueniat eum qui tenet, & eius literas accipiat, vt eum appareat pacificè tenuisse Ecclesiam ad se pertinentem. Si autẽ ille aliquam quæstionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur, siue quos eis primates dederint, siue quos ipsi vicinos ex consensu delegerint.

Vt in altera parochia clericos alterius diœcesis episcopus nullatenus ordinet. Cap. LXXI.

Ex cõcil. Antioche. cap. 22.

EPiscopus alienam ciuitatem, quæ nõ est illi subiecta, non adeat, nec ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, nec ordinatiõnem ibi facere præsumat: nisi fortè cum consilio & voluntate episcopi regionis. Si quis autem tale aliquid facere tentauerit, irrita sit eius ordinatio, & ipse coërceatur à synodo.

Vt nullo modo de parochia ad aliam Episcopus transeat. Cap. LXXII.

Ex eodem cap. 21.

EPISCOPVS ab alia parochia nequaquã migret ad aliam: nec sponte sua prorsus insiliens, nec vi coactus

à populis, nec ab episcopis necessitate compulsus. Maneat autem in Ecclesia quam primitus à Deo sortitus est, nec inde transmigret, secundum pristinum terminum de hac re constitutum.

De præsumptione alienæ diœcesis. Cap. LXXIII.

SI quis episcopus non rogatus de alia prouincia in aliã venerit, præsumptiuè irruens ad ordinationem, & constitutionem clericorum, & ad ea quæ ad illũ non pertinent, importunus existat, vacua sint & inania omnia, quæ ab eo fuerint constituta. Ipse autem digna increpatione excommunicetur, & abominetur à sancto concilio. *Ex epist. Bonifacij papæ.*

Ne episcopus sua ciuitate despecta, ambitus causa ad aliam transeat. Cap. LXXIIII.

SI quis autem episcopus ciuitatis suæ mediocritate despecta, administrationem loci celebrioris ambierit, & ad maiorem se plebem quacunque ratione transtulerit, à cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propria: vt nec illis præsideat quos per auaritiam concupiuit, nec illis quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis quisque contentus sit, nec supra mensuram iuris sui affectet augeri. *Ex decre. Leonis papæ. ca. 38*

Vt ab episcopis aliena parochia minimè peruadatur. Cap. LXXV.

EPiscopo non licere alienam parochiam propria relicta peruadere, licet cogatur à plurimis, nisi fortè quæuis eum rationabilis causa compellat, tanquam qui possit ibidem constitutis plus lucri conferre, & in causa religionis aliquid profecto prospicere. Et hoc non à semetipso pertentet, sed multorum episcoporum iudicio, & maxima supplicatione perficiat. *De canonibus apostolo. tit. 14*

De eadem re. Cap. LXXVI.

SAcerdotes verò vice Christi legatione funguntur in Ecclesia, & sicut ei sua est coniuncta sponsa, id est, Ecclesia, sic episcopis iungũtur Ecclesiæ, vnicuique proportione sua: & sicut vir non debet negligere vxorem suam, sed diligere, & castè custodire, & amare, atque prudenter regere: ita & episcopus debet Ecclesiã suam. Et velut vxor quæ sub manu est viri, obedire debet viro suo, eumq; *Ex epist. Euaristi papæ, fratribus per Aegyptũ directa. cap. 4.*

amare, & diligere: potius etiam Ecclesia episcopo suo in omnibus obedire, eumque amare, & diligere vt animam suam debet: quia illud fit carnaliter, istud spiritaliter. Et sicut vir non debet adulterare vxorem suam: ita nec episcopus Ecclesiam suam, id est, vt illam dimittat, ad quam consecratus est, absque ineuitabili necessitate, aut apostolica vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa coniungat. Et sicut vxori non licet dimittere virum suum, vt alteri, viuente eo, matrimonio se societ, vt eum adulteret, licet fornicatus sit vir eius, sed iuxta Apostolum, aut viro suo debet reconciliari, aut manere innupta: ita Ecclesiæ non licet dimittere episcopum suum, aut ab eo se segregare, vt alterum eo viuente accipiat: sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est, ne alterum episcopum suo viuente accipiat, vt fornicationis, aut adulterij crimen incurrat. Nam si adulterata fuerit, id est, si se alteri episcopo iunxerit, aut super se alterum episcopum adduxerit, aut esse fecerit, vel desiderauerit, per acerrimam pœnitentiam, aut suo reconcilietur episcopo, aut innupta permaneat.

De mutatione episcoporum.
Caput LXXVII.

Ex epist. Antheri papæ episcopis per Heticam atque Toletanam prouinciã constitutis missa, cap. 14.

DE mutatione ergo episcoporum vnde sanctam sedem apostolicam consulere voluistis, scitote eam communi vtilitate atque necessitate fieri licere, sed non libitu cuiusquam aut dominatione. Petrus sanctus magister, & princeps apostolorum de Antiochia vtilitatis causa translatus est Romam, vt ibidem potius proficere posset. Eusebius quoque de quadam parua ciuitate, apostolica autoritate translatus est Alexandriam. Similiter Felix de ciuitate in qua ordinatus erat electione ciuium, propter doctrinam & bonam vitam quam habebat, communi episcoporum & reliquorum sacerdotum ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non enim transit de ciuitate ad ciuitatem, qui non suo libitu, aut ambitu hoc facit, sed vtilitate quadam, aut necessitate, aliorum hortatu, & consilio potiorum transfertur. Nec transfertur de minori ciuitate ad maiorem,

qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit, sed aut via propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut vtilitate loci, aut populi, non superbè, sed humiliter ab aliis translatus & inthronizatus est: quia homo videt in facie, Deus autem in corde. Et dominus per Prophetam loquitur, dicens: Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem, nec mutat ciuitatem, qui non sua sponte, sed consilio & electione aliorum mutatur. Non igitur migrat de ciuitate ad ciuitatem, qui non auaritiæ causa spontè dimittit suam: sed, vt iam dictum est, aut pulsus à sua, aut necessitate coactus, aut electione, aut exhortatione sacerdotum & populorum translatus est ad alteram ciuitatem. Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos, & reliquos sacerdotes: sic quoties vtilitas, aut necessitas expoposcerit, supradicto modo & mutare, & inthronizare potestatem habent.

De eadem re. Cap. LXXVIII.

EPiscopus aut presbyter vxorem propriam nequaquam sub obtentu religionis abiiciat. Si verò reiecerit, excommunicetur. Sed si perseuerauerit, deiiciatur. *Ex canonibus apostolo.*

Item ex eodem. Cap. LXXIX.

OSius episcopus dixit: Non minus mala consuetudo, quàm pernicioſa corruptela funditus eradicanda est, ne cui liceat episcopo de ciuitate sua ad aliam transire ciuitatem. Manifesta est enim causa, pro qua re hoc facere tentat: quum nullus in hac re inuentus sit episcopus, qui de maiore ciuitate ad minorem transiret. Vnde apparet auaritiæ ardore eos inflammari, & ambitioni seruire, & vt dominationes agant. Si omnibus placet, huiusmodi pernicies sæuius & austerius vindicetur, vt nec laicam communionem habeat qui talis est. Responderunt vniuersi: placet. *Ex cõcil. Sardicẽsi. Cap. 1.*

De episcopo qui in sua fuerit persequutus Ecclesia, quòd ad aliam ei sit fugiendum.
Cap. LXXX.

Ex decre. Caliſt. pa pæ epiſcopis per Galliã cõſtitutis miſſis. cap.15.

SI quis epiſcopus fuerit perſequutus in ſua Eccleſia, fugiendum illi eſt ad alteram, eiq́ue ſociandum, dicente domino: Si perſequuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã. Si autem vtilitatis cauſa fuerit mutandum, non per ſe hoc agat, ſed fratribus inuitantibus, & autoritate huius ſanctæ ſedis faciat, non ambitus cauſa, ſed vtilitatis.

De epiſcopo qui principalem cathedram ſuæ Eccleſiæ negligit. Cap. LXXXI.

Ex cõcil. Rotoma. cap.16.

VT non liceat epiſcopo principalem cathedram ſuæ parochiæ negligere, & aliam Eccleſiam in ſua diœceſi magis frequentare.

De epiſcopis qui ſedes ſuas negligunt, & in poſſeſsionibus ſuis longe poſitis diu morantur. Cap. LXXXII.

Ex cõcil. Sardicẽſi. cap.15.

OSius epiſcopus dixit: Quia nihil prætermitti oportet, ſunt quidam fratres & coëpiſcopi noſtri, qui nõ in ea ciuitate reſident, in qua videntur epiſcopi eſſe conſtituti, vel certè paruam rem illic habeant: alibi autem idonea prædia habere noſcuntur, vel affectionem proximorum quibus indulgeant. Hactenus permitti eis oportet, vt accedant ad poſſeſsiones ſuas, & diſponant vel ordinent fructum laboris ſui, vt poſt quatuor dies dominicos, id eſt, poſt tres hebdomadas, ſi morari neceſſe eſt, in ſuis potius fundis morentur, aut ſi eſt proxima ciuitas in qua eſt presbyter, ne ſine Eccleſia videantur facere diem dominicum, illuc accedant, vt neque res domeſticæ per abſentiam eorum detrimentum ſuſtineant, & non frequenter veniendo ad ciuitatem in qua epiſcopus moratur ſuſpicionem iactantiæ & ambitionis euadant. Vniuerſi dixerunt placere ſibi.

Vt epiſcopus ſingulis annis parochiam ſuam circumeat. Cap. LXXXIII.

Ex cõcil. Spalenſi. cap.4.

VT ſingulis annis vnuſquiſque epiſcopus parochiam ſuam circumeat, populumq́ue confirmet ac doceat, & ea quæ vitanda ſunt prohibeat, & ea quę agenda ſunt, vtiliter agere ſuadeat.

De epiſcopis qui rarò aut nunquam per ſeipſos plebes ſibi commiſſas viſitant. LXXXIIII.

Ex cõcil. Meldẽſi. cap.5.

VT epiſcopi qui plebes ſibi creditas, aut rarò, aut nũquam per ſeipſos viſitant iuxta ordinem euangeli-

cum & apostolicum atque ecclesiasticum, cùm dominus Mosidicat: Speculatorem dedi te domui Israël, & audies ex ore meo verbum, & annunciabis eis ex me, &c. à comprouincialibus episcopis, acrius corripiantur.

Vt episcopi presbyteros suos de ministeriis illorum diligenter discutiant. Cap. LXXXV.

PLacuit nobis atque conuenit, vt episcopi per singulas Ecclesias & diœceses euntes, primùm discutiant clericos, quomodo ordinem baptismi teneant vel missarum, & qualiter quæque officia in Ecclesia peragant. Et si rectè quidem inuenerint, Deo gratias: Sin autem minimè, docere debent ignaros. *Ex cõcil. Braggar. cap. 2.*

Vt episcopus cum paucis suam parochiam circumeat. Cap. LXXXVI.

CVm episcopus suam diœcesim visitat, nulli præ multitudine onerosus existat, nec vnquam quinquagenarium numerum euectionis excedat, aut amplius quàm vna die per vnamquamque basilicam remorandi licentiam habeat. *Ex cõcil. Toletano cap 5.*

Si episcopus parochiam suam visitare nequiuerit, viros probabilis vitæ pro se mittat. Cap. LXXXVII.

QVòd si episcopus, aut languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus visitationem diœceseos explere nequiuerit, presbyteros probabilis vitæ, aut diaconos mittat, qui reditus basilicarum & reparationes, & ministrantium vitam inquirant. *Ex eodẽ. cap. 6.*

Qualem ministrum episcopus iuxta se habere debeat. Cap. LXXXVIII.

VT quisque episcopus talem iuxta se pro viribus habere decertet, qui iuxta synceriſsimum & purisſimum sensum catholicorum patrum, fide & obseruatione mandatorum Dei, seu & prædicationis doctrina, presbyteros plebiũ assiduè instruat & informet, ne domus Dei viui, quę est Ecclesia, sine lucerna verbi diuini remaneat. Sed & idem talis existat, quem amor pecuniæ non vexet, aut reprehensibilis contemptibilem reddat. Hinc est, quòd quum Moses querelam in conspectu Dei poneret, non se posse portare tantum onus, quod ei fuerat impositum, audiuit à domino: Congrega mihi LXX. viros de senioribus Israël, quos tu nosti quòd senes populi sint ac *Ex cõcil. Meldẽsi. cap. 3.*

magistri, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris. Quid in Mose, nisi summum sacerdotium? Quid in LXX. viris, nisi presbyteros accipimus? Quod autem dominus aufert de spiritu Mosi, traditque eis, patenter ostendit, quòd hi qui ab episcopo in conspectu Dei vocati sunt, vt secum onus populi sustentent, eadem velle, & in partito sibi onere totis viribus cooperari. Hoc enim significat, quòd non alium, sed eiusdem Mosi spiritum accipiunt.

De episcopo ne laicum ponat sibi vicarium.
Cap. LXXXIX.

Ex cõcil. Braggar. cap. 9.

NOua actione didicimus, quosdam ex nostro collegio contra mores ecclesiasticos, laicos habere in rebus diuinis constitutos œconomos. Proinde pariter tractantes eligimus, vt vnusquisque nostrum secundum Chalcedonensium patrum decreta, ex proprio clero œconomum sibi constituat. Indecorum est laicum vicarium esse episcopi, & seculares in Ecclesia iudicare. In vno eodémque officio, non debet dispar esse professio. Quod etiam in lege diuina prohibetur, dicente Mose: Non arabis in boue simul & asino, quod est, homines diuersæ professionis in officio vno non sociabis. Vnde oportet nos, & diuinis libris & sanctorum patrum obedire præceptis, constituentes, vt hi qui in administrationibus Ecclesiæ pontificibus sociantur, discrepare non debeant, nec professione, nec habitu: nec cohærere & coniungi possunt, quibus & studia & vota diuersa sunt. Si quis autem episcopus post hæc ecclesiasticam rem ad laicalem procurationem administrandam elegerit, aut sine testimonio œconomi gubernanda crediderit: verè vt contemptor canonum & fraudator ecclesiasticarum rerum, non solùm Christo de rebus pauperum iudicabitur reus, sed etiam & concilio manebit obnoxius.

Vt in circuitione episcopi omnes, qui sunt in parochia singularum matricum, exceptis infirmis, ad synodum eius venire debeant. Cap. XC.

Ex cõcil. Rotoma. 13. ca. 11.

CVm episcopus suam diœcesim circuit, archidiaconus vel archipresbyter eum præire debet vno aut duobus diebus per parochias quas visitaturus est. Et plebe con-

uocata, annunciare debet proprij pastoris aduentum. Et vt omnes, exceptis infirmis, ad eius synodum die denominata imprætermisse occurrant, & omnimodis ex autoritate sanctorum canonum præcipere, & minaciter denunciare debet, quòd si quis absque graui necessitate defuerit, proculdubio à communione Christiana sit repellendus. Deinde accitis secum presbyteris, qui in illo loco seruitium debent exhibere episcopo, quicquid de minoribus & leuioribus causis corrigere potest, emendare satagat, vt pontifex veniens nequaquam in facilioribus negociis fatigetur, aut sibi immorari amplius necesse sit ibi, quàm expensa sufficiat. Ait enim dominus ad Mosen, de huiuscemodi cooperatoribus: Vt tecum, inquit, sustentent onus populi, & non tu solus graueris. Et beatus Ioannes Baptista aduentū domini præcuccurrit prædicādo, dicens: Pœnitentiam agitte, &c. Et item: Parate viam domino. Siquidem episcopus vicem Christi agere videtur, & ideo cum gaudio, timore, & summa reuerentia à plebibus sibi subiectis suscipiendus est: vt illis cum laude dicatur, quod Apostolus discipulis dicit, Testimonium, inquit, vobis perhibeo, quòd ita suscepistis me sicut angelum Dei, sicut dominum Iesum.

Decretalis constitutio Eutychiani papæ quid episcopi in synodo quærere debeant. Cap. XCI.

EPiscopus in synodo residens, post congruam allocutionem, septem ex plebe ipsius parochiæ, vel eo amplius, prout viderit expedire, maturiores, honestiores, atq; veraciores viros, in medium debet euocare. Et allatis sanctorum pignoribus, vnumquemque illorum tali sacramento constringat. *Ex decre. Eutychia. papæ, cap. 9.*

Iusiurandum synodale. Cap. XCII.

AModo in antea, quicquid nosti, aut audisti, aut postmodum inquisiturus es, quod contra Dei voluntatem & rectam Christianitatem, in ista parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis euenerit, tantum, vt ad tuam cognitionem quocunque modo perueniat, si scis aut tibi indicatum fuerit synodalem causam esse, & ad ministerium episcopi pertinere, quod tu nec propter amorem, nec propter timorē, nec propter præmiū, nec propter pa- *Ex eodem decret.*

rentelam vllatenus cæles episcopum, aut eius missum cui hoc inquirere iusserit, quandocunque te ex hoc interrogauerit: sic te Deus adiuuet & istę sanctorum reliquiæ.

Iuramentum cæterorum. Cap. XCIII.

Ex eodē. ISTud sacramentum quod iste iurauit de synodali causa, quod tu illud ex te ita obseruabis, in quantum sapis, aut audisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es, sic te Deus adiuuet, &c.

Post datum sacramentum episcopus illos qui iurauerunt ita alloquatur. Cap. XCIIII.

Ex eodē. VIdete fratres vt domino reddatis iuramenta vestra: non enim homini iurastis, sed Deo creatori vestro. Nos autem, qui eius ministri sumus, non terrenam substātiam vestram concupiscimus, sed salutem animarum vestrarum requirimus. Cauete ne aliquid abscondatis, & ex alterius peccato vestra fiat damnatio.

Prima interrogatio episcopi aut eius missi.

Ex eodē. EST in hac parochia homicida, qui hominem aut spontanea volūtate, aut cupiditatis, aut rapacitatis causa, aut casu, aut nolens, aut coactus, aut pro vindicta parentum, aut in bello, aut iussu domini, aut proprium seruum occiderit?

Interrogatio II.

Est aliquis parricida, aut fratricida, qui patrem, matrē, sororem, fratrem, auunculum aut aliquem parentum interfecerit?

Interrogatio III.

Est aliquis qui presbyterum, aut diaconum, aut aliqué clericorum occiderit, vel aliquo membro detruncauerit?

Interrogatio IIII.

Est aliquis vel aliqua, qui infantem proprium oppresserit, vel vestimentorum pondere suffocauerit, & si hoc factum est ante baptismum, aut post baptismum, aut si infans infirmatus per negligentiam parentis absque baptismo obierit?

Interrogatio V.

Est aliquis vel aliqua qui alterius partum excusserit,

vel si ipsa fœmina propria voluntate suum partũ vel cõceptum excusserit,& abortiuum fecerit?

Interrogatio VI.

Est aliqua fœmina quæ in fornicatione concipiens, timens ne manifestaretur, infantem proprium, aut in aquã proiecerit, aut in terra occultauerit, quòd morht dicunt?

Interrogatio VII.

Est aliquis qui vxorem suam absque lege, aut certa probatione interfecerit?

Interrogatio VIII.

Est aliqua fœmina quæ virum suum, vel aliquem hominem per herbas venenatas, vel mortiferas potiones interfecerit, vel alium hoc facere docuerit?

Interrogatio IX.

Est aliquis vel aliqua qui hoc fecerit, vel alium facere docuerit, vt vir non possit generare, aut fœmina concipere?

Interrogatio X.

Est aliquis qui proprium seruum extra iudicem occiderit, & aliqua fœmina quæ ancillam propriam, necauerit, furore zeli inflammata?

Interrogatio XI.

Est aliquis qui diabolo impellẽte semetipsum occiderit?

Interrogatio XII.

Est aliquis qui in bello publico homines vulnerauerit, & nescit si de illo vulnere aliquis perierit? Et si alicui imputatur quòd hominẽ occiderit, & ipse hoc denegauerit?

Interrogatio XIII.

Est aliquis qui in consilio fuerit, vt homo interficeretur, & non fuit in facto, & tamen per eius consilium & exhortationem interfectus est?

Interrogatio XIIII.

Est aliquis qui truncationes manuum, pedum, linguæ, & testiculorum fecerit, & oculos alterius eruerit?

Interrogatio XV.

Est aliquis coniugatus, qui cum alterius vxore adulterium perpetrauit, vel vxor cum alterius viro?

Interrogatio XVI.

Est aliquis vxorem habens, qui concubinam simul habuerit ancillam propriam, aut aliam fœminam?

Interrogatio XVII.

Est aliquis qui vxorem legitimam dimiserit, & alteri se coniunxerit, & aliam in coniugium acceperit?

Interrogatio XVIII.

Est aliqua mulier quæ virum proprium dimiserit, & alteri se coniunxerit?

Interrogatio XIX.

Sunt aliqui interueniente repudio, qui ab inuicem sint separati, & sic maneant?

Interrogatio XX.

Est aliquis qui absque consensu vxoris, derelicto legitimo coniugio in monasterium intrauerit?

Interrogatio XXI.

Est aliquis qui suam cõiugem quamuis culpabilem sine episcopi iudicio reliquerit?

Interrogatio XXII.

Est aliqua mulier, quæ cõscio viro suo fornicata fuerit?

Interrogatio XXIII.

Est aliquis vxore carens, qui cum alterius coniuge fornicatus fuerit: aut si qua mulier non habens virum cum alterius marito?

Interrogatio XXIIII.

Est aliquis non habens vxorem, qui cum fœmina quæ virum non habet fornicatus fuerit?

Interrogatio XXV.

Est aliqua laica virgo, quæ mœchata fuerit cũ adolescẽte?

Interrogatio XXVI.

Est aliquis qui desponsatam puellam non duxerit, & fidem sponsaliorum fregerit?

Interrogatio XXVII.

Est aliquis qui alterius sponsã rapuerit, & sibi sociauerit?

Interrogatio XXVIII.

Est aliquis qui quãcunq; fœminã, virginẽ, aut viduã per raptũ traxerit, & sociauerit sibi in matrimoniũ: & si aliqui sunt, qui in hoc consentientes & adiuuantes fuerint?

Interrogatio XXIX.

Est aliquis qui cum Iudæa, vel si Iudæus, vel paganus cũ aliqua Christiana mœchatus fuerit?

Interrogatio XXX.

Est aliquis qui sanctimonialem, vel viduam Deo sacra-

tam rapuerit,& in coniugium sumpserit,vel ipsis consentientibus cùm eis fornicatus fuerit?

Interrogatio XXXI.

Est aliquis qui viuente marito,coniugem illius adulterasse accusatur,& eo in proximo defuncto eandem sumpsisse dinoscitur?

Interrogatio XXXII.

Est aliqua mulier quæ dicat quòd vir eius non possit cũ ea coïre,& ob hanc causam dissidium quærit, & alium virum velit accipere?

Interrogatio XXXIII.

Est aliquis qui cũ cõmatre spiritali mœchatus fuerit, vel eam in matrimonium acceperit,similitérque cũ filiola quam ex sacro fonte susceperit,aut ante episcopũ tenuit?

Interrogatio XXXIIII.

Est aliquis qui propinquam & cõsanguineam suam in matrimonium accepit,aut cum ea fornicatus est?

Interrogatio XXXV.

Est aliquis qui irrationabiliter, id est, contra naturam cum masculis,& mutis misceatur animalibus?

Interrogatio XXXVI.

Est aliqua mulier quæ lænocinium fecerit?

Interrogatio XXXVII.

Est aliquis qui in sua domo consentit cum propriis ancillis,vel genitiariis suis adulteria perpetrari?

Interrogatio XXXVIII.

Interrogãdum si aliquis fur,aut sacrilegus sit in eadem plebe,qui ecclesias Dei infregerit,vel aliquid de Ecclesia furatus sit,aut publicè rapuerit,vel latenter surripuerit: aut si aliquis rapax,& raptor,& dãnator Ecclesiæ dei est?

Interrogatio XXXIX.

Interrogandum si aliquis periurus sit, aut si sciens,& pro cupiditate terrena peierauerit:& si nesciẽs,aut si coactus iussu senioris,aut pro membris,aut pro vita redimẽda:aut si aliquis scienter nõ solùm peierauerit, sed etiam alios in periurium duxerit?

Interrogatio XL.

Interrogandum si aliquis scienter contra aliquem falsum testimoniũ protulerit, & quale damnum aliquis per hanc testificationem habuerit.

Interrogatio XLI.

Interrogandum si aliquis hominem liberũ aut seruum alterius, aut peregrinũ, aut aduenticiũ furatus fuerit, aut eum blandientẽ, seduxerit & vendiderit, & extra patriã in captiuitatem duxerit: aut si aliquis Iudæo vel pagano Christianũ mancipium vendiderit, aut si ipsi Iudæi Christiana mancipia in suo seruitio habeant, vel vendant?

Interrogatio XLII.

Interrogandum si aliquis sit magus, ariolus, aut incantator, diuinus, aut sortilegus: vel si aliquis vota ad arbores, vel ad fontes, vel ad lapides faciat, aut ibi candelam seu quodlibet munus deferat, veluti ibi quoddam numen sit, quod bonum, aut malum possit inferre?

Interrogatio XLIII.

Perscrutandum si aliquis subulcus, vel bubulcus, siue venator, vel cæteri huiusmodi diabolica carmina dicat super panem, aut super herbas, aut super quædam nefaria ligamenta, & hæc aut in arbore abscõdat, aut in biuio, aut in triuio proiiciat, vt sua animalia liberet à peste & clade, & alterius perdat?

Interrogatio XLIIII.

Perquirẽdũ si aliqua fœmina sit, quæ per quædã malefi cia, & incantationes, mentes hominũ se immutare posse dicat, id est, vt de odio in amorẽ, aut de amore in odiũ cõuertat, aut bona hominũ, aut damnet, aut surripiat? Et si aliqua est quę se dicat cum dæmonũ turba in similitudinẽ mulierũ trãsformata certis noctibus equitare super quasdam bestias, & in eorum cõsortio annumeratam esse?

Interrogatio XLV.

Interrogandum si aliquis sanguinem morticinum, aut dilaceratum à bestia comederit?

Interrogatio XLVI.

Est aliquis qui iurauit quod Deo contrarium est, vt fratri nunquam reconcilietur, quod est peccatum vsque ad mortem?

Interrogatio XLVII.

Est aliquis qui bibit de liquore in quo mustela, vel mus, siue aliquod immundum animal necatum est?

Interrogatio XLVIII.

Est aliquis qui ieiuniũ quadragesimale, vel quatuor tẽ-

porũ,siue Letaniæ maioris,vel Rogationũ,siue indictum ab episcopo ieiuniũ pro quacũq; plaga nõ obseruauerit?

Interrogatio XLIX.

Est aliquis qui bibit,aut mãducauit,aut portauit super se quo existimauerat se Dei iudiciũ puertere posse?

Interrogatio L.

Est aliquis qui in Calẽd. Ianuarii aliquid fecerat, quod à paganis inuentum est,& dies obseruauit,& lunã,& mẽses,& horum effectiua potentia aliquid sperauerat in melius,aut in deterius posse conuerti?

Interrogatio LI.

Est aliquis quodcunque opus inchoans,qui aliquid dixerat,aut quacunque magica arte aliud fecit,nisi vt Apostolus docet,omnia in nomine domini facienda? Neque enim dæmones in nostrum adiutorium debemus inuocare,sed Deum, in collectione similiter herbarum medicinalium,symbolum & orationem dominicam dicere oportet, & nihil aliud?

Interrogatio LII.

Quærendum etiam si mulieres in lanificiis suis,vel inordiendis telis aliquid dicant,aut obseruent,nisi vt supra dictum est,omnia in nomine domini?

Interrogatio LIII.

Est aliquis qui oblationes,id est,eleemosynam parentum defunctorum iniustè retineat?

Interrogatio LIIII.

Est aliquis qui supra mortuum nocturnis horis carmina diabolica cantaret,& biberet,& manducaret ibi,quasi de eius morte gratularetur, & si alibi mortui in vigiliis nocturnis,nisi in Ecclesia custodiantur?

Interrogatio LV.

Est aliquis qui nõ communicet,vel tribus temporibus in anno,id est,in Pascha,Pẽtecoste,& Natali domini,nisi pro mortiferis criminibus,& episcopi vel sacerdotum iudicio,à communione fuerit remotus?

Interrogatio LVI.

Est aliquis qui in die dominica, vel in præcipuis festiuitatibus,quicquam operis faciat:& si ad Matutinas & ad Missam,& ad vesperas,his diebus imprætermisse, omnes occurrant?

Interrogatio LVII.

Est aliquis excõmunicatus, qui pro nihilo duxerit excommunicationem: & si aliquis cũ excommunicato communicauerit?

Interrogatio LVIII.

Est aliquis qui modum pœnitentiæ sibi iniunctum non custodierit?

Interrogatio LIX.

Est aliquis qui patrem aut matrem inhonorauerit, aut percusserit, aut maledixerit?

Interrogatio LX.

Est aliquis qui vomitum post acceptam Eucharistiam per ebrietatem fecerit?

Interrogatio LXI.

Est aliquis qui suam decimationem Deo & sanctis eius retraxerit?

Interrogatio LXII.

Est aliquis tam peruersus & Deo alienus, vt saltem dominica die ad Ecclesiam non venerit?

Interrogatio LXIII.

Si porcarii, & alii pastores dñica die ad Ecclesiam non veniãt, & missas nõ audiũt, similiter in aliis festiuitatib⁹?

Interrogatio LXIIII.

Est aliquis qui ad confessionem non veniret, vel vna vice in anno, id est, in capite Quadragesimæ, & pœnitentiã pro peccatis suis non susciperet?

Interrogatio LXV.

Est aliquis qui assiduã ebrietatem sectetur, Apostolo dicente: neque enim ebriosi regnum Dei possidebunt?

Interrogatio LXVI.

Est aliquis qui cõtẽpto suo presbytero, in aliã parochiã iret ad ecclesiã, & ibi cõmunicaret, & suã decimã daret?

Interrogatio LXVII.

Inquirendum de mendicis, qui per parochiam discurrunt: & si vnusquisque pauperem de familia sua pascat?

Interrogatio LXVIII.

Interrogandum si, in vnaquaque plebe decani sint per villas cõstituti, viri veraces, & dñm timentes, qui cæteros admoneãt, vt ad Ecclesiam pergãt, ad Matutinas, ad Missam, & ad Vesperã, & nihil operis in diebus festis faciãt:

& si horum quisquam transgressus fuerit, statim presbytero annũcient, similiter de luxuria, & omni opere prauo?

Interrogatio LXIX.

Est aliquis qui bannum episcopi, aut presbyteri sui, & excommunicationem paruipendit?

Interrogatio LXX.

Perquirendum si parochiani presbytero suo debitum honorem impendant, aut si est aliquis qui eum verbo, vel facto inhonoraret, & eius monita sperneret?

Interrogatio LXXI.

Est aliquis q peregrino, aut viatori hospitiũ cõtradixerit?

Interrogatio LXXII.

Inquirendum est, quas festiuitates colant?

Interrogatio LXXIII.

Interrogãdum si patrini filiolis suis, symbolum, & orationem dominicam insinuent, aut insinuari faciant?

Interrogatio LXXIIII.

Perquirẽdũ si IIII. aut V. vel plures interfecerint hominẽ?

Interrogatio LXXV.

Est aliquis qui cõtradicit episcopo aut eius ministris, ne coloni aut serui pro cõmissis criminibus virgis nudi cædantur?

Interrogatio LXXVI.

Interrogandum si aliquis peregrinum, qui de sua patria propter paganorum infestationem, vel persequutionem fugit, hac de causa quia in domo eius mansit, & diebus aut annis loco mercenarij illi seruiuit, pro proprio seruo velit habere, & vendere, aut dare alicui præsumat?

Interrogatio LXXVII.

Est aliquis qui iniusta mensura suam annonam, aut vinum vendat, quum dominus dicat: Aequus sit tibi modius, & æquus sextarius?

Interrogatio LXXVIII.

Denunciandum etiam quàm magnum piaculum sit vsuras exigere, & de alieno fœnore velle ditescere, & quod sacri canones tales ab Ecclesia eiici præcipiant.

Interrogatio LXXIX.

Est aliquis qui propter cupiditatem Iudæum vel paganum interfecerit?

Interrogatio LXXX.

Est aliquis insaniens qui aliquem hominem occiderit?

Interrogatio LXXXI.

Est aliquis qui arborē succideret,& dū operi necessario insisteret,aliquis subtus arborē deueniens, improuisē opprimeretur? *Interrogatio LXXXII.*

Est aliquis qui cōiurationes & cōspirationes sectaretur? *Interrogatio LXXXIII.*

Est aliquis qui ecclesiā aut clericū fatigare præsūpserit? *Interrogatio LXXXIIII.*

Inquirendum de refugis,& perfidis clericis & laicis. *Interrogatio LXXXV.*

Percontandum de confratriis & fraternitatum societatibus qualiter in parochia agantur. *Interrogatio LXXXVI.*

Interrogandum si cantica turpia, & risum mouentia, aliquis circa Ecclesiam cantare præsumat. *Interrogatio LXXXVII.*

Perquirendum si aliquis Ecclesiam intrans,fabulis vacare consueuit,& nō diligenter auscultat diuina eloquia, & si antequam Missa finiatur,de Ecclesia exierit? *Interrogatio LXXXVIII.*

Interrogandum si oblationem,id est, panem & vinum viri & fœminæ ad Missas offerant,& si non viri coniuges offerant,pro se suisq; omnibus vt in canone continetur?

Vt episcopi libros gentilium non legant. Cap. XCV.

Ex cōcili. Cartha. cap. 16.

VT episcopi libros gentilium non legant: hæreticorum autem pro necessitate & tempore.

Vt episcopi,prout vulgus intelligere possit,secundum proprietatem communis linguæ illorum prædicationem temperent. Cap. XCVI.

Ex concil. Remensi, cap. 11.

VT episcopi Sermones & Homelias sanctorum patrum, prout omnes intelligere possint, secundum proprietatem communis linguæ prædicare studeant.

Reprehensio episcopi in pulpito paganos libros exponentis,eo quòd cū Iouis laudibus Christi laudes non conuenient. Cap. XCVII.

Ex reg. ad Desiderium episc. Galliæ cap. 84.

QVum multa nobis bona de vestris fuissent studiis nunciata,ita cordi nostro est nata lætitia, vt negare ea,quæ sibi fraternitas vestra concedenda poposcerat,minimè pateremur. Sed post hoc peruenit ad nos, quod sine verecundia memorare nō possumus, fraterni-

tatem tuam Grãmaticam, & illa difficiliora quibuſdam exponere. Quam rẽ ita moleſtè ſuſcepimus, ac ſumus vehementer aſpernati, vt ea quæ prius dicta fuerunt, in gemitum & triſtitiam verteremus: quia in vno ore cum Iouis laudibus, Chriſti laudes eſſe non poſſunt. Et quã graue nefandumq; ſit epiſcopis canere, quod nec laico religioſo conueniat. Et quamuis dilectiſsimus filius noſter Candidus presbyter poſtmodũ veniens, hac de re ſubtiliter requiſitus negauerit, atq; vos conatus fuerit excuſare: de noſtro tamen adhuc animo non receſsit: quia quantũ execrabile eſt hoc de ſacerdote enarrari, tanto vtrũ ita neceſſe ſit diſtricta & veraci oportet ſatisfactione cognoſci. Vnde ſi poſt hoc euidẽter hæc quæ ad nos perlata ſunt falſa eſſe claruerint, neq; vos nugis & ſecularibus literis ſtudere cõſtiterit, & Deo noſtro gratias agamus, qui cor veſtrum maculari blaſphemis nefandorum laudibus non permiſit, & de concedendis quæ poſcitis ſecuri iam & ſine aliqua dubitatione tractemus.

Quantum diſcrimen immineat paſtoribus qui veritatem Chriſti prædicare negligunt. Cap. XCVIII.

VAe enim erit nobis, qui huius miniſterij onus ſuſceptũ habemus, ſi veritatẽ ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quã Apoſtoli prędicauerunt, prædicare neglexerimus. Vę erit nobis, ſi ſilẽtio veritatẽ oppreſſerimus, qui erogare nũmulariis iubemur, id eſt, Chriſtianos populos imbuere & docere. Quid in ipſius Chriſti futuro dicturi ſumus examine, ſi ſermonis eius veritatẽ cõfundimur prędicare? Quid erit de nobis, quum de commiſsis nobis animabus, & de officio ſuſcepto rationem iuſtus iudex Chriſtus Deus noſter diſtrictam exegerit?

Ex decre. Marci papæ Aegyptiorũ epiſcopis miſſis. cap. 3.

Quòd epiſcopum oporteat ſine intermiſsione Eccleſiam ſuam docere & amare. Cap. XCIX.

EPiſcopũ verò oportet opportunè & importunè atque ſine intermiſsione Eccleſiã ſuã docere, eãq; prudẽter regere & amare, vt à vitiis ſe abſtineat, vt ſalutẽ cõſequi poſsit æternam. Et illa cum tanta reuerentia eius doctrinam debet ſuſcipere, eũq; amare & diligere, vt legatum Dei & præconem veritatis, quia teſtante veritate, Quodcunque ligauerit ſuper terram, erit ligatum & in cœlo & quodcunq; ſoluerit ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.

Cap. Euariſti papæ 5. omnibus per Aegyptũ fratribus miſſum.

De ignorantia omnibus maximè sacerdotibus vitanda. Cap. C.

Ex cõcil. Toletano 5. cap. 25.

IGnorantia mater cunctorum errorum, maximè in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sancta scriptura admonet, Paulo apostolo dicente ad Timotheum: Intende lectioni, exhortationi. Doctores semper se permanere in his sciant. Igitur sacerdotes scripturas sanctas & canones meditentur, vt omne opus eorum in prædicatione & doctrina consistat, atque ædificent cunctos, tam fidei scientia, quàm operum disciplina.

Vt episcopus dißidentes concordare cõpellat. Cap. CI.

Ex cõcil. Cartha. cap. 26.

STudẽdũ est episcopo vt disidẽtes fratres, siue clericos, siue laicos ad pacẽ magis, quàm ad iudiciũ hortetur.

Vt in die dominica rerum diudicationes non fiant. Cap. CII.

Ex conci. Spalensi. cap. 2.

VT nullus episcopus, vel infra positus, die dominico causas iudicare præsumat.

De domestica & interiori conuersatione episcoporum. Cap. CIII.

Ex conci. Aureliã. cap. 5.

DEcreuit sancta synodus domesticam & interiorem episcopi conuersationem totius reprehensionis atque suspicionis impenetrabilem fieri debere, vt iuxta Apostolum prouideamus bona, non solùm coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Oportet igitur vt cubiculo episcopi & secretioribus quibuslibet obsequiis synceræ opinionis sacerdotes & clerici assistant, qui vigilantem, orantem, sacra eloquia scrutantem episcopum suum iugiter attendant, eiusque sanctæ conuersationis testes, imitatores, & ad Dei gloriã prædicationis existãt.

Vt episcopus quasi hospes se cõtinere debeat. Cap. CIIII.

Ex dictis Augusti.

EPiscopus quasi hospes fieri debet, & priuatam domũ nõ habeat, sed quasi hospes esse debet, vt Christus ait: Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet.

Vt episcopi frequenter Missas celebrẽt. Cap. CV.

Ex cõcil. Arausico, cap. 3.

STatuimus, vt non tantùm dominicis diebus, & præcipuis festiuitatibus episcopi Missas celebrent, sed quum possibile fuerit, quotidiana quoque sacrificia frequentent, nec fastidiant.

Ne episcopus precio corruptus alterius clericum ordinare præsumat. Cap. CVI.

OMnibus ministris ecclesiasticæ dignitatis interdicimus, vt nullus quocunque munere aut fauore corruptus, clericum alterius parochiæ latenter ac furtiuè ad ordinationē subintroducere præsumat. Quod si fecerit, iuxta Chalcedonense decretū, is qui mediator extitit, si clericus est, proprio gradu decidat, si laicus aut monachus, anathematizetur. *Ex cõcil. Hãnerẽsi cap.1.*

Vt episcopus cleriros alterius parochiæ nullatenus ordinet. Cap. VII.

EPiscopus non constituat presbyteros aut diaconos alteri subiectos episcopo, nisi fortè cum consilio & voluntate ipsius. Si quis autem tale aliquid agere tentauerit, irrita sit eius ordinatio, & ipse coërceatur à synodo. *Ex cõcil. Parisiẽsi cap.32.*

Vt nullus episcopus in alterius episcopi parochia ad promotionē ministery accedere præsumat. Cap. CVIII.

NVllus episcopus ex alia prouincia audeat ad aliam transgredi, & ad promotionem ministerijaliquos in Ecclesiis ordinare, licèt consensum videantur præbere nonnulli, nisi literis tam Metropolitani, quàm cęterorum, qui cum eo sunt, episcoporum rogatus adueniat, & sic ad actionem ordinationis accedat. Si verò nullo vocante inordinato more deproperet super aliquibus ordinationibus, & ecclesiasticis negociis ad eum non pertinentibus componendis: irrita quidem quæ ab eo geruntur existant. Ipse verò incomposiri motus sui, & irrationabilis audaciæ subeat vltionem, ex hoc iam damnatus à sancto concilio. *Ex cõcil. Antioch. cap.13.*

Ne episcopus alterius Ecclesiæ clericum audacter inuadere attentet. Cap. CX

SI quis episcopus clericū ad alium pertinentem audacter inuadere, & in sua Ecclesia ordinare tentauerit, nō consentiente episcopo à quo discesserit, is qui regulæ mācipatur, ordinatio huiusmodi irrita comprobetur. *Ex cõcil. Nicæno cap.16.*

De non præsumendis illicitis ordinationibus. Cap. CX.

RElatio nos vestræ dilectionis instruxit, & gestorum series plenius intimauit, Gaudētium Offinienſis Ecclesiæ sacerdotem contra statuta canonum ac nostra præcepta ordinationes illicitas perpetrasse. Quarū illi totam penitus auferri præcipimus potestatē. Scripsimus enim ad *Ex epist. Simplicii pap. missa Eqtio Florẽtio, & Seue. epis. ca.1.*

Seuerum fratrem & coëpiſcopum noſtrum, vt, ſi neceſſe fuerit, ipſe in ſupradicta Eccleſia, conſideratis patrũ regulis, hoc fungatur officio, quo ille abuſus eſſe conuictus eſt: ita vt hi qui illicitè ab eodem ſunt prouecti, ab eccleſiaſticis miniſteriis remoti ſint.

De epiſcopo cæco, qui per presbyterum ſuum, presbyterum & diaconos duos ordinauerat. Cap. CXI.

Ex cõcil. Bragga. cap. 5.

AD cognitionem noſtri examinis Gabrenſis diaconi relatu peruenit de quibuſdam ipſius Eccleſiæ clericis, quorũ dum vnus ad presbyterij, duo ad Leuitarum miniſterium cõſecrarentur, epiſcopus autem eorũ oculorum dolore detentus, fertur manũ ſuam ſuper hos tantùm poſuiſſe, & presbyterum quendam illis contra eccleſiaſticum ordinem benedictionẽ dediſſe. Qui licet propter tantam præſumptionis audaciã poterat accuſatus iudicio præſenti damnari, ſi adhuc in corpore poſitus, non fuiſſet mortis vocatione prçuentus: ſed quia iam ille examini diuino relictus eſt, humano iudicio accuſari non poteſt: hi qui ſuperſunt, & ab eo non conſecrationis titulũ, ſed ignominiæ potius eulogium perceperunt, ne ſibi licentiam talis vſurpatio faciat, decreuimus vt gradum ſacerdotis, vel Leuitici ordinis quem peruerſé adepti ſunt depoſiti æquo iudicio abstinãtur. Tales enim meritò iudicati ſunt remouẽdi, quia prauè inuenti ſunt conſtituti.

Quòd non oporteat epiſcopum per pecuniam quempiam ordinare. Cap. CXII.

Ex cõci. Chalced. Cap. 2

SI quis epiſcopus per pecuniã fecerit ordinationem, & ſub precio redegerit ſpiritus ſancti gratiã quę non poteſt vendi, ordinaueritque per pecuniam epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum, vel quemlibet ex his qui connumerãtur in clero: proprij gradus periculo ſubiacebit. & qui ordinatus eſt, nihil ex hac ordinatione proficiet, ſed alienus ſit à dignitate. Si quis verò mediator datis vel acceptis extiterit: ſi quidem clericus fuerit, proprio gradu decidat: ſi verò monachus, aut laicus, anathematizetur.

Quòd munus etiam ſit à lingua vitandũ. Cap. CXIII.

Ex dictis Gregorii papæ.

SVnt nonnulli qui nummorum quidem præmia ex ordinatione non accipiunt, tamen ſacros ordines pro humana gratia largiuntur. Hi nimirum quod gratis accipiunt,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gratis non tribuunt: quia fauoris nummũ de impenſo officio ſanctitatis expetunt. Vnde cùm virũ iuſtum deſcriberet Eſaias, ait: Qui excutit manus ſuas ab omni munere: quia aliud eſt munus ab obſequio, aliud munus à manu, aliud munus à lingua. Munus ab obſequio, eſt ſubiectio indebitè impenſa. munus à manu, pecunia eſt. munus à lingua, fauor. Qui ergo ſacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus non ſolùm vllam pecuniam, ſed etiam humanam gratiam non requirit.

Vt non valeat ſententia epiſcopi, niſi clericorum ſuorũ præſentia firmetur. Cap. CXIIII.

IRrita erit ſententia epiſcopi, niſi clericorum ſuorum præſentia confirmetur. *Ex cõcil. Cartha. cap. 23.*

Vt epiſcopus ſecundum reditum Eccleſiarum numerum clericorum faciat. Cap. CXV.

NE paſsim epiſcopus multitudinem clericorum faciat, ſed ſecundum meritum, vel reditum Eccleſiarum numerus moderetur. *Ex cõcil. Spalenſi, cap. 1.*

De epiſcopis peregrinis. Cap. CXVI.

DE epiſcopis peregrinis qui in vrbem ſolent venire, quos veraciter epiſcopos ſcimus eſſe, placuit eis locũ dari vt offerant. *Ex cõcil. Arala-tenſi cap. 20.*

Vt leuitate vagantes epiſcopi, ad propria redire compellantur. Cap. CXVII.

CVm ſacerdotis dignitas aliis videatur dignitatibus eminere, ita quiſquis ea ornatus eſt, cunctis ſe imitandum debet oſtẽdere, vt exemplo ſui nulli nocere, ſed vitam potius valeat componere ſubiectorũ. Nam ſi actus diſſentiat à nomine, quanto pontificatus ipſe plus erigit, tanto magis abdicit. Itaque Menatem quendam epiſcopum, qui illuc de diœceſeos noſtræ ordinatione profectus eſt, in tanta ſe leuitate didicimus exhibere, vt & nobis de eo maior ſit verecundia, & illi epiſcopatus nomen non ſit in honore, ſed onere. Quod quia pudori nobis eſt, de eo illa cognoſcere, quæ in aliarum prouinciarum omnino reprehendimus ſacerdotibus, fraternitas veſtra eum illic immorari amplius non permittat, ſed ad nos quantocyus reuerti compellat. Ac magis inuenta per omnia occaſione tranſmittat, vt ſub ea qua dignum eſt obſeruantia refrena- *Ex regiſt. Gregor. papæ, ad Siagrium epiſcopũ Auguſtudunũ, cap. 122.*

tus, seculares mores ad sacerdotalem studeat conuertere dignitatem. Nam satis noxium atque pernicioſum est, vt imitatione ipsius, qui ædificari si debuerāt destruantur. In qua re non solùm ille culpabilis, sed etiam qui non restiterit inuenitur. Nam consentire videtur erranti, qui corrigenda, vt resecari debeant, non concurrit. Quia verò quidā Theodorus episcopus de diœceſi reuerendiſsimi fratris nostri Constantij Mediolanēſis Eccleſiæ episcopi, diſciplinā, vt dicitur, euitans, illuc veniſſe firmatur: hortamur vt & iſto diligentius requiſito, ad episcopū ſuum veſtra fraternitas retrāſmittat. Et quia, ſicut legitur, qui abiicit diſciplinam infelix eſt, nulla eum illic excuſatione patiamini retinere, quatenus & hi, qui leuitatis eorum vitio poſſunt decipi, liberētur, & de ipſis habere mercedem, ne in hac ſtultitia pereant, valeatis.

Quàm diu episcopus in aliena ciuitate remoretur. Cap. CXVIII.

Ex cōcil. Sardinēſi cap. 14.

OSIVS episcopus dixit: Et hoc quoque ſtatuere debetis, vt ex aliqua ciuitate cùm aduenerit ad aliam ciuitatem, & ambitioni magis quàm deuotioni ſermonem, voluerit in aliena ciuitate multo tempore reſidere: Fortè enim euenit episcopum loci non eſſe tam inſtructum, neque tam doctum: is verò qui aduenit incipiat contemnere eum, & frequenter facere ſermonē, vt dehoneſtet & infirmet illius perſonam, ita vt ex hac occaſione non dubitet relinquere adſignatam ſibi Eccleſiam, & tranſeat ad alienam. Definite ergo tempora: quia & nō recipi episcopum inhumanū eſt, & ſi diutius reſideat, pernicioſum eſt. Nemini autem ſuperiori concilio fratres noſtros conſtituiſſe, vt ſi quis laicus in ea, in qua commoratur, ciuitate, quatuor dominicos dies, id eſt, per tres ſeptimanas non celebraſſet conuentum, communione priuaretur. Si hæc circa laicos conſtituta ſunt, multo magis episcopum nec licet, nec decet, ſi nulla ſit tam grauis neceſsitas quæ detineat, vt amplius à ſupraſcripto tempore abſens ſit ab Eccleſia ſua. Vniuerſi dixerunt placere ſibi.

De ſuſcipiendis episcopis qui perſecutionem patiuntur. Cap. CXIX.

Ex eodē cap. 22

OSIVS episcopus dixit: Suggerente fratre & coēpiſcopo noſtro Olympio etiam hoc placuit, vt ſi ali-

quis vim perpessus est, & iniquè expulsus, pro disciplina & catholica confessione, vel pro defensione veritatis, effugiens pericula, innocens & deuotus ad aliam venerit ciuitatem, non prohibeatur immorari, quàm diu aut redire possit, aut iniuria eius remedium acceperit: Quia durum est eum qui persecutionem patitur non recipi, etiam & larga beneuolentia & humanitas ei est exhibenda. Omnis synodus dixit: Vniuersa quæ constituta sunt, catholica Ecclesia in vniuerso orbe diffusa custodiet. Et subscripserunt qui conuenerant.

De illis qui se dicunt esse episcopos.
Caput CXX.

SVNT in quibusdam locis scotti & alij erronei, qui se dicunt episcopos esse, & multos negligentes absque licentia dominorum suorum siue magistrorum, presbyteros & Diaconos ordinent. Quorum ordinationem, quia plerunque in symoniacam incidit hæresim, & multis erroribus subiacet, modis omnibus irritam fieri debere, omnes vno consensu decreuimus. *Ex cõcil. Remensi, cap. 43.*

Qualiter pepegrini episcopi recipiantur.
Cap. CXXI.

IOuinus excellentissimus vir filius noster per Illyricum scriptis suis nobis indicasse dignoscitur, ad se sacris apicibus destinatis iussum fuisse episcopos quos è propriis locis hostilitatis furor expulerat, ad eos episcopos qui nũc quoque in locis propriis degunt, pro sustẽtatione ac stipendiis præsentis vitæ esse iungendos. Et licèt ad hoc fraternitatem vestram iussio principalis admoneat, habemus tamen maius horum mandatum æterni principis, quo ad hæc terribilius peragenda compellimur, vt non dico fratres & coëpiscopos nostros, sed ipsos etiam quos nobis contrarios patimur, quum opportunitas postulat, in conferendis subsidiis necessitatum carnalium diligamus. Oportet ergo vos ad hanc rem, & cœlesti primitus principi obedientes existere, & imperialibus etiã iussionibus consentire, quatenus fratres coëpiscoposq́, nostros, quos & captiuitatis & diuersarum necessitatum angustiæ comprimunt, debeatis conselandos, conueniendosq́; vobiscũ in ecclesiasticis su- *Ex regi. Gregorii pap. vniuersis episcopis per Illyricũ, cap. 42.*

stentationibus libenter susciperet: non quidē vt per communionem episcopalis throni dignitatem, sed vt ab Ecclesia iuxta possibilitatem sufficientia debeant alimenta percipere. Sic enim & proximum in Deo, & Deum in proximo diligere comprobamur. Nullam quippe eis nos in vestris Ecclesiis autoritatem tribuimus, sed tamen eos vestris solaciis contineri, summopere hortamur.

De episcopis vel presbyteris ignotis, vt ante probationem synodalē ministrare nō permittātur. Cap CXXII.

Ex cōcil. Rotoma. cap. 8.

STatuimus secundum canonicam cautelam, omnes vndecunque superuenientes ignotos episcopos, vel presbyteros, ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admittere.

Vt episcopus hostilitate expulsus, ad aliam vacantem transeat Ecclesiam. Cap. CXXIII.

Ex regu. S. Grego. ad Agnel lum epis. cap. 135.

PAstoralis officij cura nos admonet, destitutis Ecclesiis proprios cōstituere sacerdotes, qui gregē dominicum pastorali debeant solicitudine gubernare. Propterea te Ioannem ab hostibus captiuitate Lisitanæ ciuitatis episcopum, in Squillicina Ecclesia Cardinalem necesse duximus constituere sacerdotem, vt & susceptam semel animarum curam intuitu futuræ retributionis impleas, & licet à tua, hoste imminente depulsus sis, aliam quæ pastore vacat debeas Ecclesiam gubernare: ita tamen, vt si ciuitatem illam ab hostibus liberam effici, & domino protegente ad priorem statum contigerit reuocari, in eam, in qua & prius ordinatus es, Ecclesiam reuertaris. Sin autem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur, in hac in qua & à nobis incardinatus es, debeas Ecclesia permanere.

De episcopis quòd omnes homines eis iure obedire debeant. Cap. CXXIIII.

Ex decre. Clemētis papæ, ca. 15.

OMnes principes terræ & cunctos homines episcopis obedire, & capita sua submittere, eorumque auditores existere præcipiebat, vt omnes pariter fideles, & cooperatores legis Dei monstrarentur, ne de eis dicatur: Confundentur & erubescent omnes qui pugnant aduersum te, & erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi. Quæres eos & non inuenies viros rebelles tuos, erunt quasi non sint, & veluti consumptio hominis

De Episcopis qui se à fratrum adiutorio subtraxerint. Cap. CXXIX.

Ex decr. Alexandri pap. cap. 30. omnibus episcopis missis.

QVI autem ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus quàm sacerdos esse probabitur. Ecce, inquit Propheta, quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnũ. Illi verò non in vnum habitant, qui à fratrum se solatio subtrahunt, & quod deterius est, fratribus insidias præparant, aut laqueos ponunt. Itẽ post pauca: Nos ergo qui discipuli domini, & dici, & esse cupimus, portare crucẽ domini, & compati fratribus debemus, & non quascunq; eis insidias aut foueas præparare: quia talionẽ meretur, qui fratribus foueam parat. Nolite errare, fratres, quia Deus non irridetur. Huius rei gratia vobis dominus commisit Ecclesiam suam, vt pro omnibus laboretis, & cunctis oppressis opem ferre non negligatis. Vnde & dominus per Prophetam loquitur, dicens: Hæc dicit dominus: Iudicate mane iudiciũ, & eruite vi oppressos de manu calũniãtis, ne fortè egrediatur quasi ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat. Vos ergo qui in summa specula à domino cõstituti estis, attendere eos, & opprimere oportet, qui in fratres seditiones & scandala excitant, ne simul cum eis pereatis.

De episcopis qui se quasi canino dente inuicem corroserint. Cap. CXXX.

Ex eisdẽ ad eosdẽ, cap. 18.

SI verò, quod absit, discordes fueritis, & canino dente vos derodere cœperitis, non solùm eos non superabitis, sed & vobisipsi nocebitis, atque ab eis superabimini, & nocenter fortè peribitis.

De episcopis qui fratribus nocere desiderant. Cap. CXXXI.

Ex decr. Bonifa cij papæ.

SIcut omnis qui diligit fratrẽ suum, ex Deo est: ita omnis qui odit proximũ, ex diabolo est. Dilectione enim sola discernitur quis, ex quo genitus approbetur, dicente Ioanne: In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli. Omnis qui non facit iustitiam, ex Deo non est, & non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annunciatio quam ab initio audistis, vt diligatis alterutrum. Et post paulum: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida, non habet vitã æternam in se

bellantis aduersum te. Omnes ergo qui eis contraëunt, ita damnatos & infames vsque ad satisfactionem monstrabat: & nisi conuerterentur, à liminibus Ecclesiæ alienos esse præcipiebat.

Quòd episcopi claues sint Ecclesiæ, & habeant potestatem claudere cœlum, & aperire portas eius. Cap. CXXV.

SAnctam ergo Ecclesiã immaculatã omnes seruare debere euangelizabat, cuius claues episcopos esse dicebat. Ipsi enim habent potestatem claudere cœlum, & aperire portas eius, quia claues cœli facti sunt. Amouere autem eos neminẽ debere docebat quia oculi domini sunt, & qui eos tangit, tangit pupillam oculi eius. Et quãta pœna dignus sit, qui eos scandalizat, ipsum dominũ docuisse dicebat, vbi ait: Qui scandalizauerit vnũ de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. *Ex eodẽ, cap. 37.*

Quòd episcopos dominus ad glorificãdum se elegerit, & q̃ omnes principes terræ eis obedire oporteat, & capita sua submittere. Cap. CXXVI.

AD glorificandum se, & diuina mandata seminãda & euangelizanda episcopos dominus elegit, & non vt prohibeantur, aut perturbentur aiebat: Quoniam qui eos lædit, eum lædit, cuius legatione fungũtur. Prædicare eos assiduè, & mandata domini sine intermissione annunciare rogabat. Opera eorum bona coram hominibus mõstrare, & conscientiam bonam coram deo habere insinuabat. *Ex eodẽ, cap. 29.*

De episcopis quòd se inuicẽ diligere debeãt. Cap. CXXVII.

EPiscopos ergo vicẽ apostolorũ gerere dominũ docuisse dicebat, & reliquorũ discipulorum vicem tenere presbyteros debere insinuabat: & si quis aliquem ex his scandalizaret, grauissimam sibi pœnã inferri debere prædicabat. Cũctos se inuicem diligere, & adiuuare debere, & neminem ab adiutorio fratris se subtrahere instruebat. *Ex eodẽ, cap. 30.*

Vt episcopus episcopum aliũ non conculcet. Cap. CXXVIII.

VT nullus Episcopus alium episcoporum conculcet, eumque calumniari vel iniuriari præsumat. Quod si fecerit, gradus sui periculo subiacebit. *Ex cõcil. Aralatensi, cap. 13.*

De Episcopis qui se à fratrum adiutorio subtraxerint. Cap. CXXIX.

Ex decr. Alexandri pap. cap. 30. omnibus episcopis missis.

QVI autem ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus quàm sacerdos esse probabitur. Ecce, inquit Propheta, quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnũ. Illi verò non in vnum habitant, qui à fratrum se solatio subtrahunt, & quod deterius est, fratribus insidias præparant, aut laqueos ponunt. Itẽ post pauca: Nos ergo qui discipuli domini, & dici, & esse cupimus, portare crucẽ domini, & compati fratribus debemus, & non quascunq; eis insidias aut foueas præparare: quia talionẽ meretur, qui fratribus foueam parat. Nolite errare, fratres, quia Deus non irridetur. Huius rei gratia vobis dominus commisit Ecclesiam suam, vt pro omnibus laboretis, & cunctis oppressis opem ferre non negligatis. Vnde & dominus per Prophetam loquitur, dicens: Hæc dicit dominus: Iudicate mane iudiciũ, & eruite vi oppressos de manu calũniãtis, ne fortè egrediatur quasi ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat. Vos ergo qui in summa specula à domino cõstituti estis, attendere eos, & opprimere oportet, qui in fratres seditiones & scandala excitant, ne simul cum eis pereatis.

De episcopis qui se quasi canino dente inuicem corroserint. Cap. CXXX.

Ex eisdẽ ad eosdẽ, cap. 18.

SI verò, quod absit, discordes fueritis, & canino dente vos derodere cœperitis, non solùm eos non superabitis, sed & vobisipsi nocebitis, atque ab eis superabimini, & nocenter fortè peribitis.

De episcopis qui fratribus nocere desiderant. Cap. CXXXI.

Ex decr. Bonifa cij papæ.

SIcut omnis qui diligit fratrẽ suum, ex Deo est: ita omnis qui odit proximũ, ex diabolo est. Dilectione enim sola discernitur quis, ex quo genitus approbetur, dicente Ioanne: In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli. Omnis qui non facit iustitiam, ex Deo non est, & non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annunciatio quam ab initio audistis, vt diligatis alterutrum. Et post paulum: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida, non habet vitã æternam in se

bellantis aduersum te. Omnes ergo qui eis contraëunt, ita damnatos & infames vsque ad satisfactionem monstrabat: & nisi conuerterentur, à liminibus Ecclesiæ alienos esse præcipiebat.

Quòd episcopi claues sint Ecclesiæ, & habeant potestatem claudere cœlum, & aperire portas eius. Cap. CXXV.

SAnctam ergo Ecclesiã immaculatã omnes seruare debere euangelizabat, cuius claues episcopos esse dicebat. Ipsi enim habent potestatem claudere cœlum, & aperire portas eius, quia claues cœli facti sunt. Amouere autem eos neminẽ debere docebat quia oculi domini sunt, & qui eos tangit, tangit pupillam oculi eius. Et quãta pœna dignus sit, qui eos scandalizat, ipsum dominũ docuisse dicebat, vbi ait: Qui scandalizauerit vnũ de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. *Ex eodẽ, cap. 37.*

Quòd episcopos dominus ad glorificãdum se elegerit, & q̃ omnes principes terræ eis obedire oporteat, & capita sua submittere. Cap. CXXVI.

AD glorificandum se, & diuina mandata seminãda & euangelizanda episcopos dominus elegit, & non vt prohibeantur, aut perturbentur aiebat: Quoniam qui eos lædit, eum lædit, cuius legatione fungũtur. Prædicare eos assiduè, & mandata domini sine intermissione annunciare rogabat. Opera eorum bona coram hominibus mõstrare, & conscientiam bonam coram deo habere insinuabat. *Ex eodẽ, cap. 29.*

De episcopis quòd se inuicẽ diligere debeãt. Cap. CXXVII.

EPiscopos ergo vicẽ apostolorũ gerere dominũ docuisse dicebat, & reliquorũ discipulorum vicem tenere presbyteros debere insinuabat: & si quis aliquem ex his scandalizaret, grauissimam sibi pœnã inferri debere prædicabat. Cũctos se inuicem diligere, & adiuuare debere, & neminem ab adiutorio fratris se subtrahere instruebat. *Ex eodẽ, cap. 30.*

Vt episcopus episcopum aliũ non conculcet. Cap. CXXVIII.

VT nullus Episcopus alium episcoporum conculcet, eumque calumniari vel iniuriari præsumat. Quod si fecerit, gradus sui periculo subiacebit. *Ex cõcil. Aralatensi, cap. 13.*

De Episcopis qui se à fratrum adiutorio subtraxerint. Cap. CXXIX.

Ex decr. Alexandri pap. cap. 30. omnibus episcopis missis.

QVI autem ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus quàm sacerdos esse probabitur. Ecce, inquit Propheta, quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnũ. Illi verò non in vnum habitant, qui à fratrum se solatio subtrahunt, & quod deterius est, fratribus insidias præparant, aut laqueos ponunt. Itẽ post pauca: Nos ergo qui discipuli domini, & dici, & esse cupimus, portare crucẽ domini, & compati fratribus debemus, & non quascunq; eis insidias aut foueas præparare: quia talionẽ meretur, qui fratribus foueam parat. Nolite errare, fratres, quia Deus non irridetur. Huius rei gratia vobis dominus commisit Ecclesiam suam, vt pro omnibus laboretis, & cunctis oppressis opem ferre non negligatis. Vnde & dominus per Prophetam loquitur, dicens: Hæc dicit dominus: Iudicate mane iudiciũ, & eruite vi oppressos de manu calũniãtis, ne fortè egrediatur quasi ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat. Vos ergo qui in summa specula à domino cõstituti estis, attendere eos, & opprimere oportet, qui in fratres seditiones & scandala excitant, ne simul cum eis pereatis.

De episcopis qui se quasi canino dente inuicem corroserint. Cap. CXXX.

Ex eisdẽ ad eosdẽ, cap. 18.

SI verò, quod absit, discordes fueritis, & canino dente vos derodere cœperitis, non solùm eos non superabitis, sed & vobisipsi nocebitis, atque ab eis superabimini, & nocenter fortè peribitis.

De episcopis qui fratribus nocere desiderant. Cap. CXXXI.

Ex decr. Bonifa cij papæ.

SIcut omnis qui diligit fratrẽ suum, ex Deo est: ita omnis qui odit proximũ, ex diabolo est. Dilectione enim sola discernitur quis, ex quo genitus approbetur, dicente Ioanne: In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli. Omnis qui non facit iustitiam, ex Deo non est, & non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annunciatio quam ab initio audistis, vt diligatis alterutrum. Et post paulum: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida, non habet vitã æternam in se

alterius. Et quis est qui alterius iudicet seruum? Nã si ista non patiuntur homines, nec Deus Deorũ, & dominus dominantium hæc vllatenus patitur. Vnde & per prophetas sibi testes esse dicebat: per quos dominus loquitur dicẽs: Ecce excoxi te, sed non quasi argentum: elegi te in camino paupertatis. Propter me, propter me faciam, vt nõ blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo.

Nimis timendum & præuidendum ne offendantur episcopi. Cap. CXXXIIII.

Cap. Euaristi pap. 6. omnibus per Aegyptũ fratribus missum.

NImis timenda est fratres hæc sentẽtia, & præuidẽdum vobis, ne offendatis eos, qui tantam à domino potestatem habent. Et ideo potius obaudiendi, diligendi, & summopere sunt venerandi, & non detrahendi, vel lacerandi, aut eiiciendi, sed portandi & amandi, ipso dicẽte domino: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Ideo hæc vobis & omnibus fidelibus scribimus, fratres, vt ab his vos caueatis, & posteris vestris non malum sed bonum exemplũ relinquatis, quoniam iniuria episcoporũ ad Christum pertinet, cuius vice funguntur.

De episcopis qui ab omnibus suis criminantur, vt eorum criminatio non recipiatur. Cap. CXXXV.

Ex epist. Calist. papæ, ca. 1.

CAlistus episcopus Ecclesiæ catholicæ vrbis Romanę, Benedicto fratri & coëpiscopo, salutẽ in Christo. Criminationes verò contra doctorẽ nemo suscipiat: quia nõ oportet filios patres reprehẽdere, nec seruos dominos lacerare. Filij ergo sunt doctorum omnes quos instruunt: & sicut filii patres carnales, sic & hi patres debẽt diligere spiritales. Non enim bene viuunt, qui nõ rectè credũt, aut patres reprehẽdunt, vel detrahunt suis. Doctores ergo, qui & patres vocantur, magis portandi, quàm reprehendendi sunt, nisi in recta fide errauerint. Nullus ergo doctorum per scripta accusetur, nec nisi fideli & legitimo, qui etiam irreprehensibilem vitam ac conuersationẽ ducat, accusatori respondeat. Quia indignum est, vt doctor stulto & indocto, atque reprehensibiliter viuenti respondeat iuxta stultitiam suam, dicente scriptura Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam. Non bene viuit, qui non rectè credit. Nihil mali vult, qui fidelis est. Si quis

De Episcopis qui se à fratrum adiutorio subtraxerint. Cap. CXXIX.

Ex decr. Alexandri pap. cap. 30. omnibus episcopis missis.

QVI autem ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus quàm sacerdos esse probabitur. Ecce, inquit Propheta, quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnũ. Illi verò non in vnum habitant, qui à fratrum se solatio subtrahunt, & quod deterius est, fratribus insidias præparant, aut laqueos ponunt. Itẽ post pauca: Nos ergo qui discipuli domini, & dici, & esse cupimus, portare crucẽ domini, & compati fratribus debemus, & non quascunq; eis insidias aut foueas præparare: quia talionẽ meretur, qui fratribus foueam parat. Nolite errare, fratres, quia Deus non irridetur. Huius rei gratia vobis dominus commisit Ecclesiam suam, vt pro omnibus laboretis, & cunctis oppressis opem ferre non negligatis. Vnde & dominus per Prophetam loquitur, dicens: Hæc dicit dominus: Iudicate mane iudiciũ, & eruite vi oppressos de manu calũniãtis, ne fortè egrediatur quasi ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat. Vos ergo qui in summa specula à domino cõstituti estis, attendere eos, & opprimere oportet, qui in fratres seditiones & scandala excitant, ne simul cum eis pereatis.

De episcopis qui se quasi canino dente inuicem corroserint. Cap. CXXX.

Ex eisdẽ ad eosdẽ, cap. 18.

SI verò, quod absit, discordes fueritis, & canino dente vos derodere cœperitis, non solùm eos non superabitis, sed & vobisipsi nocebitis, atque ab eis superabimini, & nocenter fortè peribitis.

De episcopis qui fratribus nocere desiderant. Cap. CXXXI.

Ex decr. Bonifa cij papæ.

SIcut omnis qui diligit fratrẽ suum, ex Deo est: ita omnis qui odit proximũ, ex diabolo est. Dilectione enim sola discernitur quis, ex quo genitus approbetur, dicente Ioanne: In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli. Omnis qui non facit iustitiam, ex Deo non est, & non diligit fratrem suum. Quoniam hæc est annunciatio quam ab initio audistis, vt diligatis alterutrum. Et post paulum: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida, non habet vitã æternam in se

manentem. Ecce homicida probabiliter esse declaratur, qui à fraterna societate diuiditur. Nam & si manus nõ moueat ad occidendũ: pro eo tamen quia immitis est ad nocendum, iam à Deo homicida tenetur. Viuit ille, & iste iã interfector conuincitur. Cùm igitur his præceptis beatus Apostolus Paulus consona prædicatione, concordet, dicens, Sol non occidat super iracundiam vestrã. &, Nolite locum dare diabolo, relatæ sunt nobis quorundam sacerdotum personæ in tantã obstinationis efferbuisse discordiam, vt non solùm illos ab ira occasus solis non reuocet, sed ne annosa quidem transactio temporum, ad bonũ charitatis reclinet. Quippe in quorũ cordibus ita sol iustitiæ Christus occubuit, vt ad lumen charitatis redire vix possint. Horum igitur & similium discordantiũ fratrũ oblationes, iuxta antiqui canonis definitionẽ nullo modo recipiendas esse censemus. Personis tamen discordantiũ id speciali definitione præcipimus, vt antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorũ accedere ad altare domini audeat, vel gratiam communionis sanctæ percipiat: sed geminato tempore per pœnitentiam compensabunt, quo discordiæ seruierunt. Quòd si vnus eorum alio contemnente ad satisfactionem charitatis cucurrerit, ex eo tempore iam pacificus intra Ecclesiam recipietur, ex quo ad concordiam festinasse conuincitur: sententia tamen superiori seruata, vt tempus quod in iram expendit, geminatum in pœnitentiæ satisfactione persoluat.

Vt nullus de episcopo suo querelam faciat, nisi prius eum de eadem sæpe interpellet. Cap. CXXXII.

SI quis erga episcopum, vel actores Ecclesiæ quamlibet querelam habere iustam crediderit, non prius primates, aut alios adeat iudices, quàm ipsos à quibus se læsum æstimat, conueniat familiariter: non semel, sed sæpissimè: vt ab eis aut suam iustitiam accipiat, aut excusationem. Si autem secus egerit, ab ipsis & ab aliis cõmunione priuetur, tanquã apostolorum, aliorúmque patrum contẽptor. *Ex decr. Alexandri papæ, omnibus orthodoxis missis cap. 2.*

Vt episcopi à solo domino sint dijudicandi. Cap. CXXXIII.

EPiscopos autem à solo domino iudicandos aut remouendos, & non ab aliis esse dicebat: quia sui sunt, non *Ex decr. Clemẽtis pa. ca. 38*

alterius. Et quis est qui alterius iudicet seruum? Nã si ista non patiuntur homines, nec Deus Deorũ, & dominus dominantium hæc vllatenus patitur. Vnde & per prophetas sibi testes esse dicebat: per quos dominus loquitur dicẽs: Ecce excoxi te, sed non quasi argentum: elegi te in camino paupertatis. Propter me, propter me faciam, vt nõ blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo.

Nimis timendum & præuidendum ne offendantur episcopi. Cap. CXXXIIII.

Cap. Euaristi pap. 6. omnibus per Aegyptũ fratribus missum.

NImis timenda est fratres hæc sentẽtia, & præuidẽdum vobis, ne offendatis eos, qui tantam à domino potestatem habent. Et ideo potius obaudiendi, diligendi, & summopere sunt venerandi, & non detrahendi, vel lacerandi, aut eiiciendi, sed portandi & amandi, ipso dicẽte domino: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Ideo hæc vobis & omnibus fidelibus scribimus, fratres, vt ab his vos caueatis, & posteris vestris non malum sed bonum exemplũ relinquatis, quoniam iniuria episcoporũ ad Christum pertinet, cuius vice funguntur.

De episcopis qui ab omnibus suis criminantur, vt eorum criminatio non recipiatur. Cap. CXXXV.

Ex epist. Calist. papæ, ca. 1.

CAlistus episcopus Ecclesiæ catholicæ vrbis Romanę, Benedicto fratri & coëpiscopo, salutẽ in Christo. Criminationes verò contra doctorẽ nemo suscipiat: quia nõ oportet filios patres reprehẽdere, nec seruos dominos lacerare. Filij ergo sunt doctorum omnes quos instruunt: & sicut filii patres carnales, sic & hi patres debẽt diligere spiritales. Non enim bene viuunt, qui nõ rectè credũt, aut patres reprehẽdunt, vel detrahunt suis. Doctores ergo, qui & patres vocantur, magis portandi, quàm reprehendendi sunt, nisi in recta fide errauerint. Nullus ergo doctorum per scripta accusetur, nec nisi fideli & legitimo, qui etiam irreprehensibilem vitam ac conuersationẽ ducat, accusatori respondeat. Quia indignum est, vt doctor stulto & indocto, atque reprehensibiliter viuenti respondeat iuxta stultitiam suam, dicente scriptura Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam. Non bene viuit, qui non rectè credit. Nihil mali vult, qui fidelis est. Si quis

manentem. Ecce homicida probabiliter esse declaratur, qui à fraterna societate diuiditur. Nam & si manus nõ moueat ad occidendũ: pro eo tamen quia immitis est ad nocendum, iam à Deo homicida tenetur. Viuit ille, & iste iã interfector conuincitur. Cùm igitur his præceptis beatus Apostolus Paulus consona prædicatione, concordet, dicens, Sol non occidat super iracundiam vestrã. &, Nolite locum dare diabolo, relatæ sunt nobis quorundam sacerdotum personæ in tantã obstinationis efferbuisse discordiam, vt non solùm illos ab ira occasus solis non reuocet, sed ne annosa quidem transactio temporum, ad bonũ charitatis reclinet. Quippe in quorũ cordibus ita sol iustitiæ Christus occubuit, vt ad lumen charitatis redire vix possint. Horum igitur & similium discordantiũ fratrũ oblationes, iuxta antiqui canonis definitionẽ nullo modo recipiendas esse censemus. Personis tamen discordantiũ id speciali definitione præcipimus, vt antequam eos reconciliatio vera innectat, nullus eorũ accedere ad altare domini audeat, vel gratiam communionis sanctæ percipiat: sed geminato tempore per pœnitentiam compensabunt, quo discordiæ seruierunt. Quòd si vnus eorum alio contemnente ad satisfactionem charitatis cucurrerit, ex eo tempore iam pacificus intra Ecclesiam recipietur, ex quo ad concordiam festinasse conuincitur: sententia tamen superiori seruata, vt tempus quod in iram expendit, geminatum in pœnitentiæ satisfactione persoluat.

Vt nullus de episcopo suo querelam faciat, nisi prius eum de eadem sæpe interpellet. Cap. CXXXII.

SI quis erga episcopum, vel actores Ecclesiæ quamlibet querelam habere iustam crediderit, non prius primates, aut alios adeat iudices, quàm ipsos à quibus se læsum æstimat, conueniat familiariter: non semel, sed sæpissimè: vt ab eis aut suam iustitiam accipiat, aut excusationem. Si autem secus egerit, ab ipsis & ab aliis cõmunione priuetur, tanquã apostolorum, aliorúmque patrum contẽptor. *Ex decr. Alexandri papæ, omnibus orthodoxis missis cap. 2.*

Vt episcopi à solo domino sint dijudicandi. Cap. CXXXIII.

EPiscopos autem à solo domino iudicandos aut remouendos, & non ab aliis esse dicebat: quia sui sunt, non *Ex decr. Clemẽtis pa. ca. 38*

alterius. Et quis est qui alterius iudicet seruum? Nã si ista non patiuntur homines, nec Deus Deorũ, & dominus dominantium hæc vllatenus patitur. Vnde & per prophetas sibi testes esse dicebat: per quos dominus loquitur dicẽs: Ecce excoxi te, sed non quasi argentum: elegi te in camino paupertatis. Propter me, propter me faciam, vt nõ blasphemer, & gloriam meam alteri non dabo.

Nimis timendum & præuidendum ne offendantur episcopi. Cap. CXXXIIII.

Cap. Euaristi pap. 6. omnibus per Aegyptũ fratribus missum.

NImis timenda est fratres hæc sentẽtia, & præuidẽdum vobis, ne offendatis eos, qui tantam à domino potestatem habent. Et ideo potius obaudiendi, diligendi, & summopere sunt venerandi, & non detrahendi, vel lacerandi, aut eiiciendi, sed portandi & amandi, ipso dicẽte domino: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Ideo hæc vobis & omnibus fidelibus scribimus, fratres, vt ab his vos caueatis, & posteris vestris non malum sed bonum exemplũ relinquatis, quoniam iniuria episcoporũ ad Christum pertinet, cuius vice funguntur.

De episcopis qui ab omnibus suis criminantur, vt eorum criminatio non recipiatur. Cap. CXXXV.

Ex epist. Calist. papæ, ca. 1.

CAlistus episcopus Ecclesiæ catholicæ vrbis Romanę, Benedicto fratri & coëpiscopo, salutẽ in Christo. Criminationes verò contra doctorẽ nemo suscipiat: quia nõ oportet filios patres reprehẽdere, nec seruos dominos lacerare. Filij ergo sunt doctorum omnes quos instruunt: & sicut filii patres carnales, sic & hi patres debẽt diligere spiritales. Non enim bene viuunt, qui nõ rectè credũt, aut patres reprehẽdunt, vel detrahunt suis. Doctores ergo, qui & patres vocantur, magis portandi, quàm reprehendendi sunt, nisi in recta fide errauerint. Nullus ergo doctorum per scripta accusetur, nec nisi fideli & legitimo, qui etiam irreprehensibilem vitam ac conuersationẽ ducat, accusatori respondeat. Quia indignum est, vt doctor stulto & indocto, atque reprehensibiliter viuenti respondeat iuxta stultitiam suam, dicente scriptura Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam. Non bene viuit, qui non rectè credit. Nihil mali vult, qui fidelis est. Si quis

fidelis est, videat ne falsa loquatur, aut cuiquã insidias ponat. Fidelis homo semper fideliter agit, & infidelis callidè insidiatur, atque fideles & piè ac iustè viuẽtes perdere nititur, quia similis similem sibi quærit. Infidelis verò homo, mortuus est in corpore viuẽte. Econtra sermones fidelis hominis, vitam custodiũt auditorum. Doctorẽ enim catholicum, & præcipuè domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet machinatione aut cupiditate violari, dicente scriptura sancta: Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auerteris.

Episcopos à suis omnibus non reprehendendos, nisi in fide errauerint. Cap. CXXXVI.

Doctor autem vel pastor Ecclesiæ, si à fidelibus exorbitauerit, erit à fidelibus corrigendus. Sed pro repro bis moribus magis est tolerãdus, quàm distrigendus, quia rectores Ecclesiæ à domino sunt iudicandi, sicut ait Propheta: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit. Vnde oportet vnumquẽque fidelẽ, si viderit aut cognouerit plebes suas aduersus pastorẽ suum tumescere, aut clerũ detractionibus vacare, hoc vitium pro viribus extirpare, prudentérque corrigere satagat: nec eis in quibuscunque negociis misceri, si incorrigibiles appa ruerint, antequam suo reconcilientur doctori, pręsumat: quoniã tam sacerdotes, quàm reliqui fideles omnes summam debent habere curam de his qui pereunt, quatenus eorum redargutione, aut corrigãtur à peccatis, aut, si incorrigibiles apparuerint, ab Ecclesia separentur. *Ex epist. Anacleti papæ, scripta oĩbus Christi sacerdotibus, cap. 1.*

De eadem re. Cap. CXXXVII.

Ipsi autem episcopi si exorbitauerint, ab istis, non sunt reprehendendi, vel arguendi, sed portandi, nisi in fide errauerint. Hi ergo super hos sunt, non illi super istos: quoniam maior à minore non argui, nec iudicari potest. Nullus se extollat erga doctores ac magistros suos: quia discipulus super magistrũ nec esse debet, nec potest. Nullus velit dici sanctus antequam sit, sed prius sit, vt verius dicatur. Præcepta domini, doctorumque ac magistrorum factis quotidie adimplere, & in Christi nomine pro inimicis orare oportet. *Ex decr. Clemẽtis pap. cap. 17.*

De eadem re. Cap. CXXXVIII.

Ex epistо. Eusebÿpa pæ,ca.20

NEceſſe enim eſt vt rectores à ſubditis timeantur, ab ipſisque corrigantur,vt humana formidine peccare metuant, qui diuina iudicia non formidant. Deteriores quippe ſunt,qui doctorum vitam,moresque corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum prediaq; diripiunt. Ipſi quidē ea quæ extra nos licet noſtra ſint auferunt,noſtri quoque detractores, & morum corruptores noſtrorum, ſiue qui aduerſum nos armātur,propriè nos ipſi decipiunt,& ideo iuſtè infames ſunt, & meritò ab Eccleſia extorres fiunt.

De eadem re. Cap. CXXXIX.

Ex decre. Gaÿ papæ,ca.7.

OVes verò quę paſtori ſuo commiſſæ fuerint,eum nec reprehēdere,niſi à recta fide exorbitauerit, debent, nec vllatenus accuſare poſſunt: quia facta paſtorum eorum gladio ferienda non ſunt,quanquam rectè reprehendenda videantur.

De infamatis & dilaceratis epiſcopis,& à ciuitatibus propriÿs pulſis. Cap. CXL.

Ex decre. Euariſt. papæ omnibus per Aegyptū fratribus miſsis,ca. 18.

AVdiuimus enim quoſdam à vobis infamatos & dilaceratos epiſcopos,à ciuitatibus propriis pulſos, qui alibi epiſcopi conſtitui non poſſunt, niſi in ciuitatibus non minimis,& alios in eis,ipſis viuentibus,conſtitutos. Ideo hæc vobis ſcribimus, vt ſciatis hoc non licere, ſed proprios reuocari, & integerrimè reſtitui debere. Illos verò qui adulterina fœditate ſuas ſponſas,quas & vxores eorum præfixo tenore eſſe intelligimus, tenent, eiici vt adulteros,atque infames fieri,eóſque ab eccleſiaſticis honoribus arceri iubemus. Si autem aduerſus eos aliquam querelam habueritis, his peractis inquirendum erit, & autoritate huius ſanctæ ſedis terminandum.

Vt epiſcopus non dÿudicetur qui ſuis rebus eſt expoliatus. Cap. CXLI.

Ex decre. Felicis papæ epiſco. per Aegy ptū miſsis cap.10.

NVllus enim epiſcopus qui ſuis eſt rebus expoliatus, aut à ſe de propria vi aut terrore pulſus, ante quàm omnia ſibi ablata legibus reſtituantur, & ipſe pacificè annum vel plus ſuis fruatur honoribus, ſedique propriæ ſit regulariter reſtitutus, iuxta canonicam inſtitutionem accuſari,vocari,iudicari,aut damnari poteſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De eadem re. Cap. CXLII.

NVllus enim episcoporum, dum suis fuerit rebus expoliatus, aut à sede propria qualibet occasione pulsus, debet accusari: aut à quoquam ei potest crimen obijci, priusquam integerrimè restauretur, & omnia, quæ ei ablata quocunque sun tingenio, legibus redintegrentur: & ipse propriæ sedi & pristino statui regulariter reddatur: ita, vt omnes possessiones, & cuncta sibi iniustè subla ta, atque fructus omnes, ante conceptam accusationem, primates & synodus episcopo, de quo agitur, funditus restituant. Quia hoc non solũ ecclesiasticæ, sed etiam seculi leges fieri prohibent: neque aliquis eorum, aut ecclesiarum autorum, vel defensorum ad aliquos prius accusari debet, quàm ipse charitatiuè, bis aut ter ab eis, qui se læsos æstimant, vel eos pro aliquibus erratibus corripere cupiunt, conueniatur: vt ab eis aut familiarem emendationem, aut iustam percipiat excusationem. Quod qui præsumpserit, liminibus arceatur Ecclesiæ, vsque ad condignam satisfactionem.

Ex decre. Stepha. papæ omnibus episcopis missis, cap. 6.

De eadem re. Cap. CXLIII.

HIs taliter consideratis, atq; cum reliquorum episcoporum decretis, tanquam omnium curam gerentes, propter sedis propriæ apicem decernimus, vt nemo pontificum aliquem suis rebus expoliatũ episcopum, aut à sede pulsum, excommunicare aut iudicare præsumat: quia non est priuilegium quo expoliari possit iam nudatus. Si quis autem aliter agere præsumpserit, sciat censuram huius sedis cum omnibus mẽbris suis sibi nõ defuturã, & sicut egerit, ita recipiet. Si bene, bñ. Si graue, graue. Si pessimè, pesimè. Quoniã dignus est operarius mercede sua.

Ex decre. Sixti papæ Hispaniæ episcopis missis, cap. 6.

Vt episcopi criminati liberè apostolicam appellent sedem, & pleraque alia circa iudicium obseruanda. Cap. CXLIIII.

VT, omnes episcopi qui in quibusdã grauioribus pulsantur, vel criminãtur causis, quoties necesse fuerit, liberè apostolicã appellent sedẽ, atq; ad eam quasi ad matrẽ confugiãt, vt ab ea, sicut semper fuit, piè fulciãtur, defendantur, & liberẽtur. Cuius dispositioni, omnes maiores ecclesiasticas causas, & episcoporũ iudicia, antiqua apostolorum eorumq; successorũ atq; canonum autoritas

Ex decre. Iulij papæ Orietalib. episcopis missis, ca. 18.

reſeruauit. Quoniã culpãtur epiſcopi, quia aliter erga fratres egerint, quã eiuſdẽ ſedis papæ fieri placuerit: placuit vt accuſatus vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua cauſa epiſcopus licẽter appellet, & adeat apoſtolicæ ſedis pontificẽ, qui aut per ſe, aut per vicarios ſuos, eius retractari negociũ procuret. Et dũ iterato iudicio põtifex cauſam ſuã agit, nullus alius in eius loco ſubrogetur, ponatur, aut ordinetur epiſcopus. Quoniã quanquã cõprouincialib⁹ epiſcopis accuſati cauſam põtificis ſcrutari liceat, nõ tamen definiri incõſulto Romano põtifice permiſſum eſt: cùm beato Petro apoſtolo, nõ ab alio quàm ab ipſo dictum ſit domino: Quæcũq; ligaueris ſuper terrã, erunt ligata & in cœlis: & quæcunq; ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis. Si quis putauerit ſe à proprio metropolitano grauari, apud primatẽ diœceſeos, aut penes apoſtolicæ vniuerſalis Eccleſiæ papam iudicetur. Accuſatores & accuſationes quas leges ſeculi nõ aſſciſcunt, & nos vnanimiter ſubmouemus, ne fiat indiſtricta probatione impietas, cũ recta ſit iudicij in electione ſententia. Si quis erga epiſcopum vel actores Eccleſiæ ſe propriũ crediderit habere negocium, non prius adeat iudices, quàm ad eos recurrat charitatis ſtudio: vt familiari colloquio commoniti, ea ſanare debeant, quæ in querimoniam deducuntur. Quòd ſi aliter egerit, communione priuetur. Nemo pontificũ deinceps aliquẽ epiſcopũ ſuis expoliatũ rebus, aut à ſede pulſum, excõmunicare aut iudicare præſumat: quia nõ eſt priuilegium, quo ſpoliari poſsit iam nudatus. Pari tenore decernimus non credi accuſatori, qui abſente aduerſario cauſam ſuggeſſerit, ante vtriuſq; partis diſcuſsionem: nec accuſatores nec teſtes ſuſcipi, qui non ſunt idonei. Placuit ſi accuſatus vel damnatus epiſcopus appellauerit Romanum pontificem, id ſtatuendum, quod ipſe iuſtè cenſuerit. Et omnes qui aduerſus patres armantur, infames eſſe cenſemus: neque eos qui cum inimicis morantur, ad accuſationem vel ad teſtimoniũ recipiendos. Placuit vt ſemper in accuſatione clericorum primò perſona, fides, vita, & conuerſatio blaſphemantium perſcrutetur. Nam fides omnes actus hominis præcedere debet: quia dubius in fide, infidelis eſt. Nec eis omnino eſſe credendum, qui veritatis fidem ignorant, nec rectæ conuerſa-

tionis vitam ducunt: quoniam tales facilè & indifferenter lacerant, & criminantur rectè & piè viuentes. Ideo suspicio erum discutienda est primò & corrigenda. Neque accusatoribus suspectis, vel de inimicorum domibus prodeuntibus credendum.

Episcopus si ab aliquo pulsatur, per episcopos iudices causa finiatur. Cap. CXLV.

SI quis episcopus à quoquam impetitur, vel ille aliquam quæstionem retulerit, per episcopos iudices causa finiatur: siue quos eis primates dederint, siue quos ipsi vicinos ex consensu elegerint. *Ex cõcil. Spalensi, cap. 8.*

De episcopis iudicibus quos communis consensus elegerit. Cap. CXLVI.

IVdices autem episcopos, quos communis consensus elegerit, non liceat quemquã prouocare: & quisquis probatus fuerit pro cõtumacia nolle obtemperare iudicibus, cũ hoc primæ sedis episcopo fuerit probatũ, det literas, vt nullus ei cõmunicet episcoporũ, donec obtẽperet. *Ex eodẽ cõc. ca. 9.*

Vt episcopi comprouinciales peregrina iudicia non patiantur. Cap. CXLVII.

PEregrina verò iudicia, salua in omnibus apostolica autoritate, generali sanctione prohibemus. Quia indignum est vt ab exteris iudicetur, qui prouinciales & à se electos debet habere iudices, nisi fuerit appellatũ. Vnde oportet, si aliquis episcoporum super certis accusetur criminibus, vt ab omnibus audiatur qui sunt in prouncia episcopis: quia non oportet accusatum alicubi quàm in foro suo audiri. *Ex decre. Fabiani papæ Hilario episcopo missis, ca. 26.*

De episcopo criminato, si iudicem suspectum habuerit. Cap. CXLVIII.

SI quis verò episcopus iudicem suspectum habuerit, & viderit se ingrauari, liberè sedem apostolicam appellet. Appellantem autem non habeat afflictio vlla, aut detentionis iniuriosæ custodia, sed liceat appellatori cõuiciantum causam appellationis remedio subleuare: licet etiam in causis criminalibus appellare, nec appellãdi vox denegetur ei, quem in supplicium sententia destinarat. *Ex decre. eiusdẽ ad eundẽ episcopũ missis. ca. 27*

Si quis episcopus in crimine detentus fuerit, & non potest plurimos congregare, à XII. episcopis audiatur. Cap. CXLIX.

Ex concil. Cartha. cap.12.

FElix episcopus dixit: Suggero secũdum statuta veterum conciliorum, vt si quis episcopus, quod non optamus, in reatum aliquem incurrerit, & nimia necessitas ei fuerit non posse plurimos congregare: ne in crimine remaneat, à XII. episcopis, & presbyter à sex episcopis, cũ proprio suo episcopo audiatur, & diaconus à tribus.

De episcopo criminato si episcopi comprouinciales in eius criminatione dissenserint. Cap. CL.

Ex cõcili. Antioche. cap.14.

SI quis episcopus de certis criminibus diiudicatur, & contingat de eo comprouinciales episcopos dissidere, cùm iudicatus ab aliis innocens creditur, reus ab aliis æstimatur, propter huius ambiguitatis absolutionẽ sanctæ synodo placuit, vt metropolitanus episcopus à vicina prouincia iudices alios conuocet, qui controuersiam tollant, & vt per eos simul, & per comprouinciales episcopos quod iustum fuerit visum approbetur.

Vt episcopis nullus laicus crimen imponere possit. Cap. CLI.

Ex decre. Syluest. papæ, cap.1.

IN consensu & subscriptione omnium cõstitutum est, vt nullus laicus episcopo, vel alicui in ordinibus posito, crimen aliquod possit inferre. Et vt presbyter non aduersus episcopum, non diaconus aduersus presbyterum, non subdiaconus aduersus diaconum, non acolytus aduersus subdiaconum, non exorcista aduersus acolytum, non lector aduersus exorcistam, non ostiarius aduersus lectorem, det accusationem aliquam. Et non damnetur præsul, nisi in LXX. duobus idoneis testibus.

Quòd inimici accusatores esse non possint. Cap. CLII.

Ex decre. Anacleti papæ, omnibus episcopis missis, ca.37

ACcusatores autem & testes esse non possunt, qui in proximo facti sunt inimici, ne irati nocere cupiant, ne læsi vlcisci se velint. In offensis igitur, accusatorum & testium affectus quærendus est, & non suspectus.

Vt episcopi accusatorum episcoporum iudices esse debeant. Cap. CLIII.

Ex decre. Damasi papæ, cap.3.

ACcusatorum episcoporum iudices esse decernimus episcopos sapientes, rectè & iustè volentes.

Qualiter accusatus episcopus discutiendus sit apud patriarchas vel primates, & quot testibus cõuinci debeat. Cap. CLIIII.

PAtriarchæ verò vel primates accusatũ discutientes epi scopum, non ante sententiã proferant finitiuam, quàm apostolica fultus autoritate, aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes & regulariter examinatos conuincatur testes, qui minores nõ sint numero, quàm illi discipuli fuerunt, quos dominus ad adiumentum apostolorum eligere præcepit. *Ex decr. Zepherini papæ. omnibus per Siciliam constitutis episcopis missis, cap. 2.*

De patriarchis & primatibus. Cap. CLV.

IN illis verò ciuitatibus in quibus olim apud Ethnicos primi flamines eorum, atq; primi legis doctores erant, episcoporum primates poni, vel patriarchas, qui reliquorum episcoporum iudicia, & maiora, quoties necesse foret, negocia in fide agitarent, & secundum domini voluntatem sicut sancti constituerunt apostoli, ita vt ne quis iniustè periclitaretur definirent. *Ex decr. Clemẽtis pap. ca. 9*

De vocatione accusati episcopi. Cap. CLVI.

VOcatio enim ad synodũ, iuxta decreta patrum canonica, eius qui impetitur, rationabilib⁹ scriptis per spatium fieri debet congruum atque canonicum. Quia nisi canonicè vocatus fuerit suo tempore, & canonica ordinatione: licèt venerit ad conuentum, in quacunque necessitate, nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit insidiatoribus, quoniam nec seculi leges hoc permittunt fieri, quanto magis diuinæ? *Ex epist. Damasi papæ, ad Stephan. & ad cõcil. Africæ.*

Vt primates de accusato episcopo non ante sententiam proferant damnationis, quàm aut reum seipsum confiteatur, aut canonicè per innocentes testes conuincatur. Cap. CLVII.

PRimates quoque accusatum discutientes episcopum, non ante sententiam proferant damnationis, quàm apostolica fretus autoritate, aut reum seipsum confiteatur, aut per innocentes & canonicè examinatos regulariter testes conuincatur. Aliter censemus irritã esse & iniustam episcoporũ dãnationẽ, & idcirco à synodo retractandã: ita vt oppressis ab omnibus in cunctis subueniatur causis. *Ex epist. Felicis pa. Paterno epis. miss. cap. 4. Ex re. ad Gẽnadiũ Patriciũ et Exarchum Africæ.*

Qualis primas esse vel quid agere debeat. Cap. CLVIII.

COncilium verò catholicorum episcoporum admoneri præcipite, vt primatem nõ ex ordine loci, postpositis vitæ meritis, faciat, quoniam apud dominum non

gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. Ipse verò primas, non passim, sicut moris est, per villas, sed in vna, iuxta eorum electionem, ciuitate resideat.

Vt episcopi singularum gentium sciant quis inter eos sit primus. Cap. CLIX.

Ex epistol. Anacleti papæ, omnibus episcopis missa.

BEati etiam apostoli inter se statuerũt, vt episcopi singularum scirent gentium, quis inter eos primus esset: quatenus ad eum potior eorum solicitudo pertineret. Nam & inter beatos apostolos quædam fuit discretio. Et licèt omnes essent apostoli, Petro tamen à domino est concessum, & ipsi inter se idipsum voluerunt, vt reliquis omnibus præesset apostolis Cephas, id est, vt Petrus principatũ teneret apostolatus. Qui & eandem formã suis successoribus & reliquis episcopis tenendam tradiderunt. Et non solùm hoc in nouo testamento est constitutũ, sed etiam in veteri fuit. Vnde scriptũ est: Moses & Aaron in sacerdotibus eius, id est, primi inter eos fuerũt. Et quamuis ita sit ordinatum, nemo tamen quod suũ est quærat, sed quod alterius. Vnde ait Beatus apostolus Paulus: Vnusquisque placeat proximo suo in bonum ad ædificationem. Et sicut ipse saluator suis ait discipulis: Qui maior est vestrûm, erit minister vester. Et reliqua.

Vt episcopus accusatus non cõmunione priuetur, nisi die statuta venire noluerit. Cap. CLX.

Ex cõcil. Cartha. cap. 19.

AVrelius episcopus dixit: Quisquis episcoporũ accusatur, ad primatem prouinciæ ipsius causam deferat accusator, nec à communione suspendatur cui crimen intenditur, nisi si ad causam suam dicendam electorum iudicum die statuta literis euocatus, minimè occurrerit, hoc est, infra spatiũ mensis ex ea die, qua eum literas accepisse constiterit. Quòd si aliquas veras necessitatis causas probauerit, quibus eum occurrere non potuisse manifestũ sit, causæ suæ dicendæ intra alterum mensem, integram habeat facultatem. Verùm post mensem secundum non communicet, donec examinetur. Si autem ad consiliũ vniuersale infra anni spatium occurrere noluerit, vt vel ibi causa eius terminetur, ipse in se damnationis sententiam dixisse iudicetur. Tempore sanè quo non communicat, nec in sua Ecclesia vel parochia cõmunicet. Accusator autẽ eius, si nunquam diebus causæ dicendæ defuerit, à cõmunione non re-

moueatur. Si verò aliquando defuerit, subtrahens se restituto in communione episcopo, ipse remoueatur à communione accusator: ita tamen vt nec ipsi adimatur facultas causæ peragendæ, si se ad diem occurrere non noluisse, sed non potuisse probauerit. Illud verò placuit, vt, cùm agere cœperit in episcoporũ iudicio, si fuerit accusatoris persona culpabilis, ad arguendum non admittatur, nisi proprias causas non tamen ecclesiasticas asserere voluerit.

De Maximo episcopo variis criminibus infamato, & ad synodum sæpius vocato, qui venire & se excusare neglexerat. Cap. CLXI.

Ex epist. Bonifacii papæ, ad episcopos Galliæ.

BOnifacius episcopus, Patroclo, Remigio, Maximo, Hilario, Seuero, Iuliano, Castorio, Leontio, Constantino, Ioanni, Mõtano, Marino, & cæteris episcopis per Gallias, & per septem prouincias constitutis. Valentinæ nos clerici ciuitatis adierunt, proponentes libellum & crimina quæ Maximũ tota prouincia asserit commisisse. Delegata toties cognitione, illum constituta semper subterfugisse iudicia, nec confusum conscientia festinasse, vt si esset innocens exterminatis omnibus purgaretur: quæ toties decreta ex nostrarũ quoque chartharũ instructione cognouimus. Qui econtrario probauit de se illa quæ dicta sunt, quia ad ea confutanda, quum essent innumera, à decessoribus meis prouincialis est delegata cognitio. Conuentus etiam dicitur vitasse, & minimè adesse voluisse: & nullus dubitat quòd ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum vt absoluatur qui est innocens quærit: Sed astuta cauillatio eorum qui versutis agendum credunt esse consiliis, nunquam innocentiæ nomen accipiet. Confitetur enim de omnibus, quisquis se subterfugere iudiciũ dilationibus putat. Veniet tamen aliquando ille qui talis perhibetur in medium. Nec prodest illi toties latuisse, toties subterfugisse, quem sui actus, & commissa, quocunque fugerit, ea quæ obiiciuntur illi, si vera sunt, crimina persequuntur. Debueram quidem iam nunc dignam pro eius accusatis in nostro iudicio actibus, qui cognitionem & decretum iudiciũ sepè declinando credidit illudendum, dare sententiã. At ne aliquid præcoqui forsitan iudicaret, & sibi qui absens est, licèt sit quæsitus à nobis, reseruatum esse nihil diceret, maluimus intercapedine temporis data differri, quum hoc etiam eius

accusatores assererent. De cuius intentionibus & moribus sit secretum maximum, tanto magis damnanda committere, quanto tardius se constituto iudicio præsentaret. Quem manichæorum inuolutum caligine arguunt, turpíque secta olim. Ita quum non posset abluere animum sordida improbatione, obiectaque ei gesta synodalia proferentes, & commissis inuolutum vndiq; flagitiis, nullum ei sanitatis habuisse respectum, quem furore suo & insana temeritate ad secularium quoque iudiciũ tribunali subditum quæstioni, quod in vili quoque persona turpissimum est, obiicerent. Peruenisse eum ad homicidij damna asserunt, gestis prolatis in medium. Et hunc talem post tanta talique commissa, episcopatus adhuc sibi nomen in suis latibulis vendicare, in proprię ciuitatis infamiam, nimiis doloribus conqueruntur, & sanctum nomen vendicando sibi velle polluere. Ideoque fratres charissimi, quia audiendus hic præsentare se noluit, nec conuictus forsitan ab accusantibus se defendere possit: digna tandem aliquando præsentatus episcopali iudicio pronunciationis congruè feriri sententia iudicamus. Quamquam illi quum edocta fuerint, sciamus huius nominis non esse iacturam, qui pudorem nunquam habuisse sacerdotij perhibetur, & locum suum nec modico quidem tempore custodisse, dilationem dedimus, & decreuimus vestram debere intra prouinciam esse iudicium, & congregare synodnm ante diem Calendarum Nouembrium, vt si adesse voluerit præsens, si confidit ad obiecta respondeat: si adesse neglexerit, dilationem sententię de absentia non lucretur, Nam manifestum confiteri eum de crimine, qui indulto & toties delegato iudicio, purgandi se occasione non vtitur. Nihil enim interest, vtrum in præsenti examine omnia quæ dicta sunt comprobentur: quum ipsa quoque pro cõfessione procurata toties constet absentia. Nos autem per omnes prouincias literas dirigemus, ne excusationem sibi ignorationis obtendat, vt ad prouinciam venire cogatur, & illic se constituto præsentare iudicio. Quicquid autem vestra charitas de hac causa duxerit decernendum, quum ad nos relatum fuerit, nostra, vt condecet, necesse est autoritate firmetur.

De episcopo inculpato qui ad synodum vocatus, venire contempserat. Cap. CXII.

RIchvvinum episcopum qui contra sanctorum canonum sanctiones Strazburgensem Ecclesiam inuasit, quam ad sanctam synodū per literas nostras inuitauimus, & venire contemnens, nec vicarium suum misit, autoritate sancti Petri, ego Ioannes vicarius apostolici, ex præcepto sanctæ ptæsentis synodi iniungendo vocamus iterum, & præcipimus quatenus ad concilium, id est, May Moguntiæ indictū à Metropolitano episcopo suo, ad præsentiam venerabilis Herigeri archiepiscopi & confratrum suorum veniat, suæ inobedientiæ & peruersitatis ibidem iustam rationem redditurus. Sin autem negligenter & hoc agere paruipenderit, abstineat se à proprio gradu, donec Romam veniens, coram domino papa, & sancta Ecclesia reddat rationem. *De synodo apud Altheim habita. cap. 10.*

Qui primates sint, qui Metropolitani.
Caput. CLXIII.

PRimates illi & non alij sint, quàm qui in Nicæna synodo sunt constituti. Reliqui verò, qui metropoles tenent sedes, archiepiscopi vocantur & non primates: salua in omnibus apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso domino est concessa, & postea à sanctis patribus roborata. *Ex cap. concil. Niceni, quæ addita sunt à Felice pa.*

Quòd neganda sit accusatis licentia criminandi priusquam se crimine exuerint, & familiaribus atque sponte confessis, & qui hesterno die, aut perendie, aut ante fuerunt inimici.
Caput. CLXIIII.

ET neganda est accusatis licentia criminandi priusquam se crimine quo premuntur exuerint: quia non est credendum contra alios eorum confessioni qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probauerint innocentes: quoniam periculosa est, & admitti non debet rei aduersus quemcunque professio. Familiares verò & spōte confessi, atque sceleribus irretiti, non debent admitti, nec hi, qui hesterna die aut perendie, aut antè fuerunt inimici. *Ex decr. Stephani papæ omnibus episcopis missis, ca. 11.*

De criminationibus aduersus doctores non suscipiendis, & de peregrinis iudiciis. Cap. CLXV.

ET licet hęc posīt generaliter dicta sufficere, vt vel declinemus errata vel custodiam° catholica: ab apostolis *Eusebii pap. c. 17*

tamen eorumque successoribus nouimus constitutum, criminationes aduersus doctores non debere suscipi, nec peregrina iudicia fieri, neque quenquam alterius iudicis, quàm sui sententia debere constringi.

Vt aduersus doctorem accusationes nemo suscipiat. Cap. CLXVI.

Ex cõcil. Spalensi, cap. 3.

ACcusationes aduersus doctorem nemo suscipiat: quia non potest humano condemnari examine, quem Deus suo iudicio reseruauit.

Vt nemo episcopum apud seculares accuset. Cap. CLXVII.

Ex epist. Felicis papæ Aegyptiorũ episcopis missa, cap. 1.

VT nemo episcopum penes seculares arbitros accuset, sed apud summos primates.

De episcopis in iudicium seculare non vocandis. Cap. CLXVIII.

Ex epistol. Bonifacij papæ ad episcop. Galliæ.

NVllus episcopus, neque pro ciuili, neque pro criminali causa, apud quemuis iudicem, siue ciuilem, siue militarem, producatur, vel exhibeatur. Magistratus enim qui hoc iubere ausus fuerit, amissione cinguli condemnatione plectetur.

Vt non accusetur episcopus à criminosis. Cap. CLXIX.

Ex epistol. Felicis papæ supradictis episcopis missa, ca. 18.

QVoties episcopus super certis accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores qui iustè & canonicè recipi debeant, synodo legitima in suo tempore congregata, ab omnibus canonicè audiatur qui sunt in prouincia episcopis. Quòd si legitimi non fuerint accusatores, non fatigetur episcopus: quia sacerdotes ad sacrificandum vocari debent, non ad litigandum: nec illi qui throni Dei vocantur, prauorum hominum insidiis debent turbari, sed liberè Christo famulari.

Quòd nullus episcopus extra suam prouinciam ad iudicium inuitetur. Cap. CLXX.

Ex decre. Iulii papæ, Oriẽtali. epis. missis, cap. 18.

NVllus episcopus extra suam prouinciã ad iudicium deuocetur: sed vocato eo canonicè in loco cõgruo, tempore synodali, ab omnibus comprouincialibus episcopis audiatur: quia concordem super eum canonicamque debent proferre sententiam: quia si hoc minoribus, tam

clericis,quàm laicis conceſſum eſt, quantò magis de Epiſcopis ſeruare cõuenit ?Nam ſi ipſe metropolitanum, aut iudices ſuſpectos habuerit,aut infeſtos ſenſerit,apud primatem diœceſeos,aut apud Romanæ ſedis pontificẽ iudicetur.

De accuſatoribus & teſtibus Epiſcoporum.

Cap. CLXXI.

OMNES ergo qui in recta fide ſuſpecti ſunt,in accuſationem ſacerdotum,& eorum ſuper quorum fide non hæſitatur,minimè recipiãtur, & in teſtimonio dubij habeantur. Infirmari ergo oportet eorum vocem,de quorum fide dubitatur:nec eis omnino eſt credẽdum, qui rectam fidem ignorant. Quærendum ergo eſt in iudicio, cuius ſit conuerſationis ac fidei is qui accuſat,& is qui accuſatur,quoniam hi qui non ſunt rectæ conuerſationis ac fidei,& quorum vita eſt accuſabilis,non permittendi ſunt eos accuſare:& quorum fides,vita,& libertas neſcitur, & viles perſonæ in eorum non recipiantur accuſationẽ. Rimandæ verò ſunt accuſatorum enucleatim perſonæ,quæ ſine ſcripto difficilè, per ſcriptum autem nunquam recipiantur;quia per ſcripturam nullus accuſari poteſt: ſed propria voce & præſente eo, quẽ accuſare voluerit, ſuam quiſque agat accuſationem, nec, abſente eo quẽ accuſare voluerit,quiſquã accuſator credatur. Similiter teſtes per quãcunque ſcripturã teſtimonium nõ dicant,nec de aliis cauſis vel negociis teſtimoniũ dicãt, niſi de his, quæ ſub præſentia eorũ acta eſſe noſcuntur. Accuſatoris verò conſanguinei aduerſus eos teſtimonium,nec dicant,nec eorum familiares,vel dè domibus eorum prodeuntes: ſed ſi voluerint, & in inuicem conſenſerint, inter ſe parentes teſtificentur,& non in alios:nec accuſatores vel teſtes ſuſpecti recipiantur: quia propinquitatis & familiaritatis ac dominationis affectio veritatem impedire ſolet.

Ex decr. Caliſt. papæ epiſcopis p Gal liam conſtitutis, cap.17.

De eadem re. *Cap.* CLXXII.

ACcuſatores autem epiſcoporum & teſtes,ſuper quibus rogitaſtis, abſque vlla infamia, aut ſuſpicione, vel manifeſta macula & vera fide pleniter inſtructi eſſe debent:& tales quales ad ſacerdotium eligere diuina iubet authoritas. Quoniam ſacerdotes,vt antiquorũ tradit au-

Ex decr. Damaſi papæ Stephano & vniuerſis

episcopis Africæ missis, ca. 10.

thoritas, criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eundem non debent, nec possunt prouehi honorem.

Quæ sint infames personæ. Cap. CLXXIII.

Ex epist. Stephani papæ ad Hilariũ.

INFAMES autem esse eas personas dicimus, quę pro aliqua culpa notantur infamia, id est, omnes qui Christianæ legis normam abiiciunt, & statuta Ecclesiastica cõtemnunt. Similiter fures, sacrilegos, & omnes capitalibus crimibus irretitos, sepulchrorum quoque violatores, & apostolorum atque successorũ eorum religiosa sanctorum patrum statuta libenter violantes & omnes qui aduersus patres armantur, qui in omni mundo infamia notãtur. Similiter & incestuosos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, beneficos, adulteros, de bellis fugientes, & qui indigna sibi petunt loca tenere, aut facultates Ecclesiæ abstrahunt iniustè, & qui fratres calumniãtur, aut accusant, & non probant: vel qui contra innocentes principũ animos ad iracundian prouocãt, & omnes anathematizatos, vel pro suis scelerib⁹ ab Ecclesia expulsos, & omnes quos ecclesiasticæ vel seculi leges infames pronunciant: nec seruos ante legitimam libertatem, nec pœnitẽtes, nec dygamos, nec eos qui curiæ deseruiunt, vel qui non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem vel intellectum, aut inobediẽtes sanctorum decretis existunt. Hi omnes nec ad sacros gradus debent prouehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti, neque rectam fidem, vel dignam conuersationem non habentes, summos sacerdotes possunt accusare.

De Episcopo accusato, & ab accusatoribus recipiendis, & vocatione. Cap. CLXXIIII.

Ex decr. Felicis papæ episcopis p Galliam cõstitutis missis, ca. 9.

SI quis episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus: postquam ipse ab eis charitatiuè conuentus fuerit, vt ipsam causam emendet, & eam corrigere noluerit: non olim, sed tũc ad summos primates causa eius canonicè deferatur. Qui in congruo loco infra ipsam prouinciam tempore congruo, id est, autumnali, vel æstiuo, concilium regulariter conuocare debebunt, ita, vt ab omnibus eiusdem prouinciæ episcopis mihi audiatur. Quo & ipse regulariter cõuocatus, si eum aut infirmitas, aut alia grauis necessitas nõ detinuerit, adesse debet: quia

vltra prouinciæ terminos, accusandi ante licentia nō est, q̄ audiētia rogetur. Quòd si quoquo modo præsumptum fuerit, statuerunt, vt, antequam & proprius locus, & sua omnia ei legibus redintegrentur, nullatenus à quoquam accusetur, aut criminetur: & nisi spōtè elegerit, cuiquam pro talibus respondeat. Sed postquam vt præfixum est, restitutus fuerit, & sua omnia ei legibus redintegrata sunt, dispositis ordinatisque suis, magnum spatium tractandi causam ei concedatur. Et postea, si necesse fuerit, regula riter vocatus veniat ad causam: &, si iniustè visum fuerit, accusantium propositionibus sustentatione fratrum respondeat. Nulla enim permittit ratio, dum ad tēpus eius bona, vel Ecclesiæ, atque res ab æmulis aut à quibuscūque detinentur, vt aliquid illi obiici debeat, nec quicquam potest ei quomodolibet maiorum, vel minorum obiici, dum Ecclesiis vel rebus aut potestatibus caret suis.

De damnatione Episcoporum accusantium Episcopum, absque authoritate apostolicæ sedis. Cap. CLXXV.

SI quis ab hodierna die & deinceps Episcopum præter huius sanctæ sedis sententiam dānare, & à propria pellere sede præsumpserit, sciat se irrecuperabiliter esse dānatum, & proprio perpetim carere honore: eosque qui absque huius sedis sententia sunt eiecti, vel damnati, huius sanctæ sedis authoritate scitote pristinam recipere cō munionē, & in propriis restitui sedibus. Quoniā & prius, à tempore scilicet apostolorum, hæc sanctæ huic sedi cōcessa sunt, & postea in memorata Nicæna synodo propter prauorum hominum infestationes, atque hæreticorū persequutiones: & insidiantium molimina fratrum, sunt concorditer ab omnib⁹ roborata, vt magis singuli præuideāt, ne talia audeant perpetrare.

Cap. Inlij papæ 8. Orientalib⁹ epis scopis missum.

Vt accusatus vel iudicatus ab episcopis comprouinciālibus licenter appellet, & adeat Romanum pontificem. Cap. CLXXVI.

PLacuit vt accusatus, vel iudicatus Episcopus à cōprouincialibus in aliqua causa episcopis licēter appellet, & adeat apostolicæ sedis pontificem, qui aut per se, aut

Ex decr. Victoris papæ cūctis fratribus Alexādriæ, cap. 1.

per vicarios suos eius retractari negocium procuret. Et dum iterato iudicio pontifex causam suam agit, nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur episcopus quoniã quanquam comprouincialibus episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen definire inconsulto Romano pontifice permissum est, cùm beato Petro apostolo non ab alio quàm ab ipso dictum sit domino: Quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunque solueris super terram, erũt soluta & in cœlis.

Vt perscripta nullius accusatio suscipiatur, eo absente qui accusatur. Cap. CLXXVII.

Ex epist. Stepha. papæ cũctis episcopis missa, cap. 8.

PErscripta enim nullius accusatio accusatore, & eo qui accusatur absentibus suscipiatur, sed propria voce, si legitima & condigna accusatoris persona fuerit, præsente videlicet eo quem accusare desiderat: quia nullus absens, aut accusari potest, aut accusare. Nullus tamẽ præfati ordinis vir accusari potest, aut respõdere suis accusatoribus debet, priusquã regulariter à suo primate vocatus sit, locúq; defendẽdi, aut inquirendi accipiat, ad abluẽda crimina.

Vt difficiliores causæ ad apicem Romanæ sedis referantur, vt apostolico terminentur iudicio, cuius sedis authoritate omnes Ecclesiæ reguntur. Cap. CLXXVIII.

Ex epist. Anacleti papæ omnibus Episcopis missa, ca. 14.

SI quæ verò causæ difficiliores inter vos ortæ fuerint, ad huius sanctæ sedis apicem eas, quasi ad caput referte, vt apostolico terminentur iudicio: quia sic Deum velle ab eóque ita constitutum esse, antedictis testimoniis declaratur. Hæc verò apostolica sedes, cardo & caput factũ est à domino, & non ab alio est constituta. Et sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctæ sedis authoritate omnes Ecclesiæ domino disponente reguntur.

Quòd omnes Episcopi possint appellare Romanã sedem in necessitatibus positi. Cap. CLXXIX.

Ex decr. Damasi pap. Stepha. episco. Africæ missis, cap. 9.

QVam omnes appellare si necesse fuerit, & eius fulciri auxilio oportet. Nam, vt nostis, synodũ sine eius authoritate fieri non est canonicum: nec episcopus nisi in legitima synodo. & suo tempore apostolica vocatione congregata, definitè damnari potest: neque vlla

vnquam concilia rata leguntur, quæ non sunt fulta apostolica authoritate.

De inducijs criminatorum episcoporum, quales esse debeant. Cap. CLXXX.

DE induciis verò episcoporum, super quibus cõsulistis diuersas à patribus regulas inuenimus institutas. Quidam enim ad repellenda imperitorum machinamenta, & suas præparandas responsiones, & testes confirmandos, & concilia episcoporum, atque amicorum quærenda, annum & sex menses mandauerunt concedi: quidã autẽ annum, in quo plurimi cõcordant. Minus verò q̃ sex menses non reperi: quia & laicis hæc indulta sunt, quantò magis domini sacerdotibus? Nam & à nostris antecessoribus, atque reliquis sanctis patribus multoties inhibitum est, ne quis domini sacerdotes detractionibus nõ ex radice charitatis prolatis vexet. Quiescite inquiũt, & nolite persequi eos, qui deo perfectè ministrant, quorũ orationibus & terrena bella sedantur, & recedentium angelorum pelluntur incursus, quique omnes dæmones corruptores precum assiduitate confundunt. Inducíæ nanque non sub angusto tempore, sed sub longo spacio concedẽdæ sunt, vt accusati se præparare, & vniuersos communicatores in prouinciis positos conuenire, & testes præparare, atque contra insidiatores se pleniter armare, valeãt. Iudices enim & accusatores tales esse debent, qui omni careant suspicione, & ex radice charitatis suam desiderent promere sententiam. *Ex epist. Felicis papæ 2. fratribus Aegyptiorũ missa, ca. 15.*

De episcopo Centurienſi, qui causam suam in synodo agere renuerat. Cap. CLXXXI.

DE Quoduulteo etiam Centurienſi, quoniam aduersarius ipsius quum se petisset introduci ad concilium nostrum, interrogatus vtrum cum eo vellet apud episcopos experiri, primò promiserat, & alia die respondit hoc sibi non placere atque discessit: placuit omnibus episcopis, vt nullus eidem Quoduulteo communicet, donec causa eius qualem potuerit terminum sumat. Nam adimi ei episcopatum antequã causæ eius exitus appareret, nulli Christiano videri iure potuerit. *Ex cõcil. Africa. no, ca. 54*

Iudicium episcopi qui pro crimine eiectus ab officio, postea episcopium more prædonis inuasit.

Cap. CLXXXII.

Ex regist. ad Ioãnẽ episcopũ primum Iustinianæ, cap. 17.

QVando mala quæ pœnitentiæ fletu purganda sunt augentur excessibus, ita maior est delinquentibus adhibẽda correctio, vt & ipsi facinus suum pœna saltem vindicante cognoscant, & alios ab illicitis ecclesiasticæ tuitionis timor inhibeat. Dilectissimus itaque lator præsentium Nemesion ad nos veniens, indicauit, sicut & gestorum exemplaria quæ huc detulit continebant, Paulum Doclauenæ ciuitatis episcopum, inter alia mala in corporali crimine lapsum, à suis fuisse clericis accusatum, atque habita cognitione, ita quòd sine dolore dicere non possumus, claruisse, atque insuper, postquam conuictus est, etiam libellum illum, in quo ea de quibus accusatus fuerat vera esse confessus est, obtulisse. Qua de re sententia illum episcopali depositum, & se eius loco cum fraternitatis vestræ consensu esse episcopum ordinatum: sed nunc eundem Paulum cum auxilio secularium iudicum venientem, episcopium more prædonis ingressum, ablatísq; violenter rebus Ecclesiæ, ab eo se proiectum, & ad summam iniuriam ac necem penè perductum. Et quoniam tãtæ nequitiæ prauitas, nec dissimulanda nec leuiter agenda est, fraternitas vestra hæc omnia diligenter curet addiscere: & si ita se, vt edocti sumus, veritas habet, prædictum Paulum districta faciat executione compelli, vt quæcunque abstulit, omni mora vel excusatione cessante restituat. Si verò nihil Ecclesiæ sed proprium se dixerit abstuliſſe, quamuis graue & iniquum fuit, vt non à vobis vel metropolitano eius hoc peteret, sed ausu temerario manu præsumeret agere: veruntamen si quid proprium tulit, sub fraternitatis vestræ debet examinatione constare si verum est. Sed & illud diligenter quærendum est, si quid malè de rebus dilapidauit Ecclesiæ, vel quod nunc abstulit, hoc reformare, ac satisfacere, modis omnibus compellatur. Si autem differre tentauerit, quousque omne quod dilapidauit vel de substantia tulit Ecclesiæ restituat, in monasterium mittendus est, vt saltẽ coactus reddat, quod malè auferre non timuit. Quòd si fortè, quod non credimus, post depositionem suam inuerecundũ ac mente per-

uersa aliquid de episcopatu loqui atque rursus ad hoc qualibet aspirare præsumptione tentauerit, fraternitatis vestræ se contra improbitatem ipsius omnino vigor accendat, atque dominici corporis & sanguinis communione priuatum, in monasterium eum vsque ad diem obitus sui ad agendum curet pœnitentiam retrudendum: quatenus perpetrati sceleris maculas, dignis discat fletibus emendare, quas magis in interitu animæ suæ nequiter augere desiderat. Suprascriptus autem dilectissimus frater noster Nemesion in suo loco & episcopatus officio proculdubio reformetur: & ne denuo hac de re inquietudinem ac molestiam patiatur, solicitos vos esse necesse est: quia hoc non solùm ad huius munitionem, verumetiã ad aliorum constat emendationem proficere, vt prauorũ hominum præsumptio nihil de cætero contra sacrorum canonum statuta, vel ecclesiasticam disciplinam vllo modo habeat attentare.

Cur sancti apostoli eorúmque successores voluerint difficilẽ esse accusationẽ sacerdotũ. Cap. CLXXXIII.

TAlia cogitantes sancti apostoli eorumque successores spiritu Dei repleti, malos homines prævidentes, & simplices considerantes, difficilem aut nũquam voluerunt esse accusationem sacerdotum, ne à malis potuissent euerti aut submoueri: quia si hoc facilè concederetur secularibus & malis hominibus, aut nullus, aut vix perpauci remanerent, quoniam semper fuit & est, & quod peius est nimis viget, vt mali bonos insequãtur, & carnales spiritales infestent. Idcirco, vt prædictum est, statuerunt ne accusarentur, aut si aliter fieri non posset, perdifficilis fieret eorum accusatio, & à quibus, vt supradictum est, non præsumeretur, neque à proprijs sedibus, aut Ecclesiis episcopi eiicerentur. *Ex decre. Fabiani papæ Oriẽtali. episcopis missis, cap. 19.*

Si episcopus expulsus, ausus fuerit ingredi ciuitatem. Cap. CLXXXIIII.

SI episcopus expulsus, ausus fuerit ingredi ciuitatem è qua repulsus est, vel exire de loco in quo degere iussus est, iubemus eum in monasterio in alia prouincia constituto tradi, vt qui sacerdotio peccauit, degens in monasterio corrigatur. *Ex epist. Bonifacij papæ, ad episcopos Galliæ.*

De episcopis qui se viuentibus successores eligere desiderant. Cap. CLXXXV.

Ex cõcil. Antioche. cap. 23. EPiscopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vitæ perueniat. Quòd si tale aliquid factum fuerit, irritum esse huiusmodi constitutum. Seruetur autem ius ecclesiasticum id continens oportere non aliter fieri, nisi cum synodo & iudicio episcoporum, qui post obitum quiescentis potestatem habent eum qui dignus extiterit promouere.

Vt episcopo viuente nullus superordinetur. Caput CLXXXVI.

Ex cõcil. Auernẽ. cap. 13. VT nullus viuente episcopo alius superponatur aut superordinetur episcopus, nisi forsitan in eius locum quem capitalis culpa deiecerit.

Quòd non liceat episcopo successorem eligere. Cap. CLXXXVII.

Ex cõcil. Spalensi, cap. 8. EPiscopum non liceat ante finem vitæ, alium in loco suo constituere successorem. Si quis autem hoc vsurpare tentauerit, talis constitutio irrita erit Non ergo aliter fieri oportet, nisi cum consilio & iudicio episcoporum, qui post exitum præcessoris, potestatem habent dignum eligere.

Quòd nusquam canones præcipiant, vt pro ægritudine episcopi, alius succedat, & si ipse pro sua molestia petierit, qualiter fieri possit. Cap. CLXXXVIII.

Ex regist. Gregorij papæ, ad Anatoliũ Constãtinopolita. diaconũ. SCripsit mihi dilectio tua me reuerẽdissimo fratri meo Ioanni primæ Iustinianæ episcopo, pro ægritudine capitis quam patitur episcopum præcipere succedi: ne fortasse dum episcopi iura eadem ciuitas non habeat, quod absit, ab hoste depereat. Equidem nusquam canones præcipiunt, vt pro ægritudine episcopi episcopus succedat: & omnino iniustum est, vt si molestia corporis irruit, honore suo priuetur ægrotus. Sed suggerendum est, vt si quis in regimine ægrotat, dispensator illi talis requiratur, qui possit eius curam omnem agere, & locum illius in regimine Ecclesiæ ipso nõ deposito cõseruare, vt neq; Deus omnipotẽs offendatur, neq; ciuitas neglecta esse inueniatur.

De Arimínenſi epiſcopo dolore capitis laborante, & in eius loco altero ſubrogato. Cap. CLXXXIX.

QValiter ordinati à nobis ſacerdotis, corporis, quia notũ eſt, impediente moleſtia Ariminenſis Eccleſia paſtorali hacten⁹ ac ſacerdotali ſit regimine⁹ deſtituta, dudũ fraternitas veſtra cognouit. Quẽ du habitatorũ loci illius precibus permoti ſæpius hortaremur, vt ſi de eadem capitis, qua detinebatur, moleſtia melioratum ſe eſſe ſentiret, ad ſuam auxiliante Deo reuerteretur Eccleſiam. Qui datis induciis, in hoc quadringennio expectatur. Qui dum cleri vel ciuium nóſque precibus arguẽtium inſtantius hortaremur, vt ſi valeret cum eis auxiliante domino remearet, datis ſcriptis ſupplicatione nos petit, vt quia ad eiuſdem Eccleſiæ regimen vel ſuſceptũ officium, pro eadẽ qua detinetur moleſtia, aſſurgere nullatenus poſſet, Eccleſiæ ipſi ordinare epiſcopum deberemus. Vnde quia cunctarum Eccleſiarum iniuncta nos ſolicitudinis cura cõſtrĩgit, ne diutius gregi fideliũ deſit cuſtodia paſtoralis, illorum precibus huiusq; ex ſui impoſsibilitate renũciatione compulſus, viſum nobis eſt eidem Ariminẽſi Eccleſiæ debere epiſcopum ordinari: & datis ex more præceptis, clerum, plebẽq; eiuſdem Eccleſiæ non deſtitimus admonere, quatenus ad eligendum ſibi antiſtitẽ concordi prouiſione concurrant. Hortamur ergo vt fraternitas veſtra eum quem vno conſenſu omnes elegerint, ſicut & ipſi à nobis popoſciſſe noſcuntur, ad ſe faciat euocari. Quẽ cauta ex omnibus examinatione diſcutite: & ſi ea in eo, quæ in contextu eptatici morte multata ſunt, minimè domino fuerint opitulante reperta, atque fidelium perſonarum relatione eius vobis quoque vita placuerit, ad nos eum cum decreti pagina veſtri, addita quoq; teſtificationis epiſtola deſtinate, quatenus eidem à nobis Eccleſiæ, diſponente domino, conſecretur antiſtes.

Ex regiſt. S. Gre. papæ, ca. 238.

De epiſcopo qui per infirmitatem in hebetudinem mentis inciderit. Cap. CXC.

VT ſi quis epiſcopus in infirmitatẽ aut in aliquam hebetudinem ſenſus inciderit, aut officium oris amiſerit, ea quæ epiſcopis operari cõueniunt, presbyterũ agere non permittat, ſed epiſcopum, qui vicinus eſt vocet, cui quod in Eccleſia agendum fuerit, imponat.

Ex cõcil. Arauſi. cap. 2.

De episcopo qui propter dolorem capitis sæpe in amentiam deuenerat Cap. CXCI.

Ex regist. cap. 233. ad Etherium episcopum.

QVamuis triste nobis sit valde quod loquimur, atque fraterna nos compassione potius vrgeat quàm aliquid de auditis definire permittat: suscepti tamen solicitudo regiminis, cor nostrum instãti pulsat aculeo, magnam nos Ecclesiis curam prospicere, & antequam earum possit vtilitas deperire, quid fieri debeat Deo autore disponere. Peruenit igitur ad nos quibusdam referentibus, quendam episcopum ita passionem capitis incurrisse: vt quod mente alienata agere soleat, gemitus & fletus audire sit. Ne ergo languente pastore, grex, quod absit, insidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel Ecclesiæ ipsius vtilitates depereant, cauta nos necesse est prouisione tractare. Et ideo quia viuentem episcopum ab officio suo necessitas infirmitatis non crimen abducit, alium loco eius nisi recusante eo, nulla finit ratio ordinari. Sed si interualla ægritudinis habere est solitus, ipse data petitione non se vlterius ad hoc ministerium, subuertente infirmitate, posse fateatur adsurgere, & alium loco suo expetat ordinandum. Quo facto omnium solenniter electione alter, qui dignus fuerit, episcopus ordinetur, sic tamen vt quousque eundem episcopum in hoc seculo vita tenuerit, sumptus ei debiti de eadem Ecclesia ministrétur. Enimuero si nullo tempore ad sanæ mentis redit officium, persona fidelis ac vitæ est probabilis eligenda, quæ ad regimen Ecclesiæ idonea possit existere atque de animarum vtiliate cogitare, inquietos sub disciplinæ vincula restringere, ecclesiasticarum rerum curam gerere, & maturum atque efficacem se in omnibus exhibere. Qui etiam episcopo qui nunc ægrotat superstes, loco eius debeat consecrari.

De restitutis episcopis per Romanum pontificem. Cap. CXCII.

Ex decre. Sixti papæ 2. fratrib. per Hispaniã cõstitutis missis, cap. 7.

FRatres verò quos timore terreno iniustè damnastis, scitote à nobis iustè esse restitutos. Quibus ex autoritate sancti Petri, apostolica autoritate, omnia quæ eis ablata sunt integerrimè reddi præcipimus, si non vultis & vos & principes vestri à collegio nostro & membris Ecclesiæ separari. Iusto enim iudicio Dei datur plerunque

peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequantur, vt qui spiritu Dei iuuantur & aguntur, fiant per laborū exercitia clariores. Illi tamen qui hoc agunt, nullatenus euadent pœnam, quia vt ait dominus, Væ illi per quem scandalum venit. Et quanquam iuxta saluatoris sententiam necesse sit venire scandala, væ tamen per quem veniunt. De occultis etiam cordis alieni temerè iudicare peccatum est, & eum, cuius non videntur opera nisi bona, iniquum est ex suspicione reprehendere: cùm eorum quæ homini sunt incognita, solus Deus iudex sit iustus inspector & verus. Vnde scriptum est: Incerta non iudicemus quoadusque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Et quamuis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi quę certis iudiciis comprobantur, nisi quæ manifesto iudicio conuincuntur, nisi quæ iudiciario ordine publicantur. Nullus ergo potest humano condemnari examine, quem Deus suo iudicio reseruabit. Hæc omnia summoperè sunt præcauenda, ne præsumptores esse videamur.

Vt sacerdotes domini, sicut vulgus facere solet, indicare præsumant, vel compellantur. Cap. CXCIII.

Ex decr. Cornelii papæ.

SAcramentum autem hactenus ab episcopis & reliquis ordinibus exigi, nisi pro fide recta, minimè cognouimus, nec spontè eos iurasse reperimus. Summoperè ergo sanctus Iacobus apostolus prohibens sacramentum loquitur dicens: Ante omnia fratres mei nolite iurare, neq; per cœlum, neque per terram, neque per aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo vester, est, est, non, non: vt sub iudicium non decidatis.

De episcopo sinistro rumore aspersо, per sacramentum autem & purgato & absoluto. Cap. CXCIIII.

Ex re. ad Iustinum imperat. ca 107. 8.

HABET HOC PROPRIVM antiqui hostis inuidia, vt quos in prauorum actuum perpetrationem, Deo sibi resistente, decipere non valet, opiniones eorum falsa ad præsens simulando dilaceret. Quoniam igitur quædam contra sacerdotale propositum de Leone fratre & coepiscopo nostro sinister rumor asperserat, vtrum vera essent, districta diutius fecimus inquisitione perquiri, & nullam in eo de his quæ fuerant dicta culpam

inuenimus. Sed ne quid videretur omissum nostro potuis-
se cordi dubium remanere, ad beati Petri sacratissimũ cor-
pus districta eũ ex abundanti fecimus sacramenta præbere.
Quibus præstitis, magna sumus exultatione gauisi, quòd
huiusce modi innocẽtia eius euidenter enituit. Pro qua re
gloria vestra prædictum virum cum omni charitate susci-
piat, reuerentiam ei qualem sacerdoti decet exhibeat, nec
quædam cordibus remaneat, de his quæ iam sunt purgata,
dubietas. Et ità suprascriptovos episcopo deuotissimè opor
tet in omnibus adhærere, vt congruè decenterq; Deum in
eius persona videamini, cuius minister est, honorare.

Correctio episcopi qui concubinam habuit. Cap. CXCV.

Ex regi. Gregorii papæ ad Andreã episcop. Tarẽtin. cap. 179

TRibunal iudicis æterni securus aspiciet, quisquis rea-
tus sui conscius digna eum modò pœnitentia placare
contendit. Habuisse te siquidem concubinã manifesta ve-
ritate comperimus, de qua etiam contraria est quibusdam
nata suspicio. Sed quia in rebus ambiguis absolutũ non de-
bet esse iudicium, hoc tuæ conscientiæ elegimus commit-
tendũ. Qua de re si in sacro ordine constitutus, eius te per-
mixtione esse recolis maculatum, sacerdotij honore depo-
sito, ad ministrandum nullo modo præsumas accedere, sci-
turus in animæ tuæ periculo ministrare, & Deo nostro te
sine dubio reddere rationem, si huiusmodi sceleris cõscius,
in eo quo es ordine cælans veritatem permanere volueris.
Vnde iterum adhortamur, vt si te deceptum hostis antiqui
calliditate cognoscis, competenti eum dum licèt pœniten-
tia superare festines: ne cum eo particeps, quod non opta-
mus, in die iudicij deputeris. Si verò huius reatus tibi con-
scius non es, in eo te necesse est quo es ordine permanere.
Præterea quoniam mulierẽ de matriculis contra ordinem
sacerdotii cædi crudeliter fustibus deputasti, quam licèt
post octo menses, exinde minimè arbitremur fuisse defun-
ctam, tamen quia ordinis tui habere noluisti respectũ, pro-
pterea duobus te mensibus ab administratione Missarum
statuimus abstinere. In quibus ab officio tuo suspensum, fle-
re te conuenit quod fecisti. Nam valde dignum est, vt post-
quam te ad vitæ istius tranquillam rectitudinem laudabi-
lium sacerdotũ exempla non prouocant, saltem correctio-
nis medicina compellat.

De episcopo per sacramenta purgato & absoluto. Cap. CXCVI.

MEnam verò reuerendissimum fratrẽ coëpiscopumq; nostrum, postquam ea quę de eo dicta fuerant requirentes in nullo inuenimus esse culpabilem: qui insuper ad sacratissimum corpus beati Petri apostoli sub iureiurando satisfaciens, ab his quæ obiecta eius opinioni fuerant se demonstrauit alienum: reuerti illum purgatum, absolutumque permisimus: quia sicut dignum erat, vt si in aliquo reus existeret, culpam in eo canonicè puniremus: ita dignum non fuit, vt eum adiuuante innocentia diutius retinere, vel affligere in aliquo deberemus. *Ex re. ad Brunihildã regi-nam Frã-corum, cap. 132.*

Qualiter senex episcopus corripiendus sit, quomodo mali eius consiliarii excommunicandi. Cap. CXCVII.

PRædicator omnipotẽtis domini Paulus apostol⁹ dicit: Seniorem ne increpaueris. Sed hæc eius regula in eo reseruanda est, cùm culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autem senior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi districta increpatione feriendus est. Nam scriptum est, Laqueus iuuenum omnes vos. Et rursum propheta dicit: Et peccator centum annorum maledictus est. Tanta aũt nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit, vt eam, nisi adhuc humanitus pensaremus, fixa iam maledictione feriremus. Dictũ quippe mihi est, quòd dominicorum die, priusquam Missarum solennia celebrares, ad exarandam messem latoris præsentium perrexisti, post exarationem eius Missarum solennia celebrasti. Post Missarum solennia, etiam terminos possessionis illius eradicare minimè timuisti. Quod factum quæ pœna debuit insequi, omnes qui audiunt sciunt. Dubij autem de tãta hac peruersitate fueramus, sed filius noster Cyriacus abbas à nobis requisitus, dum esset choralis, ita se cognouisse perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur aliquando resipisce senex, atque à tanta leuitate morum & operum peruersitate compescere. Quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri solicitior atque timidior debes. Et quidem pœna sententiæ in te fuerat iaculanda, sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus, interim tacemus. Eos verò quorum consiliis hæc egisti, in duobus mensibus excommunicatos esse decernimus, ita vt *Ex regi. cap. 37.*

si quid eis intra duorum mensium spatium humanitus euenerit, benedictione viatici non priuentur. Deincepsautem ab eorum consiliis cautus existe, te quoque solicitè custodi: ne si eis in malo discipulus fueris, quibus magister in bono esse debuisti, nec simplicitati tuæ, nec vlterius senectuti parcamus.

De purgatione Leonis papæ. Cap. CXCVIII.

Iuramentum Leonis papæ.

AVditum fratres charissimi, & diuulgatum est per multa loca, qualiter homines mali aduersum me insurrexerunt, & dilatare voluerunt, & miserunt super me grauia crimina. Propter quam causam iste clementissimus ac sereniſsimus dominus rex Carolus vnà cum sacerdotibus & optimatibus suis, istam peruenit ad vrbem. Quamobrem ego Leo pontifex sanctæ Romanæ Ecclesiæ à nemine iudicatus, neque coactus, sed spõtanea mea voluntate purifico me in conspectu vestro coram Deo & angelis eius, qui conscientiam meam nouit, & beato Petro principe apostolorum in cuius conspectu consistimus, quia istas criminosas & sceleratas res quas illi mihi obiiciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iussi. Testis mihi est Deus, in cuius iudicium venturi sumus, & in cuius conspectu consistimus: & hoc propter suspiciones malas tollendas mea spontanea voluntate facio, non quasi in canonibus inuentum sit, aut quasi ego hanc consuetudinem aut decretum in sancta Ecclesia successoribus meis, nec non & fratribus, & coëpiscopis nostris imponam: sed vt melius à vobis abscindatis rebelles cogitationes.

Si quis ex ecclesiastico ordine damnatus fuerit à synodo, & ausus fuerit de sacro ministerio aliquid contingere. Cap. CXCIX.

Ex cõcil. Antiocheno, cap. 4.

SI quis episcopus damnatus à synodo vel presbyter, aut diaconus à suo episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, siue episcopus iuxta præcedentem consuetudinem, siue presbyter aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis: Sed & communicantes ei omnes abiici de Ecclesia, & maximè, si posteaquam didicerint

aduersum memoratos prolatam fuisse sententiam eisdem communicare tentauerint.

Si aliquis ex ecclesiastco ordine excomunicatus fuerit, & communicare præsumpserit, se ipsum damnat. Cap. CC.

ITem placuit vniuerso concilio, vt qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, siue episcopus, siue quilibet clericus, & tempore excommunicationis suæ ante audientiam communionem præsumpserit, ipse in se damnationis iudicetur protulisse sententiam. *Ex cõcil. Africa. cap. 29.*

De ordinatis, si aliquis illorum percussor extiterit. Caput CCI.

HIs, à quibus domini sacramenta tractantur, iudicium sanguinis agitare non licet. Et ideo magnopere talis excessus prohibendus est, nec indiscretè præsumptionis motibus agitati, aut quòd morte plectendum est, sententia propria iudicare præsumant, aut truncationes quibuslibet personis aut per se inferant, aut inferendas præcipiant. Quòd si quisquam horum immemor prçceptorum, aut in Ecclesiç suç familiis, aut in quibuslibet personis tale aliquid perpetrauerit, & concesi ordinis honore priuetur, & loco sub perpetuæ damnationis religetur ergastulo. Cui tamen communio exeunti de hac vita nõ neganda est, propter domini misericordiam. *Ex cõcil. Mogũti. cap. 6.*

De episcopis sua manu cædentibus. Cap. CCII.

NOn liceat episcopo manibus suis aliquẽ cædere. Hoc enim alienum à sacerdote esse debet. *Ex decr. Bonifacii papæ.*

De episcopo qui seipsum & sibi commissos corrigere neglexerit. Cap. CCIII.

QVi nec regiminis in se rationem habuit, nec sua delicta detersit, nec crimen filiorum correxit, canis impudicus magis dicendus est, quàm episcopus. *Gre. dic.*

De eadem re. Cap. CCIIII.

VTliximia per cinerem humidum fluens lauat & non lauatur: ita bona doctrina per malum doctorem animas credentium lauat à sorde peccatorum. *Ex dictis Hieron.*

De malo pastore quem suæ oues fugiunt. Cap. CCV.

Ex dictis Augusti. SIcut fugiunt oues vocem pastoris quem non cognoscunt, & deserta petunt, ita mali pastoris ouilia.

De illo qui nobilitatem Dei à se eijcit. Cap. CCVI.

Gregori. dicit. ADam primus homo pro peccato de paradyso eiectus est, hoc est, qui nobilitatem Dei à se eiicit, nobilitate loci priuetur.

Quòd non sint omnes filij sanctorum, qui tenent loca sanctorum. Cap. CCVII.

Hieronym. dicit. NOn facile est stare in loco Petri & Pauli, & tenere cathedram regnantium cum Christo: quia hinc dicitur, non sanctorum filij sunt qui tenent lota sanctorum, sed qui exercent opera eorum.

Quòd nullus ex genere nec ex loco gloriari debeat. Cap. CCVIII.

Gregori. dicit. NOs qui præsumus non ex locorum nec generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus, nec vrbium claritate, sed fidei puritate.

De sacerdotibus qui ouibus suis mala exempla præbent. Cap. CCIX.

Ex dictis Augusti. NEmo quippe amplius in Ecclesia nocet, quàm qui peruersè agens, nomen vel ordinem sanctitatis & sacerdotis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus præsumit: & in exemplum culpa vehementer extenditur, cũ pro reuerẽtia ordinis peccator honoratur.

Vt tantùm curam rerum ecclesiasticarum episcopus habeat. Cap CCX.

Ca. apost. 33. OMnium negociorum ecclesiasticorum curam episcopus habeat, & ea velut Deo contemp'ante dispensset, nec ei liceat ex his aliquid omnino contingere, aut parentibus propriis quæ Dei sunt condonare. Quòd si pauperes sunt, tanquam pauperibus subministret: ne eorum occasione Ecclesiæ negocia depredentur.

De vsu pallij ne à metropolitanis præsumptiuè vtatur. Cap. CCXI.

Ex decre. Honor papæ, cap. 3. QVicunque sanè metropolitanorum per plateas, vel in litaniis vti pallio præsumpserit, & non tantùm in præcipuis festiuitatibus, & ab apostolica sede indictis temporibus, ad Missarum solummodo solennia,

careat illo honore: &, prout beatus papa Gregorius ad Iohannem Panormium episcopum, & Marinianũ scribit Rauennatem episcopum, quia graue iugum atque vinculum ceruicis non pro ecclesiastica, sed pro quadam seculari dignitate defendit, permissa, qua abutitur, dignitate careat: quoniam iure priuilegium meretur amittere, qui audacter vsurpat illicita.

Quòd episcopus res suæ Ecclesiæ, nisi cum suo prius commutet, testamento legare non possit. Cap. CCXII.

SI quis episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici iuris proprietate legauerit, aliter non valebit, nisi tantum de iuris proprij facultatibus suppleuerit. *Ex cõcil. Agathẽsi, cap. 6.*

De episcopo qui res suæ Ecclesiæ parentibus suis indiscretè tribuit. Cap. CCXIII.

VT episcopi in rebus Ecclesiæ circa propinquos suos exponendis reprehensionem caueant, & vt discretionis modum teneant. *Ex cõcil. Spalensi, cap. 10.*

De eadem re. Cap. CCXIIII.

QVoniàm multi episcoporum amore propinquorum suorũ de rebus sibi cõmendatis, suo aut quolibet amicorum nomine prædia & mãcipia emunt, & vt in propinquorũ suorũ ius cedant, statuunt, & ob hoc iura ecclesiastica conuelluntur, & ministeriũ sacerdotale fuscatur, imò à subditis detrahitur, & contemnitur: placuit omnibus, vt deinceps auaritiæ hoc genus caueatur. Fixumq; ab hinc & perpetuò mansurũ esse decreuimus, vt episcopus res sui iuris, quas aut ante episcopatũ, aut certè in episcopatu hæreditaria successione acquisiuit, secundũ authoritatem canonicã quicquid vult, faciat & cui vult, cõferat. Postquam autẽ episcopus factus est, quascunque res de facultatibus Ecclesiæ, aut suo, aut alterius nomine, qualibet conditione cõparauerit, decreuimus, vt non propinquorũ suorum, sed in Ecclesiæ cui præest, iura deueniant. *Ex eodẽ, cap. 5.*

Ne episcopus de rebus viduatæ Ecclesiæ quicquam alienare præsumat. Cap. CCXV.

SI quis episcopus nulla ecclesiasticæ rationis necessitate cõpulsus, in suo clero aut vbi fortè nõ est presbyter, de rebus ecclesiasticis aliquid præsumpserit vendere: res ipsas Ecclesiæ restaurare cogatur, & in iudicio episcoporum deijciatur auditus, & tanquam furti aut latrocinij *Ex decr. Martin. papæ, ca. 20.*

reus suo priuetur honore.

De illis qui ad sacerdotum exequias venire contemnunt. Cap. CCXVI.

Ex cõcil. Toletano. 8. ca. 3.

EA quæ competunt honestati, contingit sæpe quorundam desidia non impleri. Proinde, quia notũ est, quæ dignitas in exequiis morientis episcopi ex canonibus cõseruetur, traditione moris antiqui hoc tantùm adiicimus, vt si quis sacerdotum secundum statuta Valentini concilii ad humanda defuncti episcopi membra venire cõmonitus, pigra voluntate distulerit, appellãtibus clericis obeuntis episcopi apud synodum, siue apud metropolitanũ episcopum tempore anni vnius, nec faciendi Missam, nec communicandi habeat omnino licentiam. Presbyteri autem siue cæteri clerici, quibus maior honoris locus apud eandẽ Ecclesiam fuerit, cuius sacerdos obierit, si omni solicitudine pro exequiis iam mortui, aut continuò antistis morituri, ad commonendum vicinum episcopum tardi inueniantur, aut per quamcũque molestiam animi id negligere comprobẽtur, totius anni spatio ad pœnitentiam in monasteriis deputentur.

Vt quicquid episcopo relinquitur, id emissum in facultates Ecclesiæ computetur. Cap. CCXVII.

Ex cõcil. Agathẽsi

POntifices verò, quibus in summo sacerdotio cõstituti ab extraneis, duntaxat donatur aliquid, vel cum Ecclesia aut sequestratim dimittitur aut donatur: quia hæc illi qui donat pro redemptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis probatur offerre, non quasi suum, sed quasi id emissum in facultates Ecclesiæ cõputetur: quia iustum est, vt sicut sacerdos habet quod Ecclesiæ dimissum est, ita & Ecclesia habeat, quod relinquitur à sacerdote.

Vt nullus Episcopus, nisi cum consilio cæterorum episcoporum & principis in hostem ire debeat. Cap. CCXVIII.

Cap. Caroli imperatoris de Episcopis Aquisgrani col laudatũ

CArolus gratia Dei rex, regnique Francorum rector & deuotus sanctæ Ecclesiæ defensor, atque adiutor in omnibus apostolicæ sedis. Hortatu omnium fidelium strorum, & maximè episcoporum, ac reliquorum sacerdotum consultu, seruis Dei per omnia omnibus armaturam portare vel pugnare, aut in exercitum, & in hostẽ perge-

re omnino prohibemus, nisi illis tantūmodo, qui propter diuinum ministerium, Missarū scilicet solennia adimplēda, & sanctorū patrocinia portanda ad hoc electis, id est, vnū vel duos episcopos cū capellanis presbyteris. Et vnus quisq; princeps vnū presbyterū secum habeat, qui peccata confitentibus iudicare, & indicare pœnitentiam possit.

De eadem re. *Cap. CCXIX.*

SEcunda vice propter ampliorem obseruantiam apostolica authoritate, & multorum episcoporū admonitione instructi, sanctorum quoque canonum regulis edocti, consultu videlicet omnium nobilium nostrorum nosmetipsos corrigentes, posterisque nostris exemplum dantes, volumus vt nullus sacerdos in hostem pergat, nisi duo vel tres tantùm episcopi, electione cæterorum propter benedictionem, prædicationem, populique reconciliationem, & cum illis electi sacerdotes, qui bene sciant populis pœnitētiam dare, Missas celebrare, de infirmis curam habere, sacratique olei cum sacris precibus vnctionē impendere, & hoc maximè præuidere, ne sine viatico quis de seculo recedat. *Cap. eiusdem.*

De eo si quis ab apostolico falsam detulerit epistolam. *Cap. CCXX.*

IN memoriam beati Petri apostoli honoremus sanctam Romanam & apostolicam sedem vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debet magistra ecclesiasti cæ rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas, vt licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum conferamus, & pia deuotione toleremus. Si verò, quod non decet, quilibet siue sit presbyter, siue diaconus aliquam perturbationem machinando, & nostro ministerio insidiando redarguatur falsam ab apostolico detulisse epistolam, vel aliud quid quod inde non conuenerit, falsa fide, & nō integra circa apostolicum humilitate: penes episcopū sit potestas, vtrū eum in carcerem, aut in aliam detrudat custodiam, vsquequo per epistolam, aut per idoneos suæ partis legatos apostolicam interpellet sublimitatem, vt potissimum sua sancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iusto ordine lex Romana statuat definire, vt & is corrigatur, & cæteris modus imponatur. *Ex cōcil. Triburiē si, ca. 30. cui interfuit rex Arnolphus.*

De accusatis episcopis. Cap. CCXXI.

Ex decre. Felicis papæ. ca. 4.

SI primates accusatores episcoporum cum eis pacificare familiariter minimè potuerint, tunc tempore legitimo eos ad synodum canonicè conuocatam, nõ infra angusta tẽpora canonicè conuocent, & prius eis per scripta significent quod eis opponitur, vt ad responsionem præparati adueniant. Nam si aut vi, aut timore eiecti, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonicè vocari ad synodum possunt, nec respondere æmulis debent antequam canonicè restituantur, & sua omnia eis legaliter reddantur.

Quòd non ita in ecclesiasticis agendum sit negocijs sicut in secularibus. Cap. CCXXII.

Ex decr. eiusdem, cap. 16.

NOn enim in ecclesiasticis agendum est negociis, sicut in secularibus. Priusquã legibus vocatus venerit, vt quum in foro decertare cœperit aliquis, non licet ante peractã causam recedere. In ecclesiasticis verò causa dicta recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægrauari viderit.

Quòd nulli papa viuente alium eligere liceat. Cap. CCXXIII.

Ex decr. Symmachi papæ cap. 3.

SI quis presbyter aut diaconus, aut clericus papa incolumi, & eo inconsulto subscriptionem pro Romano pontificatu cõmendare, aut pitacio promittere, aut sacramentum præbere tentauerit, aut aliquod suffragium polliceri, vel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare, atq; decernere, loci sui dignitate & cõmunione priuetur.

De sess.one episcopi. Cap. CCXXIIII.

Ex cõcil. Carthagi.

IN Ecclesia in consessu presbyterorum, episcopus sublimior sedeat.

Item de ordinatione episcopi. Cap. CCXXV.

Ex dictis Theodori archiepiscopi.

IN ordinatione episcopi, ipse qui ordinat Missam celebrare debet, & qui ordinatur similiter.

Quæ sacerdotes Dei declinare debeant. Cap. CCXXVI.

Ex cõcil. Turonẽ. cap. 1.

QVæcunque ad aurium, & ad oculorum pertinentilecebras, vnde vigor animi emolliri posse credatur, vt de aliquibus generibus musicorũ, aliisque nõ-

nullis rebus, omnes dei sacerdotes se abstinere debēt: quia per aurium, oculorumque illecebras vitiorum turba ad animum ingredi solet, histrionū quoque turpium & obscœnorum insolentias iocorum, ipsi animo effugere, cæterisque sacerdotibus effugienda prædicare debent.

De hæreditate episcopi, cæterorumque ecclesiasticorum.
Cap. CCXXVII.

Ex cōcil. apud Altheim habito, cap. 37. cui interfuit rex Conradus.

SED & hoc ibidem inuentū est de episcopis, presbyteris & clericis, si hæreditatē à domino rege, vel ab alio principe, vel amico suo, seu per hæreditariam sortem sibi deuenerit, vel acquisierunt, donare eis liceat hanc cui voluerint, dum viuunt pro remedio animæ, ad Ecclesiā quācunque elegerint, vel cōsanguineis suis vel amicis. Sin autem antea obierint, quàm firmiter perfecerint: altari cui seruiunt omnia perpetuò sanctificentur, & in ius tradantur. Similiter de presbyteris statutum est. Hildibertus Moguntinensis archiepiscopus subscripsit. Robertus Treuerensis archiepiscopus subscripsit. Vnni Hameburgēsis archiepiscopus subscripsit. Adaluuardus Fardinēsis episcopus subscripsit. Richuuynus Argentinēsis episcopus subscripsit. Notingus Constantiensis episcopus subscripsit. Vneuuanus Padarbrunnensis episcopus subscripsit. Vdalricus Augustensis episcopus subscripsit. Bernhardus Haluuartanensis episcopus subscripsit. Rumaldus Minugardenouuardensis episcopus subscripsit. Eberis Mindunēsis episcopus subscripsit. Necnon & abbates cum cæteris sacri ordinis viris subscripserunt.

Ne episcopi propter suam quietem plebem sibi cōmissam negligere præsumant. Cap. CCXXVIII.

Ex cōcil. apud sanctum Medardum, præsente Carolo rege, cap. 5.

PRouidendum est, ne episcopi propter suam quietē ad remotiora loca secedentes, & suum ministerium negligentes, proprias deserant ciuitates: sed aut parochias suas cum officii efficacia circumeant, aut cum religione in suis ciuitatibus canonicè cum filiis suis degant. Presbyteros etiam sibi commissos, doctrina, castitate, & sobrietate, atque hospitalitate secundum suum ministerium ornari compellant.

De episcopis qui non visitatis parochijs precium seruitutis requirunt. Cap. CCXXIX.

Ex cõcil. Triburijs habito tẽpore Arnolphi regis, ca. 26

DELATA est coram sancta synodo querimonia plebium, eò quòd sint quidã episcopi nolentes ad prædicandũ, vel ad confirmandum suas per annum parochias circumire: qui tamen exigant, vt mãsiones quibus in profectione vti debuerant, alio precio redimant, qui parare debent. Quæ duplex infamia, & negligentia, & auaritiæ sanctæ synodo horrori fuit magno: & statuerunt, ne quis vltra exerceat id cupiditatis ingenium, & vt solicitiores sint episcopi de suis gregibus visitandis.

De purgatione episcoporum. Cap. CCXXX.

Ex cõcil. apud Alth. habito præsente Conrado rege, cap. 16.

STatuimus propter Dei dilectionem, & proximi, & fidelium honorem catholicorũ, & præcipuè ob multitudinem, scandala eruenda, & funditus extirpanda, & perturbationes quæ nouiter exorta sunt, & oriuntur: necnon vt omnes sciãt nos episcopos, tales Dei misericordia nequaquam esse quales dicimur, exemplum sancti Leonis papæ, qui supra quatuor Euangelia iurans, coram populo se purgauit, sequi & imitari, salua tamen authoritate canonica

De eo qui ex monacho factus fuerit Episcopus. Cap. CCXXXI.

Ex eodẽ cõcil. præsente rege Cõrado, ca. 36

STatutum & rationabiliter secundum sanctos patres i synodo est firmatum, vt monachus quem canonica electio à iugo regulæ monasticæ professionis absoluit, & sacra ordinatio de monacho episcopum facit, velut legitimus hæres paternam sibi hæreditatem postea iure vendicandi potestatem habeat. Sed quicquid acquisierat, vel habere visus fuerat, monasterio relinquat, & abbatis sui, qui fuerat secũdum regulam sancti Benedicti, arbitrio. Postquam enim episcopus ordinatur, ad altare, ad quod sanctificatur & titulatur, secundum sacros canones quod acquirere poterit, restituat.

De illo qui de aliqua hæresi infamatur, quòd in sacro conuentu formulam istius professionis recitare debeat. Cap. CCXXXII.

Ex epist. Cyril. ad Ioannem Antioch.

EGO N. hac scriptura quam manu mea perscripsi profiteor sequens sanctum iudicium patrum Nicæni

synodi trecentorum decem & octo, vel Chalcedonensis synodi vniuersale concilium, cuius definitionem sedes apostolica confirmauit: Quòd etiam beatissimi papæ Leonis epistola ad sanctæ memoriæ Flauianum Constantinopolitanæ vrbis episcopum nostrum data prædicatione lucidissimæ veritatis exposuit. Confiteor vnum eundemq; dominum nostrum Iesum Christum vnigenitum Dei patris perfectum: eundem in deitate perfectum, eundem in humanitate Deum verè, & hominẽ verè. Ipsum eundemq; ex anima rationali & carne consubstantialẽ patri secundum deitatẽ, consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, in omnibus similẽ nobis absque peccato: ante secula quidem de patre genitũ secundum deitatem: in nouissimis verò diebus eundẽ propter nos, & propter nostram salutem de virgine Maria, quæ eundẽ Deum peperit secundũ humanitatem, vnum eundemq; Christum filium Dei dominum vnigenitum in duabus naturis, incõfusè, incõuertibiliter, indiuiduè, & inseparabiliter cognitũ, nequaquam naturarum differentia sublata propter vnitionem, sed potius salua manente proprietate vtriusq; naturæ, in vnã non in duas concurrisse personas. Sed vnũ eundemque filium vnigenitum Deum, verum dominum Iesum Christum, sicut olim prophetæ de eo, vel ipse nos Christus per semetipsum dominus erudiuit. Qui autem ita non sentiunt, cum Nestorio & Eutyche, vel eorum sectatoribus æterno anathemate dignos esse pronuncio.

De damnatis episcopis, & post reconciliatis.

Cap. CCXXXIII.

IOannes Chrysostomus à duabus synodis orthodoxorum episcoporum fuit diiudicatus, sed iterum fuit restitutus. Marcellus episcopus Anciræ Galatiæ depositus fuit, sed postmodum proprium recepit episcopatum. Asclepius diiudicatus à synodo, Ecclesiam suam postea recepit. Lucianus episcopus Adrianopolites damnatus à papa Iulio, recepit Ecclesiam sui episcopatus. Cyrillus Hierosolymitanus episcopus depositus fuit, postea reconciliatus est Ecclesiæ suæ. Simili modo & Polychronium eiusdem Ecclesiæ Hierosolymitanæ põtificem Xistus papa damnauit, & iterum ipse eum reconciliauit. Innocentius papa Fotinum damnauit episcopum, sed ipse

postea eum in propriũ restituit locum Ecclesiæ suæ. Misenum episcopũ à Felice papa damnatũ, Gelasius papa successor illi⁹ & cõmunicauit, & Ecclesię suæ restituit. Leontius dum esset presbyter depositus fuit, sed postea in Antiochia patriarcha extitit. Gregorius verò quartus papa Theodosiũ, quẽ Eugenius eius anteceſſor presbyterij honore priuauerat, sanctæ Ecclesiæ Signinæ cõsecrauit episcopum. Ybas nãq; episcopus diiudicatus fuit, sed sancta synodus canonicè suã illi restituit Ecclesiam. Rothadum verò episcopum sanctæ Suessonienſis Ecclesiæ à synodo cui Carolus interfuit rex condemnatum, & Soffrenum Placentinum episcopum meritò reprobatum, Nicolaus papa ambos reconciliauit.

De episcoporum transmutatione.

QVia verò episcoporũ plurimi ex aliis ciuitatibus ad alias propter necessitatẽ seu vtilitatẽ tẽporũ sunt migrati & transmutati, quorũ nomina hæc sunt: Perigenes in Petris est ordinatus episcopus, sed quoniam ciues eius ciuitatis eũ suscipere noluerũt, Romanæ ciuitatis episcopus iussit eũ inthronizari in Corintho metropoli, defuncto eius episcopo, eiq; donec vixit Ecclesię præfuit. Dosideũ Seleutiæ episcopũ, Alexander Antiochenus episcopus in Tharsum Siliciæ trãsmutauit. Reuerẽtius ab Argis phœniciæ in Tyrũ trãsmigratus est. Ioãnes de Gordolinia mutatus est in Proconixum, & ei præsedit Ecclesiæ. Palladius ab Helinopoli mutatus est in Asponã. Alexander ab alia Helinopoli, in Andrinopolim mutatus est. Gregorius Nazãzenus prius ciuitatis Capadociæ fuit episcopus quæ Sasima dicitur, deinde à beato Basilio & aliorum episcoporũ consensu in Anzianco cõstitutus est. Meletius prius Sebastiæ Ecclesiæ præfuit, & postea Antiochiæ præsul est constitutus. Theusebius ab Apamia Asiæ transfertur in Eudoxiopolim, quæ dudum Salambria vocabatur. Polycarpus de vrbe ante Pristena Misiæ, in Nicopolim Thraciæ mutatus est. Hierophilus de Trapezopoli Frisiæ transmigratus est in Platinopolim Thraciæ. Optimus ab Agardamia Frigię, in Antiochiã Pisidiæ trãsmigratus est. Siluanus à Philippopoli Thraciæ mutatus est in Troadã

FINIS LIBRI PRIMI.

INDEX

CAPITVLORVM

Libri Secundi.

E ordinationibus presbyterorum & reliquorum ordinum. Cap. i.

D Quæ presbyteri neceſſaria diſcere, & ſcire debeant. ii.

De eadem re. iii.

Quòd ordinationes fieri non debeant niſi in loco certo & religioſo. iiii.

Quòd Abraham primus ſit appellatus presbyter, & quare presbyteri nominentur. v.

Quòd nullus ex eccleſiaſtico ordine abſolutè debeat ordinari. vi.

Quòd ſub aſpectu audientium ordinationes celebrari non debeant. vii.

Quòd turbis electionem promouendorum facere non liceat. viii.

Quòd epiſcopum vel presbyterum ante triginta annos ordinare non liceat. ix.

De presbyteris qui ante triginta annos ordinantur. x.

Quòd ante XXV. annos diaconi non ſint ordinandi. xi.

Quòd in veteri lege præcipiatur vt ante XXV. annos leuitæ in tabernaculo non ſeruirent. xii.

De presbyteris qui ſine examine ſunt prouecti. xiii.

De eo qui ſibi volens aliquod membrũ truncauerit. xiiii.

De clericis qui à medicorũ inciſione claudi efficiũtur. xv.

De illis qui inuident fratrum prouectionibus. xvi.

Vt ſeditionarij non ordinentur. xvii.

Quòd illiteratus, & aliquo membro imminutus prouehi non debeat. xviii.

De filiis concubinarum xix.

Vt dæmonibus ſimilibusq; paſsionibus irretiti, ſacra tractare non debeant. xx.

Vt de seruili conditione nisi prius à dominis propriis libertatem habeant, nulli ordinentur. xxi.
De eadem re. xxii.
De bonis illorum qui à dominis propriis libertate donantur. xxiii.
Vt seruus nesciente domino suo ordinari non debeat. xxiiii.
De his qui libertatem à dominis suis ita percipiunt, vt nullum sibi obsequium retentent. xxv.
De seruis ordinandis secundum ecclesiastica mandata, quoniam ingenui fieri debeant. xxvi.
De eadem re. xxvii.
De eadem re. xxviii.
De eadem re. xxix.
Exemplar libertatis de proprio seruo. xxx.
De seruorum ordinatione. xxxi.
De Ecclesiarum seruis. xxxii.
Vt pœnitentes & digami non promoueantur. xxxiii.
Energumeni non solùm non adsumendi sunt ad clerum, sed inuenti ab officio remouendi. xxxiiii.
Vt nullus ex pœnitentibus ordinetur. xxxv.
De actoribus & procuratoribus si ordinari debeãt. xxxvi.
Vt de pœnitentibus nullus admittatur ad clerũ. xxxvii.
Laicus si secundò vxorẽ duxerit, clericus non fiat. xxxviii.
Vt nullus episcopus alterius parochianum retinere præsumat. xxxix.
Vt ab alieno episcopo ordinatus in clero nõ maneat. xl.
De quodam episcopo qui alterius episcopi clericum eo nolente ordinauerat. xli.
Vt nemo clericum alienum suscipiat, sine voluntate episcopi sui. xlii.
Vt nullus episcopus alienum clericum sine literis sui episcopi suscipiat. xliii.
De presbyteris & diaconibus qui sine literis episcopi sui ambulant. xliiii.
De eadem re. xlv.
Vt quisq; ordinat' literas ab ordinatore suo accipiat. xlvi
Vt ordinatus quisque in illis locis permaneat ad quæ ordinatus est. xlvii.
De presbytero qui confessus fuerit quòd ante ordina-

tionem peccauerit. xlviii.
De eadem re. xlix.
Vt nullus presbyter absque sacerdotalibus vestimentis Missam celebret. l.
Vt clericus inter tentationes ab officio non declinet. li.
Vt omnis presbyter in sua Ecclesia singulis dominicis diebus aquam benedicat. lii.
Item de aqua benedicenda. liii.
Vt Missæ peculiares in diebus solennibus non fiant. liiii.
De ministerio presbyterorũ, vel quid eis cõmissum sit. lv.
Vt singuli presbyteri singulos habeant clericos lvi.
Quòd presbyterorum fides primùm discutienda sit. lvii.
De eadem re. lviii.
Quòd in primis prædicandum sit qualiter credere debeant. lix.
De eadem re. lx.
De eadem re. lxi.
Vt omnis presbyter parochianis suis Symbolum & Orationem dominicam insinuet. lxii.
De eadem re. lxiii.
De dilectione Dei & proximi. lxiiii.
De criminibus quibus homines cum diabolo deputantur. lxv.
Vt de auditorio nullus egrediatur sacerdote verbum faciente. lxvi.
De eadem re. lxvii.
De eadem re. lxviii.
De precibus post allocutionem. lxix.
Vt omnis presbyter in diebus festis populum admoneat quas preces ad Deum fundere debeat. lxx.
Vt presbyteri plebes admoneant vt bubulcos & porcarios in principalibus festis ad Missam venire permittant. lxxi.
De admonitione presbyterorum. lxxii.
Quomodo vnusquisque orare debeat. lxxiii.
De filiis quomodo parentibus obedire debeant. lxxiiii.
De illis qui prĩcipales festiuitates in villis cellebrãt. lxxv.
De eadem re. lxxvi.
Vt presbyteri plebibus annuncient qui dies sint feriandi per annum. lxxvii.

Vt presbyteri cùm festiuitates annunciãt, vigiliarum non obliuiscantur. lxxviii.
Vt ad salutationes sacerdotales, ad Missam omnes deotè respondeant. lxxix.
Vt nullus ordinatus per sancta discurrat, Ecclesiæ suæ cura derelicta. lxxx.
De dominica die qualiter sit veneranda. lxxxi.
Item de die dominica. lxxxii.
De eadem re. lxxxiii.
De eadem re. lxxxiiii.
De eadem re. lxxxv.
De eadem re. lxxxvi.
De eadem re. lxxxvii.
Vt nullus in dominicis diebus genua flectat. lxxxviii.
Vt presbyteri priuatim fidelibus desiderãtibus benedicãt, & vt oĩs presbyter per familias, per agros, per priuatas domos habeat facultatẽ benedictiones aperire. lxxxix.
Vt presbyteri benedictionẽ episcopalem super plebem facere non debeant. xc.
Vt nullus presbyter alterius plebesanum eo nolente recipiat. xci.
De alterius presbyteri plebesano. xcii.
De ordinatis & reliquis fidelibus quòd sine licentia sui episcopi nil agere debeant. xciii.
De eadem re. xciiii.
De eadem re. xcv.
Quòd non liceat clericũ in duarũ ciuitatũ simul conscribi Ecclesiis. xcvi
De ordinatis ne de ciuitate in ciuitatẽ cõtra ius canonum transferantur. xcvii.
De eadem re. xcviii.
Ne presbyteri causa legationis per diuersa mittanturloca, cura animarum relicta. xcix.
Quòd presbyteri assiduè legere debeant. c.
Vt presbyteri sine horariis non vadant. ci.
Vt clericus artificio honesto victum quærat. cii.
De eadem re. ciii.
De presbyteris, matutinali officio expleto quid agere debeant. ciiii.
De eadem re. cv.
Quòd magnum periculũ sit aliquem fieri iudicem vitæ a-

lienæ, qui nescit suam temperare. cvi.
Vt presbyteri iuxta Ecclesiã illorũ hospitentur. cvii.
De presbytero si vxorem acceperit, deponatur. cviii.
De eadem re. cix.
De eadem re cx.
De eadem re. cxi.
De eadem re. cxii.
Vt ancillæ à cellario presbyterorum remoueantur. cxiii.
Quòd diaconi sicut episcopus & presbyter cessare debeãt ab opere coniugali. cxiiii
De eadem re. cxv.
De eadem re. cxvi.
De incontinentibus. cxvii.
De ordinatis si capti fuerint in fornicatione, periurio aut furto. cxviii.
De ordinatis si vsuras exercuerint. cxix.
De eadam re. cxx.
De eadem re. cxxi.
De eadem re. cxxii.
De eadem re. cxxiii.
De eadem re. cxxiiii.
Item de vsurariis. cxxv.
Quid sit vsura. cxxvi.
De eadem re. cxxvii.
De eadem re. cxxviii.
Vt nullus ex ecclesiastico ordine edendi vel bibendi causa tabernas ingrediatur. cxxix.
Vt nullus ex sacro ordine cibi vel potus causa tabernas ingrediatur. cxxx.
De eadem re. cxxxi.
Vt illi quibus vxores ducendi licitum non est, aliorum nuptias deuitent. cxxxii.
Quòd non oportet in bigami nuptiis prandere presbyterum. cxxxiii.
De eadem re. cxxxiiii.
De eadem re. cxxxv.
Vt nullus clericus in alia ciuitate suscipiatur sine cõmendatitiis epistolis. cxxxvi.
De eadem re. cxxxvii.
De clericis fugitiuis, ne ab aliis recipiantur. cxxxviii.

Vt peregrini clerici sine literis sui episcopi non recipiantur. cxxxix.
Vt clerici in aliena ciuitate non maneant, nisi episcopus loci mores eorum præuideat. cxl.
De clericis & monachis qui sine literis episcopi sui vagantur. cxli.
De eadem re. cxlii.
Vt pauperibus & indigentibus auxilio cùm proficiscuntur, pacificis literis sit subueniendum. cxliii.
Vt illi clerici qui in alias prouincias suos sequuntur seniores, sine formata ministrare non permittantur. cxliiii.
Quòd clerico non liceat alienas possessiones conducere aut secularibus se negociis immiscere. cxlv.
Vt nullus laicus presbyterum suum villicationi implicare præsumat. cxlvi.
De illis presbyteris qui contra statuta canonum villici fiunt, & aliis sibi non concessis implicantur negociis, vitiisque non admittendis. cxlvii.
Nulli clericorum ne subdiacono quidem connubium carnale conceditur. cxlviii.
De principibus qui solent suos sacerdotes iudicandis ministeriis deputare. cxlix.
De illis qui Deo seruire disponunt, vt ad ministrationem domorum non accedant. cl.
Item si liceat aliquem ex clero conductorem priuatorum fieri. cli.
Vt si quilibet ordinatus infra muros ciuitatis manens, & ad sacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur. clii.
De eadem re. cliii.
Quòd omnes sacerdotes domini oporteat doceri, vt cæteros instruant & sibi proficiant. cliiii.
Vt singuli presbyteri singulis annis suo episcopo de ministerio suo rationem reddant. clv.
Vt omnis presbyter sibi subditos fidem discere constringat. clvi.
Qualem professionem presbyteros aut diaconos suo episcopo oporteat facere, quando per parochias constituuntur. clvii.
Nulli monacho non sacerdoti, vel laico quantumlibet eru-

dito prædicare permittitur. clviii.
Vt parochiarij clerici, ab episcopis suis canones discant. clix.
Quod nulli sacerdotum canones liceat ignorare. clx.
De presbyteris parochialibus cùm conuenerint, vt se inebriare non audeant. clxi.
De eadem re. clxii.
De eadem re. clxiii.
De eadem re. clxiiii.
Ne clerici necnon viri religiosi, ante horam tertiam conuiuia ineant. clxv.
De presbyteris vt hospitales sint. clxvi.
De eadem re. clxvii.
VT presbyteri plebes suas vt hospitales sint admoneant. clxviii.
Vt cibis sacerdotum semper lectio diuina misceatur. clxix.
De clericis intemperatè viuentibus. clxx.
De clericis scurrilibus. clxxi
De eadem re. clxxii.
Vt clericus fidei iussor non sit. clxxiii.
Vt clericus barbam non nutriat. clxxiiii.
De clericis per creaturam iurantibus. clxxv.
De clericis qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenduntur. clxxvi.
De ordinatis qui solent contra ecclesiastica mandata auribus principis molestiam inferre. clxxvii.
De illis qui episcopis suis ne eos ad amplioré honorem in Ecclesia sua promoueant contradicunt. clxxviii.
De presbytero certo crimine deposito, si de ministerio sibi interdicto aliquid agere præsumpserit. clxxix.
De presbytero vel diacono damnato, qui imperatoris auribus molestus extiterit. clxxx.
De presbytero qui prauis exẽplis mala de se suspicari permiserit. clxxxi.
De eadem re. clxxxii.
Si clericus aduersus clericum habet negocium, vt ad seculania non recurrat iudicia. clxxxiii.
De presbyteris qui à plebibus infamabũtur, quomodo purgari debeant. clxxxiiii.

Si aliquis ex ordinatis ab episcopo suo damnatus fuerit, v
non debeat ab aliquo defensari. clxxxv.
De presbytero à populo accusato. clxxxvi.
De clericis conuictis & confessis, si intra annum causam
suam purgare contempserint, nulla vox eorum post au-
diatur. clxxxvii.
Vt nullus ex ordinatis laico iurare præsumat. clxxxviii.
Si presbyter aut diaconus in fornicatione, aut periurio, au
furto captus fuerit, ab officio suspendatur. clxxxix
De ordinatis si aliquis illorum percussor extiterit. cxc
De presbyteris, qui propter suam negligentiam degradan-
tur. cxci.
De ordinatis si iniustè degradati fuerint. cxcii.
De ordinatis qui episcopũ propriũ contemnunt. cxciii.
Si presbyter contra suũ episcopum inflatus scisma fecerit
vt anathematizetur. cxciiii.
De illis qui aliquem e xordinatis falso crimine appetie-
rint. cxcv
Vt criminator crimen criminati literis cõprehensum, ant
accusationẽ episcopo suo representet. cxcvi
Vt nullus ex ordinatis se proclamet in synodo nisi scri-
ptis. cxcvii
De clericorũ accusatoribus, si vnũ ex obiectis probare no
potuerint, ad cætera nõ admittantur. cxcviii
De episcopo aut presbytero, si causa criminalis eis reputa-
ta fuerit, quomodo se expurgare debeãt. cxcix
Vt clerici ab alienis iudicibus non cõstringantur. cc
Criminantẽ iniustè & nõ probantẽ verberibus publicè ca
stigandum, & in exiliũ deportandum. cci
Vt si quis clericũ accusauerit, & testimoniare nõ potueri
accusator pœnã accusati accipiat. ccii
Vt sicut laici clericos in secularibus in sua accusatione n
recipiunt, ita nec ipsi in sacerdotũ recipiantur. cciii
Vt testimoniũ laici contra clericũ nemo suscipiat. cciiii
De ordinatis si accusati fuerint, quòd testibus se excusar
debuerint. ccv
De substantia defuncti presbyteri, cuius esse debeat. ccvi
De presbyteris qui sine testamẽto discesserint. ccvii
De clericis qui laicalibus vestimentis vtuntur. ccviii
De eadem re. ccix

De clericis qui ocioſè in nundinis deambulant. ccx.
Vt nullus ex clero arma militaria portet. ccxi.
Vt omnes clerici magis confidāt in defenſione Dei, quàm in armis. ccxii.
De illis qui ex eccleſiaſtico ordine, aut venantur, aut cum accipitribus iocantur. ccxiii.
De ſeruis Dei, vt omnes ſyluaticæ vagationes cum canibus & accipitribus illis interdicantur. ccxiiii.
Vt clericos diſcordantes epiſcopus ſua poteſtate reconciliet. ccxv.
De clericis qui proruperint in mutuam cædem. ccxvi.
De eadem re. ccxvii.
De officiis & miniſteriis ſeptem diaconorum cum ſubdiaconibus, & ſequentium ordinum miniſtris obſeruā-dis. ccxviii.
De numero certo diaconorum. ccxix.
De eadem re. ccxx.
Vt diaconi coram presbyteris non ſedeant. ccxxi.
De diaconibus, qui presbyteris anteponunt. ccxxii.
Vt exorciſtæ energumenis manus imponant. ccxxiii.
De honore vniuerſis ordinibus competente. ccxxiiii.
De ſacerdotibus, qui adimplere ſuum miniſterium neſciunt, nec diſcere volunt, quòd ab officio ſint remouendi. ccxxv.
Vt inter clericos non computentur, qui ſub nullius Epiſcopi diſciplina inueniuntur. ccxxvi.
Exemplar formatæ epiſtolæ, quæ in Nicæna ſynodo à ſanctis patribus eſt formata & collaudata. ccxxvii.
De illo qui fugam fratris cælauerit. ccxxviii.
De illis qui presbyteros ſuos malè tractauerint. ccxxix.
Vt nomen papæ in Eccleſiis ſanctis recitetur. ccxxx.
Vt presbyter aut diaconus qui canonicus non eſt, ſed in villis habitat, nuſquā ſummas feſtiuitates celebret, niſi in ciuitatibus. ccxxxi.
Vt presbyteris poteſtas prædicandi in ſuis plebibus concedatur. ccxxxii.
De clericis qui in rixa interficiuntur. ccxxxiii.
De clericis qui à dominis ſuis liberi facti ſunt. ccxxxiiii.

De presbyteris qui parochias fugerint, in quibus locati sunt. ccxxxv.
De presbyteris qui crimine capitali accusantur, & collegas, quibus se excusare possint, non habent. ccxxxvi.
De prædicatione presbyterorum. ccxxxvii
De ecclesiasticis si seculares potestates habere desiderant ccxxxviii.
Vt viri veraces & Deum timentes, in ciuitatibus & in publicis vicis decani constituantur. ccxxxix

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA-
cienſis Epiſcopi, de ſacris ordinibus,
Decretorum Liber II.

ARGVMENTVM LIBRI.

Liber hic ordinationem, congruentem dignitatem, vitæ qualitatem, officia, miniſteriaq; presbyterorum, diaconorum, reliquorumq; ordinum eccleſiaſticorum cõplectitur.

De ordinationibus presbyterorum, & reliquorum ordinum.
Caput I,

EPISCOPVS quando ordinationes facere diſponit, omnes qui ad ſacrũ miniſteriũ accedere volũt, feria quarta ante ipſam ordinationem euocandi ſunt ad ciuitatẽ, vnà cum archipresbyteris qui eos repreſentare debent. Et tũc epiſcopus è latere ſuo dirigere debet ſacerdotes, & alios prudentes viros, gnaros legis diuinæ, & exercitatos in eccleſiaſticis ſanctionibus, qui ordinãdorum vitam, genus, patriam, ætatem, inſtitutionẽ, locum vbi educati ſint, ſi ſint bene literati, ſi in lege domini inſtructi, diligenter inueſtigent: ante omnia ſi fidem catholicam firmiter teneant, & verbis ſimplicibus aſſerere queant. Ipſi autem, quibus hoc committitur, cauere debent, ne aut fauoris gratia, aut cuiuſcunque muneris cupiditate illecti, à vero deuient, vt indignum, & minus idoneũ ad ſacros gradus ſuſcipiẽdos epiſcopi manibus applicent. Quod ſi fecerint, & ille qui indignè acceſſerit ad altare, remouebitur, & illi qui donũ ſancti ſpiritus vendere conati ſunt, coram Deo iam condẽnati, eccleſiaſtica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligẽter examinentur, & ſic abbato qui probati inuenti ſunt, epiſcopo repreſentẽtur.

Ex cõcil. Hamnenſi, cap. 3.

Quæ presbyteri necessariò discere, & scire debeant. Cap. II.

Ex dictis Augusti. QVAE ipsis sacerdotibus necessaria sint ad discendum, id est, liber sacramentorum, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, computus, Canon penitentialis, Psalterium, Homeliæ per circulum anni dominicis diebus, & singulis festiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus, si vnum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit, quia valde periculosæ sunt euangelicæ minæ quibus dicitur, *Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in* foueam cadunt.

De eadem re. Cap. III.

Ex epist. Zepherini papæ, fratribus per Aegyptum missa, ca. 10. ORdinationes verò presbyterorum & leuitarum tempore congruo, & multis coràm astãtibus solenniter agite, & probabiles ac doctos viros ad hoc opus cõstituite, vt illorum societate, & adiumento plurimũ gaudeatis.

Quòd ordinationes fieri non debeant, nisi in loco certo & religioso. Cap. IIII.

Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 6. HI qui ordinari petunt, nullatenus ordinentur, nisi in loco certo & religioso, vel etiam in ciuitate saltem vno anno immorentur, vt de vita & conuersatione, atque de doctrina illorum certitudo possit agnosci.

Quòd Abraham primus sit appellatus presbyter, & quare presbyteri nominentur. Cap. V.

Ex epist. Anacleti papæ oĩbus episcopis p Italiã constitutis missa, ca. 22. PORRO & Mosi præcipitur, vt eligat presbyteros id est, seniores. Vnde & in Prouerbiis dicitur: Gloria senum, canities. Hæc verò canities, sapientiam designat, de qua scriptum est: Canities hominum, prudentia est. Quumq; nongentos & amplius annos ab Adam vsque ad Abrahã vixisse homines legimus, nullus alius primus appellatus est presbyter, id est, senior, nisi Abraham, qui multò paucioribus vixisse annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiã presbyteri nominantur. Initium enim sacerdotii Aaron fuit: licet Melchisedech prior obtulerit sacrificiũ Deo. & post hunc Abraham, Isaac, & Iacob. Sed hi spontanea voluntate, non sacerdotali authoritate ista fecerunt.

Quòd nullus ex ecclesiastico ordine absolutè debeat ordinari. Cap. VI.

NVLLVM absolutè ordinari debere presbyterũ aut diaconum, nec quemlibet in ecclesiastico gradu, nisi specialiter Ecclesiæ ciuitatis, aut possessionis, aut martyris, aut monasterii nomen, cui ordinandus est, pronũcietur. Qui verò absolutè ordinantur, decreuit sancta synodus irritam haberi huiusmodi manus impositionem, & nusquam posse ministrare, ad ordinantis iniuriam. *Ex cõcil. Chalcedo. ca. 6.*

Quòd sub aspectu audientium ordinationes celebrari non debeant. Cap. VII.

QVOD non oporteat ordinationes sub aspectu audientium celebrari. *Ex cõcil. Laodicẽsina. 4.*

Quòd turbis electionem promouendorum facere non liceat. Cap. VIII.

QVOD non sit permittendum turbis electiones eorum facere, qui sunt ad sacerdotium prouehendi. *Ex eodẽ, cap. 13.*

Quòd episcopum vel presbyterum ante triginta annos ordinare non liceat. Cap. IX.

EPiscopum verò, vel presbyterum ante triginta annos, id est, antequam ad viri perfecti ętatem perueniat, nullus metropolitanorum ordinare præsumat: ne per ætatẽ, quod aliquoties euenit, aliquo errore detineantur. *Ex cõcil. Agathẽ. cap. 7.*

De presbyteris qui ante XXX annos ordinantur. Cap. X.

SI quis triginta ætatis suæ non impleuerit annos, nullo modo presbyter ordinetur, etiã si valde sit dignus: quia & ipse dominus tricesimo anno baptizatus est, & sic cœpit docere. Oportet ergo eum qui ordinandus est, vsq; ad hanc ætatem legitimam consecrari. *Ex decr. Fabia papæ. Oriẽtalib. missis.*

Quòd ante XXV. annos diaconi nõ sint ordinandi. Cap. XI.

PLacuit vt ante vigintiquinque annos ætatis, nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & vt lector populum non salutet. *Ex cõcil. Carthagi. ca. 16.*

Quòd in veteri lege præcipiatur, vt ante vigesimum-quintum annum Leuitæ in tabernaculo non seruirent. Cap. XII.

Ex cõcil. Toletano cap.20. IN veteri lege ab anno vigesimo & quinto Leuitæ in tabernaculo seruire præcipiuntur, cuius authoritatem in canonibus sancti patres secuti sunt. Nos & diuinæ legis, & conciliorũ præcepti immemores, infantes & pueros Leuitas facimus, ante legitimam ætatem, ante experientiam vitæ. Ideoque ne vlterius fiat à nobis, & diuinæ legis, & canonum admonemur sententiis: sed vigintiquinque annorum ætatis Leuitæ consecrentur, & triginta annorũ presbyteri ordinentur: ita vt secundum apostolicum præceptũ probentur primùm, & sic ministrent, nullũ crimẽ habẽtes.

De presbyteris qui sine examine sunt prouecti. Cap. XIII.

Ex cõcil. Nicæ. ca. 9. SI qui presbyteri sine examine sunt prouecti, vel cùm discuterentur peccata sua confessi sunt, & homines cõtra canones commoti, manus confessis imponere tentauerunt, tales regula non admittit: quia quod irreprehensibile est, catholica defendit Ecclesia.

De eo qui sibi volens aliquod membrum truncauerit. Cap. XIIII.

Ex decr. Innocẽtij papæ, ca. 28. QVI igitur partem digiti sibi abscidit volens, hunc ad clerũ canones non admittunt. Cui verò casu hoc accidit: & si in clero fuerit repertus, non abiici.

De clericis qui ad medicorum incisione claudi efficiuntur. Cap. XV.

Ex cõcil. Hilerdẽsi, cap.20 SI quis in infirmitate positus clericus, & medicorũ incisione claudus efficitur, promoueri ad sacros ordines eum non denegamus.

De illis qui inuident fratrum prouectioñibus. Cap. XVI.

Ex cõcil. Africano, ca.54 CLericus inuidens fratrum prouectibus, donec in vitio est, non promoueatur.

Vt seditionarij non ordinentur. Cap. XVII.

Ex eodẽ, ca.67. SEditionarios nunquam ordinandos clericos, sicut nec vsurarios, vel iniuriarum suarum vltores.

Quòd illiteratus & aliquo mẽbro imminutus prouehi ad sacros ordines non debeat. Cap. XVIII.

ILliteratos quoque, aut aliqua parte corporis imminutos, nullus præsumat ad clerum prouehere. Quia nec literis carens, sacris esse potest aptus officiis, & vitiosum nihil Deo prorsus offerri, legalia præcepta sanxerunt. Similiter qui seipsos abscindunt. *Ex epistol. Gelasii papæ, ca. 16.*

De filiis concubinarum. Cap. XIX.

DE his qui ex concubinis filios habent, & vxores legitimas, posthabuerunt, & defunctis vxoribus sibi cõcubinas publicè sociant, id obseruandum censuimus, vt sicut eos, qui iam clerici per ignorantiam ordinati sunt, nõ remouemus, ita statuimus ne vlterius ordinentur. *Ex cõcil. Aurelian. cap. 10.*

Vt dæmonibus similibúsque passionibus irretiti, sacra tractare non debeant. Cap. XX.

VSqueadeò sanè comperimus illicita quæq; prorumpere, vt dæmonibus similibusq; passionibus irretitis mysteria sacrosancta tractare tribuatur. Et post pauca: Si corpore sauciatũ aut debilem nequaquã sancta contingere lex diuina permisit, quanto magis doni cœlestis dispẽsatores esse nõ cõuenit, quod est deterius, mẽte perculsos. *Ex epist. Gelasii papæ. ca. 19.*

Vt de seruili cõditione, nisi prius à dominis propriis libertatẽ habeant, nulli ordinentur. Cap. XXI.

VT nulli de seruili conditione ad sacros ordines promoueantur, nisi prius à dominis propriis legitimam libertatem consequantur. Cuius libertatis charta ante ordinationem in ambone publicè legatur, & si nullus contradixerit, ritè consecrabuntur. Porrò seruus non canonicè consecratus, postquam de gradu deciderit, eius sit conditionis, cuius fuerat ante gradum. *Ex concil. Triburiẽ. cap. 25.*

De eadem re. Cap. XXII.

ADmittuntur passim ad ordinẽ sacrum quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur: & qui à dominis suis libertatem consequi minimè potuerunt, ad fastigiũ sacerdotij, tanquam seruilis vilitas hunc honorem iure capiat, prouehuntur: & probari Deo posse creditur, qui domino suo necdum probare se potuit. Et post pau- *Ex decre. Leonis papæ, cap. 1.*

ca: Debet enim esse immunis ab aliis, qui diuinæ militiæ fuerit aggregandus, vt à castris dominicis, quibus nomen eius asscribitur, nullis necessitatum vinculis abstrahatur.

De bonis illorum qui à dominis propriis libertate donantur. Cap. XXIII.

Ex concil. Toletano, cap. 2.

DE rebus verò illorum, vel peculiari, quia dominis propriis libertate donantur, vt ad gradus ecclesiasticos promoueri debeant, statutũ est, vt in potestate dominorum consistat, quicquid ante libertatem habuerunt, vtrum illis concedere voluerint, an sibi retinere.

Vt seruus nesciente domino suo ordinari non debeat. Cap. XXIIII.

Ex cõcili. Aureliã. cap. 5.

SEruus si absente aut nesciẽte domino, episcopo sciente quòd seruus sit, diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipso in clericatus officio permanente, episcopus eum suo domino duplici satisfactione compensẽt. Si verò episcopus eum seruum nescierit, qui testimonium perhibent, aut eum supplicauerint ordinari, simili redhibitione teneantur obnoxij.

De his qui libertatem à dominis suis ita percipiunt, vt nullum sibi obsequiũ retẽtent. Cap. XXV.

Ex cõcil. Toleta. cap. 73.

QVicunq; libertatem à dominis suis ita percipiunt, vt nullum sibimet in eis obsequium patronus retẽtet, isti, si sine crimine capitali sunt, ad clericatus ordinẽ liberi suscipiantur: quia directa manumissione absoluti esse noscuntur. Qui verò retẽto obsequio manumissi sunt, pro eo quod adhuc patroni seruituti tenentur obnoxij, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promouendi, ne, quando voluerint eorum domini, fiant ex clericis serui.

De seruis ordinandis secundum ecclesiastica mandata, quomodo ingenui fieri debeant. Cap. XXVI.

Ex cõcil. Remensi, cap. 1.

AVtoritas ecclesiastica patenter admonet insuper & maiestas regia canonicæ religioni assensum præbet, vt quẽcunque ad sacros ordines ex familia propria promouere Ecclesia quæque delegerit, in præsentia sacerdotum canonicorum simul & nobilium laicorũ, eius cui subiectus est subscriptione & manumissione sub libertatis testamento solenniter roboretur. Idcirco ego Burchardus

Deo annuente Vvormacienſis Eccleſiæ epiſcopus, quendam Eccleſiæ noſtræ famulum, nomine Eberhardum, ſacris ordinibus oblatum, ad altaris cornu, nobilium virorum in præſentia, per hoc autoritatis teſtamentum ſtatuo, ita vt ab hodierno die & tempore bene ingenuus, atque ab omni ſeruitutis vinculo ſecurus permaneat, tanquam ſi ab ingenuis fuiſſet parẽtibus procreatus vel natus: eandemq; pergat partem, quamcunque volens canonicè elegerit, ita vt deinceps nec nobis neque ſucceſſoribus noſtris, vllum debeat noxiæ conditionis ſeruitium, ſed omnibus diebus vitæ ſuæ ſub certa pleniſsimáque ingenuitate, ſicut alij qui eiuſdẽ ſunt ingenuitatis, per hunc manumiſsionis atque ingenuitatis titulum, bene ſemper ingenuus atque ſecurus exiſtat. Suũ verò peculiare quod habet, aut quod abhinc aſſequi poterit, faciat inde ſecundum canonicam autoritatem liberè quicquid voluerit. Et vt hæc ingenuitatis pagina inuiolabilem obtineat firmitatem, manu propria illam roborauimus.

De eodem. Cap. XXVII.

DEbent autem ſupraſcriptæ ingenuitatis chartæ, non ſolùm nomen illius qui has fieri rogat, ſed etiam nomina ſacerdotum & nobilium laicorum, qui ibi fuerint, in ordine digeſta, cum ſignis proprio manu impreſsis cõtinere. Nam ſine horum aſtipulatione pagina autoritate teſtium nudata, pro nihilo deputatur. Oportet etiam vt locum, diem, annum, & principem, & indictiones in fine vel in margine adnotatas habeat in hũc modum: Actũ in illa ciuitate, in domo ſancti Petri, Calendis illis, Anno dominicæ incarnationis, illo regnante, illo rege, & præſidẽte in cathedra ſupradictæ ciuitatis epiſcopo illo, vel in monaſterio illo, indictione illa, in Dei nomine feliciter, Amen. Ait enim Romana autoritas: Quæcunque leges ſine die & conſule fuerint prolatæ, non valeant. *Ex cõcil. Toletano.*

De eodem. Cap. XXVIII.

INſtruendi ſunt præterea laici, vt ſciant quòd nullatenus alio loco manumittere proprios poſſunt ſeruos, quos dominicis caſtris aggregari decreuerunt, niſi in ſacroſancta Eccleſia ordine ſupra notato. Quomodo enim *Ex eodẽ concilio.*

clerici extra Ecclesiã libertatẽ cõsequi possunt, qui à leg
mũdana extranei sunt? Et quibus interdicitur, ne ad secu
lare iudiciũ procedant, quomodo seculari iudicio à iug
seruitutis absoluuntur? Sed fortasse dicit aliquis: Clericu
fieri nõ permittitur, nisi ante susceptũ clericatus officiũ
ingenuitatis dignitate potiatur. Re vera verum dicit. E
ideo, qđ infirmari vel vituperari potest, præcaueri debet

De eodem. Cap. XXIX.

Ex eodem concilio. NOn solùm autem, qui ad clericatus ordinem promo
uendi sunt, in Ecclesia manumittendi sunt, verum
etiam hi quos quisque pro remedio animæ suæ emanci
pari vult: quia sic scriptum quippe est, in pacto Francorũ

Exemplar libertatis de proprio seruo. Cap. XXX.

Ex eodem concilio. QVi debitum sibi nexum, atque competens relaxa
seruitium, premium in futuro apud dominum sib
prouenire non dubitet. Quapropter ego in D
nomine. ill. pro remedio animæ meæ, vel æterna retribu
tione, in Ecclesia sancti Petri, vel illius sancti, sub præsen
tia episcopi, vel sacerdotũ ibi cõsistẽtiũ, ac nobiliũ, laico
rũ, ante cornu altaris istius Ecclesiæ absoluo seruũ meũ
ill. per hanc chartam absolutionis & ingenuitatis ab om
ni vinculo seruitutis, ita vt ab hac die & deinceps inge
nuus sit, & ingenuus permaneat, tanquam si ab ingenu
parentibus fuisset natus vel procreatus. Eam pergat par
tem quam maluerit, vel quam ei autoritas canonica per
mittit, & sicut alij ingenui vitam ducat ingenuam. Null
autem hæredum meorum ac prohæredum, nec cuicunqu
personæ alij quicquam debeat seruitutis, vel libertatis ob
sequium, nisi soli Deo cui omnia subiecta sunt, vel pro cu
ius amore ipsum deuotus ad eius seruitium obtuli. Pecu
liare verò suum quod ei dominus dederit, vel deincep
Deo auxiliante laborare potuerit, concessum in perpe
tuum habeat, vt inde faciat quicquid illi placuerit, secun
dum ecclesiasticas sanctiones. Si quis verò, quod futurum
esse non credo, si ego ipse, aut aliquis de hæredibus meis
vel quælibet opposita persona contra hanc ingenuitatis
chartã venire tentauerit, aut eam quolibet modo infrin
gere voluerit, in primis iram Dei incurrat, & à liminibus
sanctæ Dei Ecclesiæ extraneus efficiatur, & insuper cu

litem intulit, sexaginta solidos persoluat, & quod repetit euindicare non valeat, sed præsens ingenuitas, mea vel aliorum bonorum hominum manibus roborata, cum adstipulatione subnixa, omni tempore maneat inconuulsa.

De seruorum ordinatione. Cap. XXXI.

DE seruorum ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos indiscretè promouentur, placuit omnibus cum sacris canonibus concordare debere, & statutum est, vt nullus episcoporũ deinceps eos ad sacros ordines promouere præsumat, nisi prius à dominis propriis libertatẽ consequuti fuerint: & si quilibet seruus dominũ suum fugiens, aut latitans, aut adhibitis testibus munere cõductis, vel corruptis, aut qualibet calliditate vel fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit, decretũ est vt deponatur, & dominus eius eũ recipiat. Si verò auus, aut pater ab alia patria in aliam migrans, in eadem prouincia filium genuerit, & ipse filius ibidem educatus, & ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, & vtrum seruus sit ignotũ sit, & postea veniens dominus illius legibus eum acquisierit, sancitum est, vt si dominus eius illi libertatem dare volũerit, in gradu suo permaneat. Si verò eum cathena seruitutis à castris dominicis abstrahere voluerit, gradum amittat: quia iuxta sacros canones vilis persona manens, sacerdotij dignitate fungi non potest. *Ex eodem cap. 82.*

De Ecclesiarum seruis. Cap. XXXII.

DE Ecclesiarum verò seruis communi sentẽtia est decretum, vt archiepiscopi per singulas prouincias cõstituti nostram autoritatem sequantur: suffraganei autem illorum exemplar illius penes se habeant, & quandocunque de familia Ecclesiæ, vtilis inuentus aliquis ordinandus est, in ambone ipsa autoritas coram populo legatur, & coram sacerdotibus & omni clero ante cornu altaris sicut in nostra autoritate continetur remota qualibet calliditate libertatem consequatur: & tunc demum ad gradus ecclesiasticos promoueatur. *Ex eodem concilio, cap. 33.*

Vt pœnitẽtes vel digami nõ promoueãtur. Cap. XXXIII.

VT digami vel pœnitentes, vel repudiatarum mariti, ad sacerdotium non promoueantur. *Ex cõcili. Auralatẽ. cap. 3.*

Energumeni non solùm nõ adsumendi sunt ad clerum, sed inuenti ab officio remouendi. Cap. XXXIIII.

Ex cõcil. Arausi. cap. 6. ENergumeni non solùm non adsumendi sunt ad vllum ordinem clericatus, sed etiam illi qui ordinati sunt, impositio officio repellendi sunt.

Vt nullus ex pœnitentibus ordinetur. Cap. XXXV.

Ex cõcil. Cartha. cap. 68. EX pœnitentibus quamuis bonus, clericus non ordinetur. Si per ignorantiam episcopi factum fuerit, deponatur à clero: quia se ordinationis tempore non prodidisse fuisse pœnitentem.

De actoribus & procuratoribus si ordinari debeant. Cap. XXXVI.

Ex eodem cap. 9. MAgnus episcopus Astuagensis dixit: Quid dilectioni videtur vestræ, procuratores & actores etiam seculi ratores pupillorum si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit: Si post deposita vniuersa & reddita ratiocinia, actus vitæ ipsorum fuerint cõprobati in omnibus, debent & cum laude cleri si postulatus fuerit, honore munerari. Si enim ante libertatem negociorum vel officiorum, ab aliquo fuit consideratione fuerint ordinati, Ecclesia infamatur. Vniuersi dixerunt: Rectè omnia statuit sanctitas tua, ideoq; ita nostra est quoque sententia.

Vt de pœnitentibus nullus admittatur ad clerum. Caput XXXVII.

Ex cõcil. Toletan. 1. cap. 1 ITem placuit vt pœnitentes non admittantur ad clerum nisi tantùm si necessitas aut vsus exegerit, inter ostiarios deputentur, vel inter lectores, ita vt Euangelia Apostolum non legant. Si qui autẽ ante ordinati sunt subdiacones, inter subdiacones habeantur, ita vt manum non imponant, aut sacra contingant. Ex eo verò pœnitentes dicimus, qui post baptismum, aut pro homicidio, aut prouersis criminibus grauissimisque peccatis, publicam pœnitentiã gerens sub cilicio, diuino fuerit recõciliatus altari.

Laicus si secundò vxorem duxerit clericus non fiat. Caput XXXVIII.

Ex cõcil. Aurelia no. ca. 8. SI quis de laicis post vxorem, aliam cuiuscunq; cõditionis cognouerit mulierem, in clerum nullatenus admittatur.

Vt nullus episcopus alterius parochianum retinere præsumat. Cap. XXXIX.

NVllus episcopus alterius parochianũ præsumat retinere aut ordinare absque eius volũtate, vel iudicare: quia sicut irrita erit eius ordinatio, ita & diiudicatio, quoniã censemus nullũ alterius iudicis, nisi sui sentẽtia teneri. Nã qui eũ ordinare nõ potuit, nec iudicare vllaten⁹ potest. *Ex decr. Adria. pap. c. 15*

Vt ab alieno episcopo ordinatus in clero non maneat. Caput XL.

ORdinatus clericus ab alio episcopo non deprecante vel consentiente suo, in clero non maneat. *Ex cõcil. Mogũti. cap. 4.*

De quodam episcopo qui alterius episcopi clericum eo nolente ordinauerat. Cap. XLI.

EPigonius episcopus dixit: In multis conciliis hoc statutum est, etiam nunc hoc confirmandum est à vestra prudentia fratres beatissimi, vt clericum alienum nullus sibi præripiat episcopus, prẽter eius arbitrium cuius fuerit clericus. Dico autem Iulianum, qui ingratus est Dei beneficiis per meam paruitatem in se collatis, ita temerarium & audacem extitisse, vt eum qui à me baptizatus est, quum esset puer egentissimus, mihi ab eodem cõmendatus, quũq; multis annis à me aleretur, atq; incresceret, hunc, vt dixi, baptizatum esse in Ecclesia mea per manũ paruitatis meæ constat: idem in diœcesi Mepalienfi lector esse cœperat, imò annis fermè duobus legerat, nam nescio quo contemptu immanissimo idem Iulianus eum arripuit, quem dicitur quasi propriũ ciuem sui loci Vazaritani me inconsulto vsurpare. Nam & diaconem illum ordinauit. Hoc si liceat, pateat hæc licentia à vobis beatissimi fratres. Sin minus: tam impudens cohibeatur, ne se misceat communioni cuiusquam. Numidius episcopus dixit: Si non postulata neque consulta tua dignatione id videtur fecisse Iulianus, iudicamus omnes iniquè factum, atque indignè. Quapropter nisi idem Iulianus correxerit errorem suum, & cum satisfactione eundem clericum, quem fuerat ausus ordinare, reuocauerit tuæ plebi, contra statuta concilij faciens, contumaciæ suæ separatus à nobis excipiet iudicium. Epigonius episcopus dixit: Aetate pater, & ipsa promotione antiquissimus, vir laudabilis, frater & collega noster Victor, vult hanc petitionem generalem omnibus effici. *Ex cõcil. Africa. cap. 42.*

Vt nemo clericum alienum suscipiat sine voluntate sui episcopi. Cap. XLII.

Ex conc. Cartha. cap.20. VT clericum alienum, nisi concedente proprio epis po, nemo audeat vel retinere, vel promouere in cleſia ſibi credita, clericorũ autem nomen etiam lect & Psalmistæ, & ostiarij retinent.

Vt nullus episcopus alienum clericum sine literis episcopi sui suscipiat. Cap. XLIII.

Ex eodẽ cõc. ca. 6 PRriuatus episcopus Begesilitanus dixit: Suggero ſ titati veſtræ, vt ſtatuatis non licere clericum alien ab aliquo ſuſcipi ſine literis epiſcopi ſui, neque apud ſe tinere, nec laicum vſurpare ſibi de plebe aliena, vt eum dinet ſine conſcientia eius de cuius plebe eſt. Gratus e ſcopus dixit: Hoc obſeruare pacem cuſtodit. Nam in m ſa concilij ſanctiſimi Sardinenſis ſimiliter ſtatutum e nemo alterius plebis hominem vſurpet. Sed ſi fortè neceſſarium, petat à collega ſuo, & conſenſum habeat.

De presbyteris & diaconibus qui sine literis episcopi sui ambulant. Cap. XLIIII.

Ex conc. Agatẽſi cap.5. PResbyter & diaconus, aut clericus, ſi ſine antiſtitis epiſtolis ambulat, communionem ei nullus impen

De eadem re. Cap. XLV.

Ex conc. Laodic. cap.41. QVòd non oporteat ſacerdotem, vel clericum, ſine teris proficiſci canonicis.

Vt quisque ordinatus literas ab ordinatore suo accipiat. Cap. XLVI.

Ex conc. Miliuitano, cap.14. DEinde placuit, vt quicunque deinceps ab epiſcopi dinantur, literas accipiant ab ordinatoribus ſuis, m nu eorum ſubſcriptas, continentes annũ domini & diem nulla altercatio de poſterioribus vel anteriorib' oria

Vt ordinatus quisque in illis locis permaneat, ad quæ ordinatus est. Cap. XLVII.

Ex conc. Aureli. cap.2. DE his qui in quibuſcunque locis ordinati fuerint niſtri, in ipſis locis perſeuerent.

De presbytero qui confessus fuerit quòd ante ordinationem peccauerit. Cap. XLVIII.

SI quis presbyter ante ordinationem peccauerit, & post ordinationem peccatum confessus fuerit, quòd ante erauerit: non offerat, sed tantùm pro religione nomen presbyteri portet. Si autem non ipse confessus, sed ab alio publicè fuerit cõuictus, nec hoc ipsum habeat vt nomen presbyteri portet. Similiter & de diaconibus obseruandum est, vt si ipse confessus fuerit, ordinem subdiaconi retineat. *Ex cõcil. Cabillon. cap. 5.*

De eodem. Cap. XLIX.

PResbyter si præoccupatus corporali peccato promoueatur, & confessus fuerit de se quòd ante ordinationẽ deliquerit, oblata non consecret, manẽs in reliquis officiis propter studium bonum. Quòd si de se ipse non fuerit confessus, & argui manifestè nequiuerit, potestatis suæ iudicio relinquatur. *Ex cõcil. Neocæsarienſi, cap. 8.*

Vt nullus presbyter absque sacerdotalibus vestimentis Missam celebret. Cap. L.

VT nullus presbyter absque amictu, alba, & stola, & fanone, & casula vllatenus præsumat Missam celebrare: & hæc sacra vestimenta mundissima sint, & in nitido loco infra Ecclesiam collocentur: nec vnquam presbyter his indutus extra Ecclesiam exeat: quia hoc diuina lex prohibet. *Ex cõcil. Remenſi, cap. 4.*

Vt clericus inter tentationes ab officio non declinet. Cap. LI.

CLericum inter tentationes ab officio declinãtem, vel negligentius agentem, ab ipso officio dicunt remouendum. *Ex cõcil. Carthag. cap. 50.*

Vt omnis presbyter in sua Ecclesia singulis dominicis diebus aquam benedicat. Cap. LII.

OMnibus diebus dominicis quisque presbyter in sua Ecclesia ante Missarum solennia aquam benedictam faciat in vase nitido, & tanto mysterio conuenienti, de qua populus intrans Ecclesiam aspergatur, & atrium eiusdem Ecclesiæ cum crucibus circumeundo similiter aspergat, & pro animabus ibidem quiescẽtibus oret. Et qui voluerit in vasculis suis acccipiat ex ipsa aqua, & per mansiones, & agros, & vineas, super pecora quoque sua, atque super pabula eorum, nec non super cibos & potum suum conspergat. *Ex cõcil. Hannefenſi, cap. 5.*

Item de aqua benedicenda. Cap. LIII.

Ex epist. Alexad. papæ, fratrib. per Aegipt. missa.

AQuam enim sale consperſam populis benedicimus, vt ea cuncti aſperſi ſanctificentur. Quod & omnibus ſacerdotibus faciendum eſſe mandamus. Nam ſi cinis vitulæ aſperſus populum ſanctificabat, atque mũdabat, quanto magis aqua quæ ſale aſperſa diuinisq; precibus ſacrata est populum ſanctificat atque mundat? Et ſi ſale aſperſo per Helizeum propetam ſterilitas aquæ ſanata eſt, quanto magis diuinis precibus ſacrata aqua ſterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos ſanctificat & purgat, & cætera bona multiplicat, & inſidias diaboli auertit, & à phantomatum verſutiis hominem defendit?

Vt miſſæ peculiares in diebus ſolennibus non fiant. Caput LIIII.

Ex dictis Auguſt.

ET hoc attendendum eſt, vt miſſæ peculiares, quæ per dies ſolennes à ſacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, vt per eas populus à publicis Miſſarum ſolennibus quæ hora tertia canonicè fiunt, abſtrahatur: quia peſſimus vſus eſt apud quoſdam, in dominicis diebus, ſiue in quibuslibet feſtiuitatibus mox Miſſam celebrare, quam quis, & pro defunctis ſit, cùm audierit abſcedat, & per totum diem à primo mane ebrietati & cõmeſſationi potius quàm Deo deſeruiat. Admonendus eſt populus, vt ante publicum peractumq; officium ad cibum non accedat: ſed omnes ad publicam ſanctam matrem Eccleſiam Miſſarum ſolennia, & prædicationem audituri cõueniant: & vt ſacerdotes Miſſam hora tertia celebrent, vt populus à publicis ſolẽnibus non abſtrahatur. Sed ſacerdotes qui in circuitu vrbis aut in eadem vrbe ſunt, & populus, vt prædiximus, in vnum ad publicam Miſſarum celebrationem conueniant, exceptis Deo ſacratis fœminis, quibus mos eſt ad publicum non egredi, ſed clauſtris monaſterij contineri.

De miniſterio presbyterorum, vel quid eis commiſſum ſit. Cap. LV.

Ex dictis eiuſdem.

VOs presbyteri veraciter noſſe debetis, & ſemper meminiſſe, quia nos, quibus regendarum animarum cura commiſſa eſt, pro his qui noſtra negligentia pereunt, rationem reddituri ſumus: pro his verò quos verbis & exemplis lucrati fuerimus præmium æteruæ vitæ percipiemus. Nobis enim à domino dictũ eſt, Vos eſtis ſal terræ. Quòd

si populus fidelis cibus est Dei, eiusdem cibi condimẽtum nos sumus. Scitote vestrum gradum nostro gradui secundum & penè coniunctum esse. Sicut enim episcopi apostolorum in Ecclesia, ita nimirum presbyteri cæterorum discipulorum domini vicem tenent. Et illi tenent gradum summi ponficis Aaron, isti verò filiorum eius. Vnde oportet vos semper memores esse tãtæ dignitatis, memores vestræ consecrationis memores sacræ, quam in manibus suscepistis, vnctionis: vt nec ab eadẽ dignitate degeneretis, nec vestram consecrationem irritam faciatis, nec manus sacro vnguine delibutas peccando polluatis: sed cordis & corporis munditiam conseruantes, plebibus exemplũ bene viuendi prębẽtes, his quibus præestis, ducatum ad cœlestia regna præbeatis.

Vt singuli presbyteri singulos habeant clericos. Cap. LVI.

VT quisque presbyter qui plebem regit, clericum habeat qui secum cantet, & epistolam & lectionem legat, & qui scholam possit tenere, & admoneat suos parochianos, vt filios suos ad fidem discendam mittant ad Ecclesiam, quos ipse cum omni castitate erudiat. *Ex cõcil. Hãnetẽsi cap. 9.*

Quòd presbyterorum fides primùm discutienda sit. Cap. LVII.

PRimo omnium discutienda est fides sacerdotum qualiter credant, & alios credere doceant. Ibi & exempla proponenda sunt, quatenus à creatura creator quantulũcumque possit intelligi. *Ex cõcil. Matisce. cap. 3.*

De eadem re. Cap. LVIII.

HOrtamur vos paratos esse ad docẽdas plebes nostras. Qui scripturas scit, prædicet scripturas. Qui verò nescit, saltem hoc quod notissimum habet plebibus dicat, vt declinent à malo, & faciant bonum, inquirant pacem, sequantur eã: quia oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Nullus ergo se excusare poterit, quòd non habeat linguam vnde possit aliquem ædificare. Mox enim vt quemlibet errantẽ viderit, prout potest & valet, aut arguendo, aut obsecrãdo, aut increpando, ab errore retrahat, & ad peragendum bonum opus hortetur. *Ex dictis Augustꝰ.*

Quòd in primis prædicandum sit, qualiter credere debeant. Cap. LIX.

Ex cõcil. Rotoma. cap. 1. IN primis prædicandum est omnibus generaliter, credant patrem, & filium, & spiritum sanctum vnu Deum esse omnipotentem, qui omnia fecit, & vnam e deitatem, & substãtiam, & maiestatem in tribus person patris, & filij, & spiritus sancti.

De eadem re. Cap. LX.

Ex eodẽ, cap. 2. ITEM prædicandum est, quomodo filius Dei incar natus est de spiritu sancto, & Maria virgine, pro salu te generis humani passus, sepultus, tertia die resurrexit, cœlum ascendit, in fine mundi veniẽs iudicare omnes h mines secundum opera propria: quomodo impii cum di bolo in ignem æternum mittentur, iusti cum Ghristo i vita æterna erunt.

De eadem re. Cap. LXI.

Ex eodẽ, cap. 3. ITem prædicãdum est, quòd omnes homines in propri carne resurgent.

Vt omnis presbyter parochianis suis symbolum & orationem dominicam insinuet. Cap. LXII.

Ex cõcil. Remensi, cap. 8. VT omnis presbyter omnibus parochianis suis Symbolum & Orationem dominicam, aut ipse insinuet, aut aliis insinuandum iniungat, & quum ad confessionem tempore Quadragesimali veniunt, hæc ab vnoquoque memoriter sibi decantari faciat, nec ante sanctã communionem alicui tradat, nisi hæc ex corde pronuncian nouerit. Siquidem sine horum scientia nullus saluus es poterit. In vno enim fides & credulitas Christiana conti neturi in alio quid orare & petere à Deo debeamus, expri mitur. Quòd sine fide nemo possit esse saluus, dominus o stendit, quum dicit: Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Nullus autem credere potest quod nescit, nec audiuit Ait enim Paulus: Quomodo credent ei, quẽ non audierunt? Nec sola sufficit fides in corde, nisi etiam verbis enuncietur, vt idem Apostolus testis est: Corde enim inquit, creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad s lutem. Nullus autẽ de stoliditate sensus, vel tenuitate ingenij causetur: quia hæc tam parua sunt, vt nemo tam he-

bes & barbarus sit, qui hoc discere, & verbis communibus pronunciare non possit: tam magna, vt qui horũ scientiam pleniter capere potuerit, sufficere sibi credatur ad salutem perpetuam. Illud etiam obseruandum, vt nullus suscipiat infantem in baptismo à sacro fonte, antequam idem Symbolum & Orationem dominicam coram presbytero decantet: Et tunc presbyter omnibus patrinis annunciet, quòd debitores sint suis filiolis, quum ad intelligibilem ætatem venerint, hæc eadem insinuare.

De eadem re. Cap. LXIII.

IVBENDVM est, vt Oratio dominica, in qua omnia necessaria humanæ vitæ comprehenduntur: & Symbolum apostolorum, in quo fides catholica ex integro comprehenditur, ab omnibus discatur, tam Latinè, quàm Barbaricè, vt quod ore profitentur, corde credatur, & intelligatur. *Ex cõcil. Cabillon. cap. 4.*

De dilectione Dei & proximi. Cap. LXIIII.

ITEM prædicandum est de dilectione Dei & proximi, de fide, & spe in Deo, de humilitate, patientia, castitate, benignitate, misericordia, de eleemosynis, de confessione, vt fratribus ex corde remittatur. Qui hæc & similia agunt, regnum Dei consequentur. *Ex eodẽ, cap. 5.*

De criminibus, quibus homines cum diabolo deputantur. Cap. LXV.

ITEM prædicandum est, pro quibus criminibus homines cum diabolo deputantur, quæ Apostolus sic enumerat: Fornicatio, immunditia, luxuria, idolorũ seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, cõmessationes, & his similia. Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur: & ideo hæc cum omni studio prohibeãtur. *Ex eodẽ, cap. 4.*

Vt de auditorio nullus egrediatur, sacerdote verbum faciente. Cap. LXVI.

SACERDOTE in Ecclsia verbum faciente, qui egressus de auditorio fuerit, sine graui necessitate, excommunicetur. *Ex cõcil. Carthagi. ca. 74.*

De eadem re. Cap. LXVII.

Ex canone apostolorum. OMnes fideles qui conueniunt in solennibus sacris ad Ecclesiam, & scripturas apostolorum & Euangelium audiunt, non autem perseuerant in oratione vsque dum Missa peragatur, nec sanctam communionem percipiunt, velut inquietudines Ecclesiæ commouentes, conuenit eos communione priuari.

De eadem re. Cap. LXVIII.

Vnde supra. OMnes Christiani qui ingrediuntur Ecclesiam Dei, & scripturas sacras audiunt, neque communicant in oratione cum populo, sed pro quadam intemperantia se à perceptione sanctæ communionis auertunt, hi de Ecclesia remoueantur, donec per confessionem pœnitétiæ fructus ostendant.

De precibus post allocutionem. Cap. LXIX.

Ex cõcil. Laodicẽsi cap. 19. QVOD oporteat seorsum primùm post alloquutiones episcoporum, vel presbyterorum orationem fieri per cathecumenos celebrari, & postquam catechumeni egressi fuerint, super eos qui sunt in pœnitentia preces fieri His etiam accedentibus ad manum sacerdotis & discedentibus, tres orationes consummari fidelium, ita vt prima quidem sub silentio, secunda verò & tertia per exclamationes solitas expleant.

Vt omnis presbyter in diebus festis populum admoneat, quas preces ad Deum fundere debeat. Cap. LXX.

Ex cõcil. Aurel. cap. 3. OPortet vt in diebus dominicis vel festis, post sermonem intra Missarum solẽnia habitum ad plebem, sacerdos admoneat, vt, iuxta apostolicam institutionẽ, orationem omnes in cõmune pro diuersis necessitatibus fundant ad dominum, pro rege & episcopo eorum, & rectoribus Ecclesiarũ, pro pace, pro peste, pro infirmis qui in ipsa parochia lecto decumbunt, pro nuper defunctis, in quibus sigillatim precibus plebs orationem dominicam sub silentio dicat. Sacerdos verò orationes ad hoc pertinentes per singulas admonitiones solenniter expleat. Post hæc sacra celebretur oblatio. Ait enim Apostolus: Obsecro, primùm omnium fieri orationes, obsecrationes, gratiarum actiones, & cætera.

Vt presbyteri plebes admoneant vt bubulcos atque porcarios in principalibus festis ad Missam venire permittant. Cap. LXXI.

ADmonere debent sacerdotes plebes subditas sibi, vt bubulcos, atque porcarios, vel alios pastores, vel aratores qui in agris assiduè commorantur, vel in siluis, & ideo velut more pecudum viuunt, in dominicis & in aliis festis diebus saltem vel ad Missam faciant vel permittant venire: nam & hos Christus precioso sanguine suo redemit. Quòd si neglexerint, pro animabus eorum absque dubio rationem se reddituros sciant. Siquidem dominus veniens in hunc mundum non elegit oratores atque nobiliores quosque, sed piscatores atque idiotas sibi discipulos assciuit, vt ostenderet in facto, quod ipse verbis in Euangelio affirmat, dicens: Quod hominibus est altum, abominabile est apud Deum. Et salua altiore intelligentia, natiuitas nostri redemptoris primò omnium pastoribus ab angelo nunciatur. *Ex cõcil. Rotoma. cap. 5.*

De admonitione presbyterorum. Cap. LXXII.

VT sacerdotes admoneant populum vt eleemosynam dent, & orationes faciant pro diuersis plagis, quas assiduè pro peccatis patimur. *Ex cõcil. Aurelia. cap. 4.*

Quomodo vnusquisque orare debeat. Caput LXXIII.

ITem instruendus est populus, vt singulis diebus, qui amplius non potest, saltem duabus vicibus oret: mane scilicet & vespere, dicens Symbolum & Orationem dominicã: siue, Qui plasmasti me miserere mei, vel etiam, Deus propitius esto mihi peccatori: & Deo gratias agens pro quotidianæ vitæ commeatibus, & quia se ad imaginem suam creare dignatus sit, & à pecudibus segregare. His peractis, & solo Deo creatore suo adorato, sanctos inuocet, vt pro se intercedere apud maiestatem diuinam dignentur. Hæc faciant, quibus basilicæ locus prope est, in basilica: qui verò in itinere, aut pro qualibet occasione in siluis, in agris, vbicunq; eos ipsa hora matutina vel vespertina inuenerit sic faciant, scientes Deũ vbiq; præsentẽ esse, dicente Psalmista: In omni loco dominationes eius. *Ex eodem cap. 6.*

De filijs quomodo parentibus obedire debeant.
Caput LXXIIII.

Ex cõcil. Aruern. cap 3.

ADmonendi sunt fideles sanctæ Dei Ecclesiæ filij, vt filiæ, vt parentibus suis obedientiam exhibeant, dicente domino: Fili, honorifica patrem tuum. Nã & vt ipsi parẽtes erga filios suos ac filias modestè agant admonendi sunt, dicente Apostolo: Et vos parentes nolite ad iracundiam prouocare filios vestros. Nam & hoc dicendum est eis, vt si illi genitali affectu parcere velint iniuriis filiorum, non hos impunitos dominus finit, nisi fortè pœnitentiæ subiiciantur. Sed tamen leuius est filiis parentum quælibet flagella suscipere, quàm Dei iram incurrere.

De illis qui principales festiuitates in villis celebrant.
Caput LXXV.

Ex cõcil. Aurelia. cap. 8.

ITem denunciandum est, vt nulli ciuium Paschæ, Natalis domini, vel Pentecostes solennitates liceat in villa celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse.

De eadem re. Cap. LXXVI.

Ex conc. Agathẽ. cap. 5.

ITem docendi sunt ciues, vt Pascha, Natalem domini & Pentecosten in ciuitatibus cum episcopis suis, nisi infirmitas impedierit, celebrent, accipiendæ communionis vel benedictionis gratia: & qui hoc neglexerint, communione priuentur.

Vt presbyteri plebibus annuncient, qui dies sint feriandi per annum. Cap. LXXVII.

Ex concil. Lugdunẽ. cap. 4.

ITem pronunciandum est, vt sciant tempora feriandi per annum, id est, omnem dominicam à vespera vsque ad vesperam, ne in Iudaismo capiantur. Feriandi sunt verò per annum isti dies: Natalis domini, sancti Stephani, sancti Ioannis euangelistæ, Innocentum, octaua Natalis domini, Theophania, Purificatio sanctæ Mariæ, sanctum Pascha cum tota hebdomada, Rogationes tribus diebus, Ascensio domini, sancti dies Pentecostes, sancti Ioannis Baptistæ, Duodecim apostolorum, maximè tamen sanctorum Petri & Pauli, qui mundum sua prædicatione illuminauerunt, sancti Laurentij, Assumptio sanctæ Mariæ, Natiuitas sanctæ Mariæ virginis, Dedicatio basilicæ sancti archangeli Michaëlis, Dedicatio cuiuscunque oratorij & omnium sanctorum, & sancti Mar-

tini, & illæ festiuitates quas singuli episcopi in suis episcopiis cum populo collaudauerint, quæ vicinis tantùm circum morantibus indicendæ sunt, non generaliter omnibus. Reliquæ verò festiuitates per annum non sunt cogendæ ad feriandum nec prohibendæ. Indictum verò ieiunium quando fuerit denunciatum, ab omnibus obseruetur.

Vt presbyteri, quum festiuitates annunciant, vigiliarum non obliuiscantur. Cap. LXXVIII.

ITem cùm presbyteri sacras festiuitates populo annunciant, etiam ieiunium vigiliarum, vbi esse debet, eos omnimodis seruare moneant. *Ex cõcil. apud Cõpendium. cap. 1.*

Vt ad salutationes sacerdotales ad Missam omnes deuotè respondeant. Cap. LXXIX.

ITem intimandum est vt ad salutationes sacerdotales congruæ responsiones discantur, vbi non solùm clerici & Deo dicatæ sacerdoti responsionem offerant, sed omnis plebs deuota consona voce respondere debet. *Ex cõcil. Aurelian. cap. 2.*

Vt nullus ordinatus per sancta discurrat, Ecclesiæ suæ cura derelicta. Cap. LXXX.

INterdicendum est, vt nullus ordinatus, siue ordinandus migret de sua parochia ad aliam, nec ad limina apostolorum orationis causa Ecclesiæ suæ cura derelicta, nec ad pallatium causa interpellandi. Quòd si fecerit, nihil valet huiusmodi aut ordinatio aut demigratio. Et hoc omnibus fidelibus denunciandum, vt qui causa orationis ad limina beatorum apostolorum pergere cupiunt, domi confiteantur peccata sua, & sic proficiscantur: quia à proprio episcopo suo aut sacerdote ligandi, aut soluendi sunt, non ab extraneo. *Ex dictis Augusti.*

De dominica die qualiter sit veneranda. Caput LXXXI.

OMnes dies dominicos à vespera in vesperam cum omni veneratione obseruare decreuimus, & ab illicito opere abstinere, & vt mercatus in eis minimè sit, nec placitum vbi aliquis ad mortem vel ad pœnam iudicetur, nec sacramenta iurentur, nisi pro pace facienda. *Ex cõcil. apud Cõpendium, cap. 2.*

Item de dominica die. *Cap. LXXXII.*

Ex cõcil. apud S. Medardũ præsente Carolo imperatore. cap. 5.

STatuimus quoque secundum quod in lege domi mandauit, vt opera seruilia diebus dominicis nona gantur, sicut genitor meus in suis synodalibus edictis mã dauit, quòd nec viri ruralia exerceant, nec in vinea colen da, nec in campis arando, vel metendo, vel fœnum secan do, vel sepem ponendo: nec in siluis stirpando, vel arbo res cædere, vel in petris laborare, nec domos struere, ne in horto laborare, nec ad placita conueniant, nec mercã tus fiat, nec venationes exerceantur.

De eadem re. *Cap. LXXXIII.*

Ex eodẽ concil. cap. 6.

TRia carraria opera licet fieri in dominica die, id est hostilitia carra, victualia, vel angaria: &, si fortè ne cesse sit, corpus cuiuslibet duci ad sepulchrum.

Item de eadem re. *Cap. LXXXIIII.*

Ex eodẽ, cap. 7.

FOeminæ opera textrilia non faciant in die domini ca, non capulent vestitus, non consuant, vel lanã carpant, non licet linum battere, aut vestimenta lauare nec verueces tondere, vt omnimodis honor & requies di dominica persoluatur: sed ad Missarum solennia vndiq conueniant, & laudent Deum pro omnibus bonis, qu nobis in illa die cõferre dignatus est.

Item de eadem re. *Cap. LXXXV.*

Ex eodẽ cap. 8.

OMnes dies dominicas cum omni veneratione obse uare decreuimus, & ab illicito opere abstinere, vt mercatus in eis minimè sit, nec placitum vbi aliquis morte vel ad pœnam iudicetur, nec sacramenta iurentu nisi ad pacem.

De eadem re. *Cap. CLXXXVI.*

Ex eodẽ cap. 9.

VT mercatus die dominico in nullo loco habeatur.

De eadem re. *Cap. LXXXVII.*

Ex eodẽ, cap. 10.

VT nullus episcoporum vel presbyterorum, vel cleri corum die dominico propositum cuiusq; causæ ne gocium audeat vendicare, nisi hoc tantùm, vt Deo stat ta solennia peragantur.

Vt nullus in dominicis diebus genua flectat.
Cap. LXXXVIII.

QVoniam sunt quidã in die dominico genua flectẽtes, & in diebus Pentecostes, vt omnia in diuersis locis consonanter obseruentur, placuit sancto concilio à Pascha vsque in octauas Pentecostes stantes domino vota persoluere. *Ex cõcil. Nicæno. cap.20.*

Vt presbyteri priuatim fidelibus desiderantibus benedicant, & vt omnis presbyter per familias, per agros, per priuatas domos habeat facultatẽ benedictiones aperire. Cap. LXXXIX.

VT presbyteri priuatim fidelibus desiderãtibus benedicant. Et inter minutas has discussiones, iussum est omni presbytero, per familias, per agros, per priuatas domos pro desiderio fideliũ habere facultatem benedictiones aperire. *Ex cõcil. habito apud Regiã. ca. 4.*

Vt presbyteri benedictionem episcopalem super plebem facere non debeant. Cap. XC.

BEnedictionem episcopalem super plebem in Ecclesia fundere, aut pœnitentem in Ecclesia reconciliare, presbytero penitus non licebit. *Ex eodẽ cap. 47.*

Vt nullus presbyter alterius plebesanum eo nolente recipiat. Cap. XCI.

VT nullus presbyter alterius plebesanum eo nolente, nisi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad Missam recipiat. *Ex concil. Hãnetensi, cap. 5.*

De alterius presbyteri plebesano, deque illis qui litem implacabilem inter se alunt. Cap. XCII.

VT dominicis vel festis diebus presbyteri antequam Missas celebrent, plebem interrogent, si alterius parochianus in Ecclesia sit, qui proprio contempto presbytero ibi Missam velit audire. Quem si inuenerint, statim ab Ecclesia eiiciãt, & ad suam parochiam redire compellant. Similiter interrogent, si aliqui discordantes sint, qui inter se litem implacabilem habeant, & si inuẽti fuerint, statim reconcilientur. Quòd si noluerint pacem suscipere, ab Ecclesia eiiciantur vsquequo ad charitatẽ redeant. Non enim possumus munus vel oblationem ad altare offerre, nisi prius fratri reconciliemur. His itaq; peractis, sacerdotes Missarum solennia ritè peragant. *Ex eodẽ, cap. 419.*

De ordinatis & reliquis fidelibus, quòd sine licentia sui episcopi nil agere debeant. Cap. XCIII.

Ex epist. Clementis omnibus fideli. missa. cap.22.

QVapropter cunctis fidelibus, & summopere omnibus presbyteris & diaconibus, ac reliquis clericis attendendum est, vt nihil absque episcopi propria licentia agant. Non vtique Missas sine eius iussu quisquis presbyterorum in sua parochia agat, non baptizet, nec quicquam quod ad episcopum pertineat, absque eius permissu faciat. Similiter & reliqui populi, maiores scilicet & minores, per eius licentiam quicquid agendum est agant, nec sine eius permissu à sua parochia abscedant, vel inter aduentantes morari præsumant. Animæ verò eorum ei creditæ sunt, ideo omnia eius consilio debent, & eo incõsulto nihil. Quicunque enim obediunt episcopis suis, videntur quidem obedire & Deo. Qui autẽ eis non obediunt, indubitanter rei & reprobi existunt.

De eadem re. Cap. XCIIII.

Ex epist. eiusdem, cap.36.

NVllum enim presbyterum in alicuius episcopi parochia aliquid agere debere absque eius permissu docebat. Cunctos presbyteros propriis episcopis in omnibus absque mora obedientes instituente domino esse debere docebat. Nullum aliena concupiscere aut præsumere eorum, sed vnumquemque suis sibique commissis contentum esse docebat. Neminem etiam alicui aliquid facere, nisi quod sibi vult fieri instruebat.

De eadem re. Cap. XCV.

Ex cõcil. Aralatẽ. cap.2.

DE prebyteris aut diaconibus qui solent dimittere loca sua in quibus ordinati sunt, & ad alia loca se trãsferunt, placuit vt iisdem locis ministrent. Quòd si de relictis locis suis ad alium se locum transferre voluerint, deponantur.

Quòd non liceat clericum in duarum ciuitatum simul conscribi Ecclesiis. Cap. XCVI.

Ex cõcil. Chalced. cap.10.

NOn licere clericum in duarum ciuitatum conscribi simul Ecclesiis, & in qua ab initio ordinatus est, & ad quam confugit, quasi ad potiorem, ob inanis gloriæ cupiditatem. Hoc autem facientes reuocari debere ad suam Ecclesiam in qua primitus ordinati sunt, & ibi tantummodo ministrare.

De ordinatis ne de ciuitate in ciuitatem contra ius canonum transferantur. Cap. XCVII.

PRopter multam perturbationē & seditiones quæ fiunt, placuit consuetudinem omnimodis amputari, quæ prę- ter regulam in quibusdam partibus videtur admissa, ita vt de ciuitate in ciuitatem, non episcopus, nō presbyter, non diaconus transferatur. Si quis autem post definitionē sancti & magni concilij tale aliquid agere tentauerit, & se huiusmodi negocio māciparit, hoc factum prorsus in irritum ducatur, & restituatur Ecclesiæ cui fuerit episcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus. *Ex cōcil. Nicæno, cap. 15.*

De eadem re. Cap. XCVIII.

QVicunque temerè ac periculosè, neque timorem domini præ oculis habētes, nec agnoscētes ecclesiasticam regulam discedunt ab Ecclesia, presbyteri aut diaconi, vel quicunque sub regula prorsus existunt, hi nequaquam debēt in aliam Ecclesiam recipi, sed omnem necessitatē conuenit illis imponi, vt ad suas parochias reuertantur. Quòd si non fecerint, oportet eos communione priuari. *Ex eodē cap. 16.*

Ne presbyteri causa legationis per diuersa mittantur loca cura animarum relicta. Cap. XCIX.

STatutum est, vt presbyteri, sicut hactenus factum est, indiscretè per diuersa non mittantur loca, nec ab episcopis, nec ab aliis prælatis, nec etiam à laicis, ne fortè propter eorum absentiam, & animarum pericula & ecclesiarum, in quibus constituti sunt, negligantur officia. *Ex cōcil. Aralatēsi, ca. 3.*

Quòd presbyteri assiduè legere debeant. Caput C.

PResbyteri, oportet vos assiduitatem habere legendi, & instantiam orandi: quia vita viri iusti lectione instruitur, oratione ornatur, & assiduitate lectionis munitur homo à peccato, iuxta illum qui dicebat: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Hæc sunt enim arma, videlicet lectio, & oratio, quibus diabolus expugnatur. Hæc sunt instrumenta quibus æterna beatitudo acquiritur. His armis vitia comprimuntur, his alimentis virtutes nutriuntur. Sed & si quādo à lectione cessatur, debet manuum opatio subsequi: quia ociositas inimica est aīæ. Et antiquus *Ex dictis Augustī.*

hostis, quem à lectione siue ab oratione vacantem inuenerit, facilè ad vitia rapit. Per vsum nanq; lectionis discetis qualiter & vos viuatis, & alios doceatis. Per vsum orationis, & vobis & his, quibus in charitate coniuncti estis, prodesse valebitis. Per manuum operationem & corporis macerationem, & vitiis alimenta negabitis, & vestris necessitatibus subuenietis, & habebitis vnde necessitatem patientibus porrigatis.

Vt presbyteri sine orariis non vadant. Cap. CI.

Ex cõcil. Mogũti. PResbyteri sine intermissione vtantur orariis, propter differentiam sacerdotalis dignitatis.

Vt clericus artificio honesto victum quærat. Cap. CII.

Ex cõcil. Africa. cap. 51. CLericus quilibet verbo Dei eruditus artificio honesto victum quærat.

De eadem re. Cap. CIII.

Ex eodẽ cõci. ca. 3 CLericus victum & vestitum sibi artificio vel agricultura absque officij sui duntaxat detrimento prępareti

De presbyteris, matutinali officio expleto quid agere debeant. Cap. CIIII.

Ex cõcil. Hamnet. cap. 60. PResbyter mane Matutinali officio expleto, pensum seruitutis suæ canendo Primam, Tertiã, Sextam, nonámque persoluat: ita tamen, vt postea horis competentibus & signis designantibus iuxta possibilitatem, aut à se, aut à secularibus publicè compleantur. Deinde peractis horis, infirmis visitatis, si voluerit ad opus rurale exeat ieiunus, vt iterum necessitatibus peregrinorum & hospitum, siue diuersorum commeantium, infirmorum quoq; atque defunctorum succurrere possit vsque ad statutam horam, pro qualitate temporis & opportunitatis.

De eadem re. Cap. CV.

Ex dictis Benedicti PRopheta dicẽte, Septies in die laudem dixi tibi: Q septenarius numerus à nobis sic implebitur, si Matutino, Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, Vesperæ, Completorio que tempore, nostræ seruitutis officia persoluamus: quia de his dixit Propheta. Nam de nocturnis vigiliis idẽ ipse ait Media nocte surgebam ad confitendum tibi, &c. Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro, super iudicia iustitiæ suæ.

Quòd magnum periculum sit aliquem fieri iudicem vitæ alienæ, qui nescit suam temperare. Cap. CVI.

ADmonendi sunt presbyteri, vt perpendant, quia quicquid à fidelibus datur, redemptio peccatorum est: & ideo non glorientur talibus sumptibus vti, sed magis timeant quod in veteri testamento de sacerdotibus dictū est, iniquitatē populi eos debere portare. Et ideo cum magno timore super eos soliciti sint, quorum donis participantur: quia magnum periculum est iudicem fieri vitæ alienæ, qui nescit tenere moderamina vitæ suæ. *Ex dictis Augusti.*

Vt presbyteri iuxta Ecclesiam hospitentur. Cap. CVII.

VT presbyteri nullatenus vbicunque hospitari sinantur, aut aliquo modo ipsi præsumant, sed assiduè apud suas Ecclesias esse studeant propter sacra mysteria, vel ministeria, fidelibus exhibenda, nec etiam alibi habitare permittantur. Neque mulieres quamcunque habitationem habeant in locis, in quibus presbyteri aliquem recursum habuerint. Quòd si obseruare paruipēderint, ita vt transgressores, & qui contra interdicta fecerint iudicentur. *Ex cōcil. Meldēsi. cap. 5.*

De presbytero, si vxorem acceperit deponatur. Caput CVIII.

PResbyter si vxorem acceperit, ab ordine deponatur. Si verò fornicatus fuerit, aut adulterium perpetrauerit, amplius pelli debet, & ad pœnitētiam redigi. Simili modo etiam diaconus, si eodem peccato succubuerit, ab ordine ministerij subtrahatur. *Ex cōcil. Niocæsariensi, c. 1*

De eadem re. Cap. CIX.

INterdixit per omnia magna synodus nō episcopo, non presbytero, non diacono, vel alicui omnino qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi fortè matrem, aut sororem, aut amitam, vel eas tantùm personas, quæ suspiciones effugiunt. *Ex cōcil. Nicæno, cap. 3.*

De eadem re. Cap. CX.

FOeminas verò non alias esse patimur in domibus clericorum, nisi eas tantùm, quas propter solas necessitudinis causas habitare cum iisdē synodus Nicæna permisit. *Ex decr. Syricii p. cap. 12.*

De eadem re. Cap. CXI.

Ex eodem cap. 4. STatutum est ab episcopis, de presbyteris qui fœminas secum indiscretè habitare permittunt, & propter hoc malæ opinionis suspicione denotantur, & si deinceps admoniti non se correxerint, velut contemptores sacrorum canonum canonica inuectione feriantur.

De eadem re. Cap. CXII.

Ex cõcil. Agatẽsi cap. 3. ID etiam ad custodiendam vitam & famam speciali ordinatione præcipimus, vt nullus clericorum extraneæ fœmulieri qualibet consolatione aut familiaritate coniunctus, & non solùm in domum illius extranea mulier non accedat, sed nec ipse frequentandi extraneam mulierem habeat potestatem, sed cum matre tantùm & sorore & nepte, si habuerit aut voluerit, viuẽdi liberam habeat potestatem, de quibus nominibus nefas est aliud quàm natura constituit suspicari.

Vt ancillæ à cellario presbyterorum remoueantur. Caput CXIIII.

Ex cõcil. Remensi, cap. 3. ANcillas vel libertas à cellario vel à secreto ministerio, & ab eadem mansione in qua clericus manet placuit remoueri.

Quòd diaconi, sicut episcopus & presbyter, cessare debeant ab opere coniugali. Cap. CXIIII.

Ex epist. Leon. pa. cap. 17. LEx continentiæ eadem est altaris ministris, quæ episcopis atque presbyteris. Qui cùm essent laici, siue lectores, licitè & vxores ducere, & filios procreare potuerunt, sed cùm ad prædictos peruenerint gradus, cœpit eis non licere quod licuit. Vnde, vt de carnali fiat spiritale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quasi nõ habeãt sic habere, quo & salua sit charitas connubiorum, & cessent opera nuptiarum.

De eadem re. Cap. CXVI.

Ex cõcil. Turonic. cap. 6. ET quia diabolo nullum locum dare oportet, hoc præcipuè custodiendum decreuimus, vt nulli clerici cum extraneis fœminis habeãt familiaritatem, nec vllum malè loquendi vel sentiendi hominibus aditum tribuãt, quia fre-

quenter per hanc indecentẽ occasionem contingit, vt diabolus qui insidiatur sicut leo in cubili suo, de ruinis seruorũ Dei insultet. Si quis verò clericus post interdictum episcopi sui his imhærere præsumpserit, à communione habeatur alienus.

De eadem re. Cap. CXVI.

INhibendũ & modis omnibus interminandũ est, vt nullus sacerdos eas personas fœminarum, sicut & in canone insertum continetur, de quibus suspicio esse potest, in domo sua habeat, sed neq; illas quas canones concedunt, matrem, amitam, sororem: quia instigante diabolo, etiam in illis sceleus frequenter perpetratum reperitur, aut etiam impediſſe quas illarum. Sed si quis de his habuerit talem necessitatem patientem, cui sit necessitas sustentatio presbyteri, habeat in vico aut in villa domũ longè à presbyteri cõuersatione, & ibi eis subministret quæ necessaria sunt. Sed hoc secundum autoritatem canonum modis omnibus prohibendum, vt nulla fœmina ad altare præsumat accedere, aut presbytero ministrare, aut infra cancellos stare aut sedere. *Ex cõcil. Hannetensi, cap. 10.*

De incontinentibus. Cap. CXVII.

DE presbyteris & diaconibus diuinarum legum est disciplina, vt inter incontinentes in officiis talibus positi, omni honore ecclesiastico priuentur, nec admittantur ad tale ministerium, quod sola continentia oportet impleri. *Ex cano. apostolo. cap. 22.*

De ordinatis quòd cum mulieribus coire nõ debeant. Cap. CXVIII.

PRæterea quod dignum & pudicum & honestum est, tenere Ecclesia omnino debet, vt sacerdotes & Leuitæ, cum mulieribus non coeant: quia ministerij quotidianis necessitatibus occupantur. Scriptum est: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum dominus Deus vester. *Ex eodẽ.*

De ordinatis si vsuras exercuerint. Caput CXIX.

EPiscopus, presbyter, aut diaconus vsuras à debitoribus exigens, aut desinat, aut certè damnetur. *Ex eodẽ.*

De eadem re. Cap. CXX.

Ex cõcil. Nicæno, cap. 17. QVoniam multi sub regula constituti, auaritiam & turpia lucra sectantur, oblitique diuinę scripturæ centis, Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, mutuum dantes centesimas exigunt, iustè censuit sancta & magna synodus, vt si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vsuras accipiens, aut ex adinuentione aliqua vel quolibet modo negocium transiens, aut hemiolia, id est, sescupla exigens, vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia, deiiciatur à clero, & alienus existat à regula.

De eadem re. Cap. CXXI.

Ex epist. Leon. pa, cap. 4. ILlud etiam duximus præmonendum, vt sicut non suę ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere se nus attentet.

De eadem re. Cap. CXXII.

Ex cõcil. Tarraconẽsi, ca. 3. QVicunque in clero esse voluerit, emendi vilius, vel vendendi carius studio non vtatur.

De eadem re. Cap. CXXIII.

Ex epist. Leon. pa. cap. 3. NE hoc quoque prætereundum esse duximus, quosdam turpis lucri cupiditate captos, vsurariam exercere pecuniam, & fœnore velle ditescere. Quod non dicam in eos in clericali officio constitutos, sed & in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus.

De eadem re. Cap. CXXIIII.

Ex conc. Cartha. cap. 16. ITem placuit vt clericus si commodauerit pecuniam, pecuniam accipiat, si speciem, eandẽ speciem quantum dederit accipiat.

Item de vsurariis. Cap. CXXV.

Ex cõcil. Aureli. cap. 36. VT presbyteri à turpibus lucris & vsuris non solùm ipsi abstineant, verùm etiam plebes sibi subditas abstinere instruant.

Quid sit vsura. Cap. CXXVI.

VSVRA est vbi amplius requiritur, quàm datur. Verbi gratia: Si dederis solidos decem, & amplius requisieris: vel si dederis frumenti modium vnum, & super aliquid exegeris. *Ex cõcil. Agathẽ. cap. 1.*

De eadem re. Cap. CXXVII.

QVICVNQVE enim tempore messis vel vindemiæ, non necessitate, sed propter cupiditatem comparant annonam vel vinum. Verbi gratia: Si cum duobus denariis comparat modium vnum, & seruat vsque dum venundetur denariis quatuor, aut sex, aut amplius, hoc turpe lucrum dicimus. *Ex decr. Iulij papæ, vsuris missis cap. 125.*

De eadem re. Cap. CXXVIII.

QValiter negociãtem aut excusat, aut arguit: quia est honestus quæstus, & turpis. Veruntamen pœnitenti vtilius est dispendia pati, quàm periculis negociationis adstringi, quia difficile est inter ementis, vendentisq; cõmercium non interuenire peccatum. *Ex epist. Leonis papæ.*

Vt nullus ex ecclesiastico ordine edendi, vel bibendi causa tabernas ingrediatur. Cap. CXXIX.

CAnonum statuta prohibent, vt nullus ex ecclesiastico ordine sumendi cibi aut potus causa, nisi peregrinationis necessitate compulsus, tabernas ingredi audeat. Sed si aliquis hæc interdicta violauerit, vt sanctorum canonum contemptor, accerrimis corripiatur disciplinis. *Ex dictis Augusti.*

Vt nullus ex sacro ordine cibi, vel potus causa tabernas ingrediatur. Cap. CXXX.

VT clerici edendi, vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi. *Ex cõcil. Carthagi. ca. 25.*

De eadem re. Cap. CXXXI.

QVOD nõ oportet sacro mysterio deditos à presbyteris vsque ad diaconos, & reliquum ecclesiasticum ordinem, id est, vsque ad subdiaconos, lectores, cantores, exorcistas, & ostiarios, & ex numero continentium, & monachorum ingredi tabernas. *Ex cõcil. Laodicẽ. si, ca 24.*

Vt illi quibus vxores ducere licitum non est, aliorum nuptias deuitent. Cap. CXXXII.

Ex epist. Leonis papæ, ca. 10

QVIBVS licentia vxores ducendi non est, alienarum nuptiarum euitent conuiuia.

Quòd non oporteat in bigami nuptijs prandere ptesbyterum. Cap. CXXXIII.

Ex cõcil. Neocæsa. ca. 7.

PResbyterum in nuptiis bigami prandere non conuenit: quia cùm pœnitẽtia bigamus egeat, quis erit presbyter, qui, propter conuiuium, talibus nuptiis possit præbere consensum?

De eadem re. Cap. CXXXIIII.

Ex dictis August.

PResbyteri, diaconi, subdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi vxores non est licitum, etiam alienarum nuptiarum euitent conuiuia, neque his cœtibus admisceantur, vbi amatoria cantantur & turpia, aut obscœni mortorum corporum choris, & saltationibus efferuntur: ne audiendo & obtutus sacris mysteriis deputatus, turpium spectaculorum, atque verborum contagione polluatur.

De eadem re. Cap. CXXXV.

Ex decre. Martini papæ, ca. 1.

NON liceat sacerdotibus, vel clericis aliqua spectacula in nuptiis, vel conuiuiis spectare, sed oportet antequam ingrediantur ipsa spectacula surgere, & recedere inde.

Vt nullus clericus in aliena ciuitate suscipiatur sine commendatitijs epistolis. Cap. CXXXVI.

Ex canone apostolo.

VT si quis clericus aut laicus ad alteram properat ciuitatem, & suscipitur præter commendatitias epistolas, & qui susceperit, & qui susceptus est, communione priuetur.

De eadem re. Cap. CXXXVII.

Ex cõcil. Antioch. cap. 27.

NVlli peregrinorum sine pacificis, id est, commendaticiis suscipiantur epistolis.

De clericis fugitiuis, ne ab alijs recipiantur.

Ex cõcil. Aurelia. cap. 8.

IN cõcilio Antiocheno simul & in Chalcedonẽsi præcipitur, vt fugitiui clerici & peregrini à nullo recipiantur, nec ordinentur, nisi cum commendatitiis literis, sui episcopi vel abbatis licentia.

Vt peregrini clerici sine literis sui episcopi non recipiantur. Cap. CXXXIX.

PEREGRINOS clericos & lectores, in alia ciuitate, præter commendatitias literas sui Episcopi, nusquam penitus ministrare debere. Ex cõcil. Chalced. cap. 13.

Vt clerici in aliena ciuitate non maneant, nisi episcopus loci mores eorum præuideat. Cap. CXL.

VT clerici in aliena ciuitate nõ immorentur, nisi causas eorum iustas episcopus loci, vel presbyteri locorum peruiderint. Ex cõcil. Carthagi. ca. 35.

De clericis & monachis, qui sine literis episcopi sui vagantur. Cap. CXLI.

CLericis vel monachis sine commendatitiis epistolis episcopi sui licentia non pateat euagandi. Ex eodẽ concil. ca. 36.

De eadem re. Cap. CXLII.

CLericis sine commendatitiis epistolis episcopi sui licentia nõ pateat euagãdi, in monachis quoque præsentis sententiæ forma seruetur. Ex eodẽ concil. ca. 37.

Vt pauperibus & indigentibus auxilio, quum proficiscuntur, pacificis literis sit subueniẽdum. Cap. CXLIII.

OMnes pauperes & indigentes auxilio quum proficiscuntur, sub probatione epistolis, vel ecclesiasticis pacificis tantummodo commendari decreuimus, & non commendatitiis literis, propterea quòd commendatitias literas honoratioribus tantũmodo præstari personis conueniat. Ex cõcil. Chalced. cap. 11.

Vt illi clerici qui in alias prouincias suos sequuntur seniores, sine formata ministrare non permittitur. Cap. CXLIIII.

QVI cum senioribus suis de aliis prouinciis in aliam prouinciam veniunt, sine formata ministrate non permittantur, quam etsi attulerint, & ministrare idonei inuenti fuerint instruantur, quàm religiosè atque studiosè sacrum ministerium peragant, & in quibus locis agere debeant. Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 2.

Quòd clerico non liceat alienas possessiones conducere, aut secularibus se negocijs immiscere. Cap. CXLV.

PERVENIT ad sanctã synodum, quòd quidã, qui in clero videntur electi, propter lucra turpia cõductores Ex cõcil. Chalced. cap. 3.

alienarum possessionum fiant, & secularia negocia sub cura sua suscipiant: Dei quidem ministerium paruipendentes, secularium verò discurrentes per domos, & propter auaritiam patrimoniorum solicitudinem sumentes. Decreuit itaque sanctum concilium, nullum deinceps, non episcopum, non clericum, nõ monachum, aut possessiones conducere, aut negociis secularibus se miscere, pręter ecclesiasticarum rerum solicitudinem.

Vt nullus laicus presbyterum suum villicationi implicare præsumat. Cap. CXLVI.

Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 6.

ITem iubendum est, vt nemo laicorum presbyteros Ecclesiarum suarum turpi villicationi, & secundum apostolum seculari & inhonestæ negociationi implicare, nec secum aliorum contra authoritatẽ præsumat ducere, quo ministerium sibi commissum cogantur negligere. Quod si hæc interdicta præsumpserit, excommunicetur.

De illis presbyteris qui contra statuta canonum villici fiunt, & alijs sibi non concessis implicantur negocijs, vicijsque non admittendis. Cap. CXLVII.

Ex eodẽ, cap. 5.

SImiliter de illis presbyteris, qui contra statuta canonum villici fiunt, tabernas ingrediuntur, turpia lucra sectantur, & diuersissimis modis vsuris inseruiũt, & aliorum domos inhonestè & impudicè frequentant, & comessationibus, & ebrietatibus deseruire non erubescunt, & per diuersos mercatus indiscretè discurrunt, obseruãdum iudicauimus, vt abhinc districtè, seueritérque coërceãtur, ne per eorum illicitam & indecentem actionem, & ministerium sacerdotale vituperetur, & quibus debuerant esse in exemplum, deueniant in scandalum.

Nulli clericorum, ne subdiacono quidem connubium carnale conceditur. Cap. CXLVIII.

Ex epist. Leonis papæ, cap. 34.

NAM quum extra clericorum ordinẽ constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum arbitrium, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec subdiaconis quidem connubium carnale conceditur, vt & qui habent, sint tanquam nõ habentes, & qui non habent, permaneant singulares. Quod

si in hoc ordine, qui quartus est à capite, dignum est custo diri, quantò magis in primo, vel secundo, tertióve seruandum est, ne aut Leuitico, aut presbyterali honore, aut epi scopali excellentia quisquam idoneus æstimetur, qui se à voluptate vxoria necdum frænasse detegitur?

De principibus qui solent suos sacerdotes ministerijs iudicandi deputare. Cap. CXLIX.

SAEPE principes, contra quoslibet maiestatis obnoxios, sacerdotibus negocia sua committunt. Et quia sacerdotes à Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant regibus fieri iudices, vbi iureiurando supplicij indulgentia promittitur, non vbi discriminis sentẽtia præparatur. Si quis etiam sacerdotum contra hoc cõmune consultum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, & apud Ecclesiam perdat proprium gradum. *Ex cõcil. Toletano, ca 31.*

De illis qui Deo seruire disponunt, vt administrationem domorum non accedant Cap. CL.

NIcasius Euastitanus Episcopus dixit: Credo placere suggestionem meam sanctitati vestræ, & displicere vobis, vt qui seruiunt Deo, & annexi sunt clero, accedant ad actus, & administrationem, vel procurationẽ domorũ. *Ex cõcil. Carthagi. ca. 7.*

Item si liceat aliquem ex clero conductorem priuatorum fieri. Cap. CLI.

ITEM placuit, vt episcopi, presbyteri, & diaconi, vel clerici non sint conductores, aut procuratores priuatorũ, neque vllo turpi, vel inhonesto negocio victũ quærant: quia respicere debent scriptum esse, Nemo militans Deo, implicat se negociis secularibus. *Ex eodẽ, cap. 14.*

Vt si quilibet ordinatus infra muros ciuitatis manens, ad sacrificium quotidianũ non venerit, clericus non habeatur. Cap. CLII.

PRESBYTER, vel diaconus, vel subdiaconus, vel quilibet Ecclesiæ deputatus clericus, si intra ciuitatẽ fuerit, vel in loco in quo Ecclesia est, aut in castello, aut in vico, aut in villa, si ad Ecclesiam ad sacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur, si castigatus non emendauerit. *Ex cõcil. Toletano, cap. 5.*

De eadem re. Cap. CLIII.

Ex cõcil. Venetico, cap.1.

CLericus qui intra muros ciuitatis manet,& ea die qua tutinis hymnis sine ęgritudine defuerit,septem dies à communione habeatur extraneus.

Quòd omnes sacerdotes domini oportet doceri, vt cæteros instruant,& sibi proficiant. Cap. CLIIII.

Ex epist. Anacleti papæ omnibus fideli.miss a.ca.10

DOceri ergo omnes oportet, qui domini sacerdotio funguntur,& vt cæteros instruant,& sibi proficiant. Scriptum est enim: Qui docti fuerint,fulgebunt quasi splendor firmamenti:& qui ad iustitiam erudiunt multos,quasi stellæ in perpetuas æternitates. Et alibi: Populus autem sciens Deum suum obtinebit & faciet, & docti in populo docebunt multos. Ipsa enim veritas per se infert,& dicit: Beatus est qui non fuerit scãdalizatus in me. Ille procul dubio est scandalizatus in Deum,qui rectè non docet,& qui eius scandalizat episcopum vel sacerdotem.

Vt singuli presbyteri singulis annis suo episcopo de ministerio suo rationem reddant. Cap. CLV.

Ex cõcil. Mogun. à Ricolfo eiusdẽ. sedis archiepiscopo habito, cap.3.

VT vnusquisque presbyter per singulos annos episcopo suo rationem ministerii sui reddat,tam de fide catholica,q̃ de baptismo,atq; de omni ordine ministerii sui.

Vt omnis presbyter sibi subditos fidem discere constringat. Cap. CLVI.

Ex cõcil. Gãgren. cap.5.

SYmbolum,quod est signaculum fidei, & orationem dominicam,discere semper admoneant sacerdotes populum Christianum. Volumusq; vt disciplinam condignam habeant,qui hæc discere negligunt,siue in ieiunio,siue in alia castigatione. Propterea dignum est, vt filios suos donent ad scholam,siue ad monasteria, siue foras presbyteris,vt fidem catholicam rectè discant, & Orationem dominicam,vt domi alios edocere valeant. Qui verò aliter non potuerit,vel in sua lingua hoc discat.

Qualem professionem presbyteros, aut diaconos suo episcopo oporteat facere, quando per parochias constituuntur. Cap. CLVII.

Ex cõcil. Toleta. 5.ca 27.

QVando presbyteri aut diaconi per parochias constituuntur,oportet eos professionem episcopo suo fa-

cere, vt castè & purè viuant sub Dei timore, vt dum eos talis professio alligat, vitæ sanctæ disciplinam retineant.

Nulli monacho non sacerdoti, vel laico, quantumlibet sint eruditi, licet prædicare. Cap. CLVIII.

DE his verò quæ in sæpe dicto concilio illicita contra venerandos Nicænos canones præsumptione tentata sunt, ad fratrem & coëpiscopum nostrum Antiochenæ sedis præsulem scripsimus: adiicientes & illud, quod nobis propter improbitatem monachorum quorundam religionis vestræ verbo mandastis per vicarios nostros, & hoc specialiter statuentes, vt præter Dei sacerdotes nullus audeat prædicare seu monachus, siue ille laicus, qui cuiuslibet scientiæ nomine glorietur. *Ex epist. Leonis papæ.*

Vt parochiarij clerici ab episcopis suis canones discant. Caput CLIX.

VT parochiarij clerici à pontificibus suis necessaria sibi statuta canonum legenda percipiant, ne rei ipsi vel populi quæ per salutem eorum decreta sunt, excusent se postmodum ignorasse. *Ex cõcil. Aurelia. cap. 6.*

Quòd nulli sacerdotum canones liceat ignorare. Caput CLX.

CElestinus vniuersis episcopis per Apuleiam & Calabriam constitutis. Nulli sacerdoti suos liceat canones ignorare, nec quicquam facere quod patrum possit regulis obuiare. Quæ enim à nobis res digna seruabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permissa frangatur? *Ex epist. Celest. papæ. cap. 20.*

De presbyteris parochialibus cum conuenerint vt se inebriare non audeant. Cap. CLXI.

VT nullus presbyterorum, quando ad anniuersarium diem, XXX. aut VII. vel III. alicuius defuncti, aut quacunque vocatione ad collectam presbyteri conuenerint se inebriare nullatenus præsumat, nec præsumat precari in amore sanctorum, vel ipsius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare, nec plausus & risus incõditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præsumat, vel turpia ioca, vel vrso, vel *Ex cõcil. Hamnet. cap. 10.*

tornatricibus ante se facere permittat, nec laruas dæmonum, quas vulgo Talamascas dicunt, ibi ante se ferri consentiat: quia hoc diabolicum est, & à sacris canonibus prohibitum.

De eadem re. *Cap. CLXII.*

Ex eodem cap. 11. QVando autem conuenerint presbyteri ad aliquod conuiuium, decanus aut aliquis prior illorum, versum ante mẽsam incipiat, & cibum benedicat, & tunc secundum ordinem sedeant, alter alteri honorẽ prębentes, & per vices cibum & potum benedicant, & aliquis de illorum clericis aliquid de sancta scriptura legat. Et post refectionem similiter sanctum hymnum dicant ad exemplum domini sicut in cœna fecisse legitur, & sic se contineant omnes presbyteri, maximè in talibus locis, ut non vituperetur ministerium illorum.

De eadem re. *Cap. CLXIII.*

Ex eodẽ cap. 12. SVmmopere etiam quisque presbyter caueat, sicut de statu suo vult gaudere, vt non quacunque occasione patrem suum aut alium quemlibet ad iram & ad rixam, quanto minus ad pugnam vel ad cædem aliquo verbo irritet, seu prouocet, nec prouocatus ad hoc quisque prosiliat: quia in talibus comessationibus & potationibus, semper se immiscet diabolus.

De eadem re. *Cap. CLXIIII.*

Ex eodẽ, cap. 4. QVando presbyteri per Calendas simul conueniunt, post peractum diuinum mysterium, & necessariam collationem, non quasi ad plenam refectionem, sed quasi ad prandium ibi ad tabulas resideant, ne per talia inhonesta conuiuia se inuicem grauent: quia indecens est & onerosum. Sæpe etiam tardè ad Ecclesiam redeuntes, maius damnum de reprehensione conquirunt, & de grauedine mutua contrahunt, quàm lucrum ibi faciant. Nam de huiusmodi conuentu Paulus Corinthios reprehendit, qui inconuenienter cœnam dominicam manducare conueniebant. Sic & qui ad cœnam dominicam, id est, ad collationem verbi sub occasione conueniunt, & ex veritate ventris causa coniunguntur, reprehensibiles coram Deo & hominibus habentur: & ideo, peractis omnibus

qui voluerit panem cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangat, & singuli singulos bibere faciant, maximè vt vltra tertiam vicem poculum non contingant, & sic ad Ecclesias redeant.

Ne clerici, nec non viri religiosi, ante horam tertiam ineant conuiuia. Cap. CLXV.

NOn oportet clericos vel laicos religiosos ante sacrã horam diei tertiam inire conuiuia, neque aliquando clericos nisi hymno dicto edere panem, & post cibum gratias autori Deo referre. *Ex cõcil. Carth. cap. 12.*

De presbyteris vt hospitales sint. Cap. CLXVI.

VT curam hospitum, maximè pauperum atque debilium orphanorum quoque atque peregrinorum habeat presbyter, hósque ad prandium suum quotidie iuxta posibilitatem conuocẽt, eisque hospitium tribuant. *Ex cõcil. Hãnetẽ. cap. 3.*

De eadem re. Cap. CLXVII.

VT autem omnis occasio rapinæ tollatur, volumus vt presbyteri qui bonum exemplum charitatis omnibus extendere debent, hospitales existant, iuxta dominicum & apostolicum præceptum, & humanitatem præbeant iter facientibus, quia per hospitalitatem placuerunt quidam Deo, angelis hospitio receptis. Et dominus in die iudicij dicturus est electis: Hospes fui, & suscepistis me. Et Iob dicit: Ostium meum semper viatori patuit. *Ex eodẽ cap. 5.*

Vt presbyteri plebes suas vt hospitales sint admoneant Cap. CLXVIII.

PLacuit vt presbyteri plebes suas admoneãt, vt ipsi hospitales sint, & nulli iter facienti mansionẽ denegent, & vt omnis occasio rapinæ tollatur, nihil carius vendant trãseuntibus, nisi quãto in mercato vẽdere possint. Quòd si carius vẽdere voluerint ad presbyterum trãseuntes hoc referant, & illius iussu cum humanitate eis vendant. *Ex cõcil. apud Aruernas.*

Vt cibis sacerdotum semper lectio diuina misceatur. Caput CLXIX.

PRo reuerentia Dei & sacerdotum id vniuersa sancta synodus statuit, vt, quia solent crebro mensis ociosæ fabulæ interponi, in omni sacerdotali conuiuio lectio *Ex concil. Africano. cap 6.*

scripturarum diuinarum misceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non necessariæ prohibentur.

De clericis imtemperatè viuentibus.
Caput CLXX.

Ex conci. Carthag. cap. 62. CLerici inter epulas cantantes, ab officio detrahendi sunt.

De clericis scurrilibus. Cap. CLXXI.

Ex eodem cap. 80. SI quis clericus aut monachus verba scurrilia, iocularia risumque mouentia loquitur, acerrimè corripiatur.

De eadem re. Cap. CLXXII.

Ex eodem cap. 60. CLericos scurriles, & verbis turpibus ioculatores, officio detrahendos.

Ex eodem cap. 70. *Vt clericus fidei iussor non sit. Cap. CLXXIII.*
CLericus fidei iusionibus inseruiens, abiiciatur.

Ex eodē cap. 44. *Vt clericus barbā non nutriat. Cap. CLXXIIII.*
CLericus nec comam nutriat, nec barbam.

De clericis per creaturā iurantibus.
Caput CLXXV.

Ex eodē, cap. 61. CLericum per creaturas iurantem, acerrimè obiurgandum. Si perstiterit in vitio, excommunicandum.

De clericis qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenduntur.
Cap. CLXXVI.

Ex eodē conci. cap. 56. CLericus qui adulationibus & proditionibus vacare deprehenditur degradetur ab officio.

De ordinatis qui solent contra ecclesiastica mandata auribus principis molestiam inferre.
Caput CLXXVII.

Ex concil. Antioch. cap. 11. SI quis episcopus aut presbyter, aut quilibet regulæ subiectus Ecclesiæ, præter consilium & literas episcoporum prouinciæ, & præcipuè metropolitani, adi-

rit imperatorem: hunc reprobari & abiici oportere non solùm à communione, verùm & ab honore cuius particeps videtur existere: quia venerandi principis auribus molestiam tentauit inferre, contra leges Ecclesiæ. Si igitur adire principem necessaria causa depoſcit, hoc agatur cum tractatu & consilio metropolitani & cæterorum episcoporum, qui in eadem prouincia commorantur: qui etiam proficiscentem suis prosequantur epistolis.

De illis qui episcopis suis ne eos ad ampliorem honorem in Ecclesia sua promoueant contradicunt. Cap. CLXXVIII.

ITem placuit vt quicunque clerici vel diaconi pro necessitatibus Ecclesiarum non obtemperauerint episcopis suis, volentibus eos ad honorem ampliorem in sua Ecclesia promouere, nec illic ministrent in gradu suo, vnde recedere noluerunt. *Ex cõcil. Africano, ca. 31.*

De presbytero certo crimine depoſito, si de ministerio sibi interdicto aliquid agere præsumpserit. Caput CLXXIX.

SI quis presbyter ab episcopo suo fuerit degradatus, aut officio pro certis criminibus suspensus, & ipse per contemptum & superbiam aliquid de ministerio sibi interdicto agere præsumpserit, & postea ab episcopo suo correptus, in certa præsumptione perdurauerit, hic omnimodis excommunicetur, & ab Ecclesia expellatur. Et quicunque cum eo communicauerit, similiter se sciat esse excommunicatum Similiter de clericis, laicis, vel fœminis excommunicatis obseruandum est. Quòd si aliquis ista omnia contempserit, & episcopus emendare potuerit minimè, regis iudicio exilio damnetur. *Ex cõcil. Toletano, ca. 6.*

De presbytero vel diacono damnato qui imperatoris auribus molestus extiterit. Caput CLXXX.

SI quis à proprio episcopo presbyter, aut diaconus, aut à synodo fuerit episcop⁹ fortè dãnatus, & imperatoris auribus molestus extiterit, oportet ad manus episcoporũ *Ex cõcil. Antioch. cap. 12.*

conuerti concilium, & quæ putauerint habere iusta, plu-
mis episcopis suggerant, eorumque discutiones ac iudic
præstolentur. Si verò hæc paruipendentes molesti fuer
imperatori, hos nulla venia dignos esse, nec locum satis-
ctionis habere, nec spem futuræ restitutionis penitus
periri.

*De presbytero qui prauis exemplis mala de se suspi-
cari permiserit. Cap. CLXXXI.*

Ex cõcil. Agaten. cap. 4.

SI quis presbyter vitæ suæ negligens prauis exemp
mala de se suspicari permiserit, & populus ab episco
iuramento seu banno Christianitatis cõstrictus, infamia
eius patefecerit, & certi accusatores criminis eius defu
rint, admoneatur primò seorsum ab episcopo, deinde
duobus vel tribus testibus. Si non emendauerit, in co
uentu presbyterorum episcopus eum publica increpatio
admoneat. Si verò neq; sic se correxerit, ab officio suspe
datur vsque ad dignam satisfactionem, ne populus fidelis
in eo scãdalum patiatur. Si autem accusatores legitimi
fuerint, qui eius crimina manifestis indiciis probare co
tenderint, & ipse negauerit: tum ipse cum septem sociis
eiusdem ordinis, si valet, à crimine semetipsum expurg
Diaconus verò, si eodem crimine accusatus fuerit, semet
sum cum tribus excuset.

De eadem re. cap. CLXXII.

Ex cõcil. Tribu-rienſi. cap. 21.

SI quis presbyter contra laicum, vel laicus contra pr
byterum, aliquam habet querimoniæ controuersiam
piscopo pręcipiente, sine personarum acceptione finia
Laicus per iuramẽtum, si necesse sit, se expurget: presby
verò vice iuramenti per sanctam consecrationem inter
getur: quia sacerdotes ex leui causa iurare nõ debẽt. Ma
per quam corpus & sanguis Christi consecrãtur, iuram
to polluatur? Absit, quum dominus in Euangelio disci
suis, quorum vicem nos indigni in sancta gerimus Eccl
dicat: Nolite omnino iurare. Sit autem sermo vester est,
non, non. Quod autem his abundantius est, ex malo est.

*Si clericus aduersus clericum habet negocium ad seculari
non recurrat iudicia. Cap. CLXXXIII.*

Ex cõcil. Chalced. cap. 9.

SI quis clericus aduersus clericum habet negocium,
deserat episcopum proprium, & ad seculari a percu

iudicia: sed prius actio ventiletur apud episcopum proprium, vel certè concilio eiusdem episcopi, apud quos vtræque partes voluerint iudicium continebunt. Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis correptionibus subiacebit.

De presbyteris qui à plebibus infamabũtur, quomodo purgari debeant. Cap. CLXXXIIII.

SI quis presbyter à plebe sibi commissa mala opinione infamatus fuerit, & episcopus legitimis testibus approbare non potuerit, suspendatur ab officio presbyter vsque ad dignam satisfactionem, ne populus fidelium in eo scandalum patiatur. Digna enim satisfactio est, si eis à quibus reus creditur, post rectam securitatẽ de imposito crimine, innocens esse manifestatur. Quod ita nobis à maioribus constitutum esse docetur. Sed siue secundum canones, siue ad arbitrium episcopi, sibi collegas VII. cõiungat, & iuret id sacro coram posito Euãgelio: quòd eum sancta Trinitas & Christus filius Dei, qui illud fecit & docuit quod Euangelium continet, & sancti quatuor Euangelistæ qui illud scripserunt sic adiuuent, quòd ille prænominatã actionem ita non perpetrarit, sicut ei de illis oblatum est. Et in hac satisfactione purgatus, securè deinceps suum exerceat ministerium. Quam satisfactionem nonnulli precedentium patrum sanctum Leonem papam, in basilica sancti Petri apostoli, coram reuerẽdissimo cæsare Carolo, ac clero & plebe ita fecisse commemorant: atque ita mox venerandum principem, contra eiusdem sancti papæ aduersarios, dignæ vltionis vindictam exercere. *Ex cõcil. Hilerdẽsi cap. 10.*

Si aliquis ex ordinatis ab episcopo suo damnatus fuerit, vt non debeat ab aliquo defensari. Caput CLXXXV.

ET illud petendum vt statuere dignẽtur, vt si quis cuiuslibet honoris clericus, iudicio episcoporum, quocunq; crimine fuerit damnatus, non liceat eum siue ab Ecclesiis quibus præfuit, siue à quolibet homine defensari, interposita pœna damni pecuniæ atque honoris, quo nec ætatem nec sexum excusandum esse præcipiant. *Ex cõcil. Africa. cap. 29.*

De prebytero à populo accusato. Cap. CLXXXVI.

DE presbytero verò, vel quolibet sacerdote à populo accusato, si certi non fuerint testes qui crimini il- *Ex epist. Gregorii*

lato veritatem dicant, iusiurandum erit in medio, & ille testem proferat de innocentiæ suæ puritate, cui nuda aperta sunt omnia, sicque maneat in proprio gradu.

De clericis conuictis & confessis, si intra annum causam suam purgare contempserint, nulla vox eorũ post audiatur. Cap. CLXXXVII.

Ex cõcil. Africa. cap. 46. RVrsum cõstitutum est vt aliquoties clericis conuicti & confessis in aliquo crimine, vel propter conu quorum verecundiæ parcitur, vel propter Ecclesiæ oppr brium, aut insolentem insultationem hæreticorum ato gentilium, si fortè causæ suæ adesse voluerint, & innoce tiam suam asserere, intra annum excommunicationis h faciant. Si verò intra annum causam suam purgare conte pserint, nulla vox eorum postea penitus audiatur.

Vt nullus ex ordinatis laico iurare præsumat. Caput CLXXXVIII.

Ex cõcil. Remensi, cap. 5. VT nullus ex ecclesiastico ordine cuiquam laico qui quam supra sacra, vel super sancta Euangelia iurets simpliciter cum puritate & veritate dicat, est, est, non no sed si est aliquid quod eis à laicis obiiciatur, ad episcopu in cuius territorio est, deferatur: & iuxta id quod illi qui iusdem sunt ordinis diiudicauerint, aut corrigatur, aut purgetur.

Si presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto, homicidio, captus fuerit, ab officio suspendatur. Cap. CLXXXIX.

Ex cano. apostolo. PResbyter aut diaconus qui in fornicatione, aut perio rio, aut furto, aut homicidio captus est deponatur: no tamen communione priuetur. Dicit enim scriptura: Non iudicat dominus bis in idipsum.

De ordinatis si aliquis illorum percussus extiterit. Caput CXC.

Ex conc. Agatẽsi cap. 3. SI quis in aliquo ecclesiastico gradu sacratus percuss extiterit, corripiatur accerrimè. Si non emendauerit deponatur.

De presbyteris qui propter suam negligentiam degradantur. Cap. CXCI.

Ex cõcil. Mogũti. cap. 40. DIctum est nobis presbyteros propter suam negligen tiã canonicè degradatos, & seculariter gradu amiss viuere, & pœnitẽtiæ agendæ bonum negligere. Vnde ist

tuimus vt gradu amisso, agendæ pœnitentiæ gratia in monasterio, aut canonico aut regulari mittantur. Si verò hoc fieri causa quælibet prohibuerit, vbicunque sint, pœnitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu seculariter viuere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab Ecclesiæ communione separentur.

De ordinatis si iniustè degradati fuerint. Cap. CXCII

EPiscopus, presbyter aut diaconus, si à gradu suo iniustè deiectus, in secunda synodo innocens reperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altari de manu episcoporum. Si episcopus est, orarium, annulum, & baculū. Si presbyter, orarium, & planetā. Si diaconus, orarium, & albam. Si subdiaconus, patenam, & calicem. Sic & reliqui gradus in reparationem sui recipiant, quæ quum ordinarentur, perceperant. *Ex eodē cap. 28.*

Ex ordinatis qui episcopum proprium contemnunt. Cap. CXCIII.

SI quis presbyter, aut diaconus episcopum proprium contemnens, se ab Ecclesia sequestrauerit, & seorsum colligens altare constituerit, & commonēti episcopo non acquieuerit, nec consentire vel obedire voluerit, semel & iterum conuocanti: hic damnetur omni modo, nec vltra remedium consequatur. *Ex cōcil. Antio. cap. 5.*

Si presbyter contra suum episcopum inflatus schisma fecerit, vt anathematizetur. Caput CXCIIII.

AB vniuersis episcopis dictum est: Si quis presbyter ab episcopo suo correptus fuerit, debet vtique apud vicinos episcopos conqueri, vt ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia, quod absit, inflatus secernēdum se ab episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. Si querimoniam iustam aduersus episcopum non habuerit, inquirendum erit. *Ex conc. Carthag. cap. 11.*

De illis qui aliquem ex ordinatis falso crimine appetierint. C CXCV.

SI quis episcopum, aut presbyterum, vel diaconum, falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nisi in fine dandam ei non esse communionem. *Ex eodē, cap. 5.*

Vt criminator crimen criminati, literis comprehensum, ante accusationem episcopo suo representet. Cap. CXCVI.

Ex cõcil. Aureli. cap. 10.

ILLVD præterea omni ecclesiastico ordini omnimodi obseruandũ est, vt nullatenus aliquis præsumat in cõcilio vel synodali cõuentu aliquem confratrum accusatione p sare, nisi prius ipsum accusationis crimen, & litigatio causas, literis per ordinem comprehensum manu propr subscripserit, & episcopo, vel sacræ synodo porrexerit, iustè & canonicè litigantium controuersiæ finiantur. N enim licet, vt autoritas Romana testatur, nisi inscriptio celebrata reum quenquam fieri, nec ad iudicium exhibe quia sicut cõuinctum de crimine pœna constringit, ita cusatorem, si non probauerit quod obiecit.

Vt nullus ex ordinatis se proclamet in synodo nisi scriptis. Cap. CXCVII.

Ex cõcil. ad sanct. Medard. cap. 9.

HIncmarus archiepiscopus Remorum suis accusato bus dixit: Quæ est petitio vestra fratres? Miseric diam, inquiũt, petimus nobis à vestra paternitate impe de ministratione ordinum ecclesiasticorum, ad quos à d mino Ebone quondam prouecti, à vestra autoritate susp sumus. Hincmarus episcopus dixit: Habetis libellum rec mationis aut postulationis, sicut ecclesiastica se habet ditio? Illi autem responderunt, se præ manibus nullum bere libellum. Hincmarus episcopus dixit: Legum eccles sticarum autoritas talis est, vt in causis gestorũ semper pturam requirat: adeò vt qui ad sacrum fontem acced suum dare nomen præcipiatur: qui ad summũ sacerdoti prouehitur, decreto manibus omnium roborato eligat Ordinatus autem à suis ordinatoribus literas accipere betur. Qui etiam ab ecclesiastica societate quolibet exc su discinditur, libellari scriptione aut recipitur aut deic tur. Sed qui accusatur, vel excommunicatur, seu reconcil tur, per scripturam accusari, vel reconciliari iubetur. Et in cæteris huiusmodi intantum scriptura deposcitur, vt, cut beatus Gregorius in Cõmonitorio ad Ioannem defe sorem ex Romanis legibus sumens scribit, Sententia q sine scriptura profertur, nec nomen sententiæ habere reatur. Quapropter fratres & filij oportet vos secundu Ecclesiasticam autoritatem, reclamationem vestram libel

serie allegare, eamque manibus vestris roboratam, synodo sacræ porrigere, vt conuenienter & canonicè vobis valeat responderi. Et tũc ipsi fratres libellum conscribẽtes, eique sua nomina subscribentes, porrexerunt. Hincmaro episcopo, qui tunc vnà cum Vveuilone Sennensi archiepiscopo, & cum Amalrico Turonensi æquè archiepiscopo, sub præsentia glorioſi regis Caroli qui synodo præsidebat.

De clericorum accusatoribus, si vnum ex obiectis probare non potuerint, ad cætera non admittantur. Cap. CXCVIII.

ITEM placuit, quotienscunque clericis ab accusatoribus multa crimina obiiciuntur, & vnum ex ipsis de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cætera iam non admittantur. *Ex cõcil. Africano, ca. 75*

De episcopo aut presbytero, si causa criminalis eis reputatata fuerit, quomodo se expurgare debeant. Cap. CXCIX.

SI episcopo aut presbytero causa criminalis, homicidiũ, adulterium, & maleficium reputatum fuerit, in singulis Missam tractare debet, & secretam publicè dicere, & communicare, & de singulis sibi reputatis innocentem se ostendere. Quod si non fecerit, quinquennio à liminibus Ecclesiæ extraneus habeatur. *Ex cõcil. Vvormaciẽ. ca. 8.*

Vt clerici ab alienis iudicibus non constringantur. Cap. CC.

IN clericorum causa huiusmodi forma seruetur, vt nequaquã eos sententia non à suo iudice dicta cõstringat. *Ex decr. Adriani papæ, ca. 38.*

Criminantem inuste, & non probantem, verberibus publicè castigandum; & in exilium deportandum. Cap. CCI.

QVVM fortius punienda sint crimina, quæ insontibus & maximè sacratis ordinibus ingeruntur, quã sitis culpabiles omnes, qui in causa Ioannis diaconi resedistis attendite, vt Hilarum criminatoré ipsius, nulla ex definitione vestra pœna veniens castigaret. Nec illud ad excusationem vestram esse credatis idoneũ, quòd vobis quasi iudicare volẽtibus solus frater, & coëpiscopus noster Paschasius dicitur detulisse. Nam si zelus in vobis rectitudinis viguisset, facilius vni à multis rationabiliter suaderi, quàm multi ab vno poterant sine causa differri. Quia ergo tantæ nequitiæ malum sine digna non debet *Ex regu. ad Antemiũ subdiaconum campan. cap. 201.*

vltione transire suprascriptum fratrem nostrum Paschasium volumus admoneri, vt eundem Hilarum prius sub diaconatus, quo indignus fungitur, priuet officio, atq; verberibus publicè castigatum faciat in exilium deportari; vnius pœna multorum possit esse correctio.

Vt si quis clericum accusauerit, & testimonijs probare non potuerit, accusator pœnam accusati accipiat. Cap. CCII.

Ex cõcil. Braggar dẽ. ca. 8.

PLacuit, vt si quis aliquem clericorum in accusatione fornicationis impetit, secundum præceptum Pauli apostoli duo, vel tria testimonia requirãtur ab illo. Quod si nõ potuerit datis testimoniis, approbare quod dixit, et communicationem accusati accusator accipiat.

Vt sicut laici clericos in secularibus in sua accusatione non recipiunt, ita nec ipsi in sacerdotum recipiantur. Cap. CCIII.

Ex cõcil. Aurelianẽsi, ca 5.

OMNES episcopi in tertia sessione acclamauerunt. Sanè dignũ est, vt sicut sacerdotes, vel clericos in sua accusatione, vel secularibus iudiciis laici non recipiunt, ita ipsi in sacerdotum vel clericorum accusationibus, seu ecclesiasticis negociis, nisi sponte collaudetur, non recipiantur: quoniam inconueniens est, vt hi qui hos respuũt ab his recipiantur.

Vt testimonium laici contra clericum nemo suscipiat. Cap. CCIIII.

Ex cõcil. Triburiẽsi, cap. 4.

TESTIMONIVM laici aduersus clericum nemo suscipiat.

De ordinatis, si accusati fuerint quot testibus se excusare debuerint. Cap. CCV.

Ex cõcil. Carthagi nẽ. ca. 20

SI autem presbyteri vel diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex vicinis locis proprius episcopus legitimo numero collegarum, quos ab eodẽ accusati petierint, id est vnà secum in presbyterii nomine VI. in diaconii tribus ipsorum causas discutiat, eadem dierum & dilationum, & à communione remotionũ, & discussione personarum inter accusatores, & eos qui accusantur forma seruata. Reliquorum autem clericorum causas, etiam solus episcopus loci agnoscat & finiat.

De substantia defuncti presbyteri, cuius esse debeat. Cap. CCVI.

SAncto concilio allatum est, quòd quidam laici impro- *Ex cõcil. Triburiẽ si, cui interfuit Arnolphus rex, cap. 23.*
bè agant contra presbyteros suos, ita vt de moriẽtium presbyterorum substantia partes sibi vendicent sicuti de propriis seruis. Interdicimus itaq; canonica authoritate, ne hoc vlterius fiat: sed sicuti liberi facti sunt ad suscipiẽdum gradum, & agendum diuinum officiũ, ita nihil ab eis exigatur præter diuinum officium. De peculiari verò sacerdotum nihil sibi vsurpẽt, sed totum in quatuor diuidatur partes, vna episcopo, alia altari, tertia pauperib⁹, quarta parentibus: & si non sunt idonei parentes, episcopus eã recipiat, & in vsum Ecclesiæ diligenter distribuat. Et si quis contra hæc facere præsumpserit, anathematizetur.

De presbyteris qui sine testamento discesserint. Cap. CCVII.

SI quiscunque ex gradu ecclesiastico sine testamento & *Ex eodẽ, cap. 14.*
sine cognatione discesserit, hæreditas eius ad Ecclesiã, vbi seruiuit, deuoluatur. Similiter de sanctimonialibus.

De clericis qui laicalibus vestimentis vtuntur. Cap. CCVIII.

VT laicalibus vestimentis clerici non vtantur, id est, *Ex eodẽ, cap. 27.*
mantello vel cotto, siue cappa, nec precioſis & ineptis calciamentis, & aliis nouitatum vanitatibus, sed religioso & decenti habitu induti incedant.

De eadem re. Cap. CCIX.

CLERICVS professionem suam, etiam habitu & *Ex cõcil. Carthagi nẽ. ca. 45*
incessu probet, & ideo nec vestibus, nec calceamẽtis decorem quærat.

De clericis qui ociosè in nundinis ambulant. Cap. CCX.

CLericus qui non pro emẽdo aliquid in nundinis, vel *Ex eodẽ concil. ca. 48.*
in foro deambulat, ab officio suo degradetur.

Vt nullus ex clero arma militaria portet. Cap. CCXI.

QVicunq; ex clero esse videntur, arma militaria non sumant, nec armati incedant, sed professionis suæ vocabulũ religiosis moribus, & religioso habitu præbeant. Quòd si contempserint, tanquã sacrorum canonum

contemptores, & Ecclesiasticæ sanctitatis profanatores proprii gradus amissione mulctentur: quia non possunt simul Deo & seculo militare.

Vt omnes clerici magis confidant in defensione Dei, quàm in armis. Cap. CCXII.

Ex cõcil. Aurelianẽ. ca. 9. OMnimodis dicendum est, presbyteris & diaconis vt arma non portent, sed magis confidant in defensione Dei, quàm in armis.

De illis qui ex ecclesiastico ordine, aut venantur, aut cum accipitribus iocantur. Cap. CCXIII.

Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 8. EPiscopum, presbyterum, aut diaconẽ canes ad venandum, aut accipitres, aut huiusmodi res habere non licet. Quòd si quis talium personarum in hac volũtate sæpius detectus fuerit, si episcopus est, tribus mensibus se communione suspendat, presbyter duobus, diaconus vero ab omni officio & communione suspendantur.

De seruis Dei, vt omnes syluaticæ vagationes cum canibus & accipitribus interdicantur. Cap. CCXIIII.

Ex cõcil. Aurelianẽ. cap. 3. OMNIBVS seruis Dei venationes & syluaticas vagationes cum canibus, & vt accipitres & falcones non habeant, interdicimus.

Vt clericos discordantes episcopus sua potestate reconciliet. Cap. CCXV.

Ex cõcil. Africano, ca. 59 DIscordantes clericos episcopus vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat, inobediẽtes, synodi per audientiam damnet.

De clericis qui proruperint in mutuam cædem. Cap. CCXVI.

Ex cõcil. Hilerdẽ. cap. 6. SI qui clerici in mutuam cædem proruperint, prout dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, à pontifice districtius vindicetur.

De eadem re. Cap. CCXVII.

Ex eodẽ, cap. 7. FRater in fratrem, si ausus fuerit manum mittere, legitimam disciplinam accipiat.

De officijs & ministerijs septem diaconorum cum subdiaconibus, & sequentium ordinum ministris obseruandis. Cap. CCXVIII.

SEPTEM ergo diaconi sint in vrbe Roma per septem regiones ciuitatis, sicut à patribus accepimus, qui per singulas hebdomadas & dominicos dies, atque festiuitatum solennia, cum diaconibus & acolytis, ac sequentium ordinum ministris, iniuncta sibi obseruent ministeria, & parati omni hora sint ad diuinum officium, & quicquid eis iniungitur peragẽdũ. Similiter & vobis prout opportunum fuerit, per singulas ciuitates est faciẽdum, vt diuinum absque vlla mora, aut negligentia studioſè ac solenniter agatur officium. *Ex epist. Fabiani papæ, ca. 2.*

De numero certo diaconorum. Cap. CCXIX.

DIaconi septem debent esse iuxta regulã, licet & valde magna sit ciuitas. Idipsum autem & Actuum apostolorum liber insinuat. *Ex cõcil. Neocæsa. cap. 14.*

De eadem re. Cap. CCXX.

DIaconi septem esse debent secundum regulam, quãuis magna sit ciuitas. Cui regulæ authoritas erit liber Actuum apostolorum. *Ex cõcil. episcoporũ, qui in Ancira & Cæsaria conuenerunt, cap 9.*

Vt diaconi coram presbyteris non sedeant. Cap. CCXXI.

QVOD non oporteat diaconum coram presbytero sedere, sed iussione presbyteri sedeat. Similiter autẽ & diaconis honor habeatur ab obsequentibus, id est, à subdiaconis, & omnibus clericis. *Ex cõcil. Laodicẽsi, ca. 20.*

De diaconibus, qui se presbyteris anteponunt. Cap. CCXXII.

NOnnulli diacones in tantam erumpunt superbiam, vt sese presbyteris anteponant, atque in primo choro ipsi priores stare præsumant presbyteris in secũdo choro constitutis. Ergo vt sublimiores sibi presbyteros agnoscant, tam hi, quàm illi in vtroque choro consistant. *Ex cõcil. Toletan. cap. 39.*

Vt exorcistæ energumenis manus imponant. Cap. CCXXIII.

OMNI DIE exorcistæ energumenis manus imponant. *Ex cõcil. carthagi ca. 90*

De honore vniuersis ordinibus competente.
Cap. CCXXIIII.

Ex decr. Siluestr. papæ, ca. 4.

ITA fratres iubet authoritas diuina, & affirmat, vt subdiacono vsque ad lectorem, omnes subditi sint diacono Cardinali vrbis Romæ, in Ecclesia honorem representantes tantùm. Pontifici verò, presbyter, diaconus, subdiaconus, acolytus, exorcista, lector, abbas, monachus, omni loco representet obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ.

De sacerdotibus, qui adimplere suum ministerium nesciunt, nec discere volunt, quòd ab officio sint submouendi. Cap. CCXXV.

Ex cõcil. Aurelianẽsi. ca. 6

SAcerdotes, qui ritè non sapiunt adimplere ministerium, nec discere iuxta præceptum suorum episcoporum pro viribns satagunt, vel contemptores canonum existunt, ab officio proprio sunt submouendi, quousque hæc plenitèr emendata habeant.

Vt inter clericos non computentur, qui sub nullius episcopi disciplina inueniuntur. Cap. CCXXVI.

Ex cõcil. Parisiẽsi, cap. 10.

NVLLA ratione clerici, aut sacerdotes habẽdi sunt, qui sub nullius episcopi disciplina & prouidẽtia gubernantur. Tales enim acephalos, id est, sine capite, priscæ Ecclesiæ consuetudo nuncupauit.

Exemplar formatæ Epistolæ, quæ in Nicæna synodo à sanctis patribus est formata & collaudata.
Cap. CCXXVII.

Ex decr. Nicæni concilij.

IN nomine patris π. & filii γ. & spiritus sancti &. Vvterio Spirensi episcopo, Ego Burchardus sanctæ Vvormaciẽsis Ecclesiæ deuotus gregis Christi famulus, in Dei verò summæ felicitatis beatitudinẽ. Quum sancta catholica Ecclesia prompta sit sequi documẽta Euangelica, qui dicunt, Qui recipit prophetã in nomine prophetæ, accipiet mercedẽ prophetæ: Et qui recipit iustum in nomine iusti, & cætera. Et Apostolus iubeat hospitalitatẽ sectari & necessitatibus sanctorum virorum cõmunicare: tamen propter eos qui cauteriatam habent suam conscientiam dicentes se esse simplices cùm sint astutia diabolica repleti, & pro opere pietatis dicunt se de loco ad locũ transire cùm sint sua malitia faciẽte fugitiui: & dicũt se esse mis-

sterio sacro insertos quum non sint: Statutũ est à sanctis patribus neminem clericum alienum & ignotum recipi ab aliquo episcopo & inthronizari in sua Ecclesia, nisi habeat à proprio episcopo epistolam, quæ in canonibus nominatur formata. Ideo notum facimus paternitati vestrę, quòd præsens frater noster harum literarum portitor nomine Ecmannus, non pro sua nequitia expulsus est à nobis: sed postulantibus fratribus nostris, eò quòd ex familia nostra fuit & noster baptizatus, fecimus ei libertatem receptam à cornu altaris canonicè, & ordinauimus eum ad gradum presbyterij. Cui etiam has dimissorias siue commendatitias literas fecimus, & eum ad vestram dilectam fraternitatem dirigimus, vt in vestra parochia sub vestro sacro regimine & defensione consistere valeat. Ego, inquam, Burchardus humilis episcopus, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & in vnitate sanctæ Ecclesiæ, in qua Petro datum est ius ligandi atq; soluẽdi, absoluo Ecmannum presbyterum de ciuitate Vvormacienſi, indictione X. & licentiam do vobis inthronizandi eum in quacunq; Ecclesia vultis vestræ parochiæ. Hanc ergo epistolã Græcis literis hinc inde munire decreuimus, & anulo Ecclesiæ nostræ firmare censuimus. Fraternitatem vestrã Christus nobis incolumem conseruet. ϖ.γ.α.ϖ.β.ε.ζ.ξ α.κ.κ.θ. Data Vvormaciæ, Idibus Martij, Anno dominicæ incarnationis, Millesimo, duodecimo, Indictione X.

De illo qui fugam fratris cælauerit. Cap. CCXXVIII.

Ex dictis Basilij.

SIquis eum qui districtionem ecclesiasticam non ferens, fugam meditari agnouerit, si non statim prodiderit, perditionis illius participem se esse non dubitet: & tam diu est à conuentu fratrum sequestrandus, quàm diu ille valeat reuocari.

De illis qui presbyteros suos malè tractauerint.

Caput CCXXIX.

Ex cõcil. Aruernẽ. cap. 7.

SIquis presbyterum proprium inhonorat, aut verbo aut facto contumeliam facit, tam diu à liminibus Ecclesiæ arceatur, quousque per condignam pœnitentiam satisfaciat. Ait enim Apostolus: Presbyteri qui bene præsunt, duplici honore digni habeantur. Item alibi dicit: Obedite præpositis vestris, subiecti eis estote, &c.

Vt nomen papæ in Ecclesiis sanctis recitetur.
Cap. CCXXX.

Ex cõcil. Vasensi. cap. 3.

ET hoc iustum visum est nobis, vt nomen domini papæ, quicunque sedi apostolicæ præfuerit, in nostris Ecclesiis recitetur.

Vt presbyter aut diaconus qui canonicus non est, sed in villis habitat, nusquam summas festiuitates celebret, nisi in ciuitatibus. Cap. CCXXXI.

Ex cõcil. Aruernẽ. cap. 6.

SI quis presbyter aut diaconus qui non in ciuitate canonicus esse dinoscitur, sed in villulis habitans, in oratoriis officio sancto deseruiens celebrat diuina mysteria, festiuitates præcipuas, domini Natalem, Pascha, Pentecosten, & si quæ principales sunt festiuitates reliquas dehinc ne faciat commonemus: & nusquam alibi, nisi cum episcopo suo in ciuitate festiuitates supradictas celebret. Quicunque sunt ciues laici, natu maiores, primodo in vrbibus ad pontifices suos in prædictis festiuitatibus veniant, & ibi diuina mysteria celebriter audiant. Quòd si qui improba temeritate hæc contempserint, a communione pellantur.

Vt presbyteris potestas prædicandi in suis plebibus concedatur. Cap. CCXXXII.

Ex cõcil. Vasensi, cap 6.

HOc etiam pro ædificatione omnium ecclesiarum, & pro vtilitate totius populi nobis placuit, vt non solùm in ciuitatibus, sed etiam in omnibus, parochiis verbum faciendi daremus presbyteris potestatem, ita vt si presbyter aliqua infirmitate prohibente per seipsum non potuerit prædicare, sanctorum patrum Homeliæ à diaconibus probatis recitentur.

De clericis qui in rixa interficiuntur.
Caput CCXXXIII.

Ex cõcil. Triburi. cui Arnolphus rex interfuit. cap. 50.

QVicunque clericus aut in bello, aut in rixa, aut gentilium ludis mortuus fuerit, neque ob lectione, neque oratione pro eo postuletur, sed in manus incidat iudicis, sepultura tantùm non priuetur.

De clericis qui à dominis suis liberi facti sunt.
Caput CCXXXIIII.

Ex conci. apud Al-

NVllus clericus ad gradum presbyterij promoueatur, nisi vt scriptum in canonibus habetur. Si enim

propter Dei dilectionem quis de seruis suis quenquam elegerit,& docuerit literas,& libertati condonauerit, & per intercessionem erga episcopum presbyterum effecerit,& secundum apostolos victum & vestitum ei donauerit:ille autem postea in superbiam elatus missam dominis suis & canonicas horas obseruare, & psallere renuerit,& eis iustè obedire,dicens se liberum esse, noluerit, & quasi liberè cuius vult homo fiat,hoc sancta synodus anathematizat,& illum à sancta communione arceri iudicat donec resipiscat , & domino suo obediat secundum canonica præcepta. Sinautem obstinato animo & hoc contempserit , accusetur aqud episcopum qui eum ordinauit , & degradetur:& fiat seruus illius idem domini sui sicut natus fuerat.Quisquis verò talem secum habuerit, posteaquàm rem illius prædictam audierit,& domino suo non reddiderit, vel à se proiecerit , siue episcopus , siue comes , siue clericus , siue laicus,anathematis illius societate nodatus, pœnam excommunicationis luet. *th. habito,cui interfuit Cõradus rex.cap. 38.*

De presbyteris qui parochias fugerint in quibus locati sunt. Cap CCXXXV.

PResbyter proprio loco dimisso ad alium migrans,nequaquam recipiatur , nisi suæ migrationis causam dixerit,& se innocenter vixisse in parochia in qua ordinatus est sub testibus probauerit:literas etiam habebit in quibus sint nomina episcopi & ciuitatis plumbo impressa,quibus cognitis, & talibus inuentis quibus fides adhiberi possit,recipiatur. *Ex concil. Cabilon. cap.41.*

De presbyteris qui crimine capitali accusantur , & collegas quibus se excusare possint non habent. Cap. CCXXXVI.

DE presbyteris qui crimine fornicationis , siue aliquo capitali flagitio accusantur , & non habent collegas cum quibus se excusare possint , aut si fortè lapsi fuerint, quomodo satisfaciant. In quorum iudicio neque ad dexteram,neque ad sinistram declinandum est,sed recta via gradiendum. In concilio nanque Neocæsariensi cap. scriptum est: Presbyter si vxorem acceperit,ab ordine deponatur. Si verò fornicatus fuerit,aut adulterium perpetrauerit,amplius pelli debet & ad pœnitẽtiã redigi. *Ex cõcil. Triburi. cui interfuit Arnolphus rex,ca.6.*

De prædicatione presbyterorũ. Cap. CCXXXVII.

Ex cõcil. Triburiẽ si cui interfuit rex Arnolph.

PRæcipimus vobis, vt vnuſquiſque veſtrúm ſuper duas ſeu tres hebdomadas, diebus dominicis ſeu feſtiuitatibus ſanctorum, populum ſibi commiſſum doctrinis ſalutiferis ex ſacra ſcriptura ſumptis in Eccleſia ſibi cõmiſſa poſt Euangelium perlectum inſtruere ſtudeat, & iubeat illis, vt nullus de Eccleſia exeat, antequam à presbytero ſiue diacono vltima laus, id eſt, benedicamus domino, aut ite miſſa eſt, pronuncietur.

De eccleſiaſticis ſi ſeculares poteſtates habere deſiderant. Cap. CCXXXVIII.

Ex epiſt. Gre. papæ Secundino ſeruo Dei recluſo directa.

CErtum namque eſt non vos ante exercitui ducem præponere, niſi vobis labor eius fidésque complaceret, & niſi eum ante actæ vitæ virtus & ſolicitudo aptum eſſe monſtrauerit. Si verò non aliis niſi huiuſmodi viris committitur gubernandus exercitus, qualis dux eſſe debeat animarum ex iſtius bonæ rei comparatione colligitur. Sed verecundum nobis eſt, & dicere pudet, quia ſacerdotes ſibi ducatum arripiunt, qui exordium religioſæ militiæ non viderunt.

Vt viri veraces & Deum timentes, in ciuitatibus & in publicis vicis decani conſtituãtur. Cap. CCXXXIX.

Ex cõcil. Rotoma. cap. 9.

VT populus admoneatur vt in dominicis & feſtis diebus omnes ad veſperas, & nocturnas vigilias, & admiſſam omnimodis occurrant, & vt decani in ciuitatibus & in vicis publicis viri veraces, & Deum timentes conſtituantur, qui deſides, & negligentes commoneant, vt ad Dei ſeruitium abſque occaſione properent, & vt ipſi decani ſacramento adſtringantur, vt nulla interueniente cauſa, ſcilicet, aut amoris, aut timoris, aut propinquitatis, muneris, negligentes & tranſgreſſores reticeant, quin ſacerdotibus proprias eorum culpas manifeſtent. Sacerdotum autem erit ita eorum vitia, zelo & amore diuino, cum debita diſciplina corrigere, ſicut ipſi nolunt pro aliorum erratibus ſententiam iuſtæ damnationis ſuſcipere. Et vt dies feſti à veſpera vſque ad veſperam abſque opere ſeruili cum debito honore celebrentur.

FINIS LIBRI SECVNDI.

INDEX

CAPITVLORVM
Libri Tertij.

Vid sit Ecclesia. Cap. i.
De primitiua Ecclesia. ii.
Quòd sacerdotes agros quos vẽdere solebãt ad cõmunẽ vtilitatẽ ecclesiis tradebãt. iii.
Quo tẽpore viri religiosi seipsos domino cõ secrarunt, ædificantes basilicas in suis fundis. iiii.
Quòd Constantinus primus imperatorum fabricandi Ecclesias licentiam tribuit v.
Vt nullus Ecclesiam ædificet, nisi ille, cui episcopus loci, locum designauerit. vi.
De illo qui in suo prędio Ecclesiã ædificare desiderat. vii.
Vt omnes Ecclesiæ in illius episcopi potestate sint, in cuius territorio positæ sunt. viii.
Vt antiquæ Ecclesiæ possessionibus propter nouas non spolientur. ix.
De Ecclesiis & altaribus vbi aliqua dubitatio est de consecratione vt consecrentur. x.
Si altare motum fuerit, denuò Ecclesia consecretur. xi.
Si Ecclesia violata fuerit, iterum consecretur. xii.
Vt Ecclesiã vbi paganus sepult' est, nõ liceat dedicari. xiii
Vt in Ecclesia in qua cadauera sepulta sunt, altare consecrare non liceat. xiiii.
Vt loca semel dicata, perpetuò sic permaneant. xv.
De locis dudum sacratis, & nunc neglectis, vt iterum reformentur. xvi.
Vt nullus aliud altare erigere præsumat, nisi quod ab episcopo consecratum est. xvii.
Vt energumeni Ecclesiarum pauimenta verrant. xviii.
De monasteriis semel consecratis. xix.
De illis qui dotem Ecclesiæ sibi vendicare præsumpserint. xx.

De Ecclesiis destructis quomodo restaurari debeant. xi
Quòd in vna terminatiõe plures baptismales Ecclesiæ esse non possint. xii
Vt regularia monasteria, nec vendi, nec commutari possint nisi cum alio monasterio. xiii
Vt non liceat alicui vnius Ecclesiæ terram, nisi cambiatur, vertere ad aliam. xiiii
Vt altaria nisi sint lapidea chrismate nõ cõsecrãtur. xv
Vt monasterium ad meliorandum in alium liceat ponere locum. xvi
Vt sine missa Ecclesia non debeat dedicari. xvii
Vt episcopus neminem prohibeat ecclesiam ingredi, & audire verbum Dei. xviii
Vt populus qui conuenerit ad Missam antequam finiatur non discedat. xiii
De illis qui ecclesiastica habent beneficia. xx
De Ecclesiis apud barbaros constitutis. xxi
De Ecclesiis Arrianorum. xxii
De diœcesanis Ecclesi. destitutis. xxiii
Qualiter destitutam Ecclesiam alteri Ecclesiæ rectè conuiungere valeat episcopus. xxiiii
Vt picturæ in Ecclesia fieri non debeant. xxv
Item de pictura. xxvi
Vt non pro debito episcopus de consecranda Ecclesia munus aliquod requirat. xxvii
Vt Ecclesiam in qua cadauera infidelium sepulta, sunt sanctificare non liceat. xxviii
De lignis dedicatæ Ecclesiæ, ad quos vsus verti debeant. xxxix.
Quid episcopo agendum sit, si plures hæredes de vna contenderint Ecclesia. xl
De eadem re. xli
De Ecclesiis inter hæredes diuisis. xlii
Vt singuli presbyteri singulas habeant Ecclesias. xliii
De eadem re. xliiii
De eadem re. xlv
Vt vnusquisque presbyter vna Ecclesia contentus sit. xlvi
De eadem re. xlvii
De eadem re. xlviii
De eadem re, xlix

De ordinibus sacris. l.
De Ecclesiis, seu sanctis nouiter inuentis. li.
Vt vnaquæque Ecclesia mãsum integrum habeat sine seruitio. lii.
Vt nullus de dote Ecclesiæ, vel de manso presbyterorũ censum persoluere cogat. liii.
De altaribus quæ passim fiunt per agros. liiii.
Vt martyrum dignitatem nullus profanus infamet. lv.
Vt Missarum solennia non vbique, sed in locis ab episcopo consecratis fiant. lvi.
De Missa non celebranda, nisi in sacrato loco. lvii.
De eadem re. lviii.
Quòd non liceat Missas celebrare, nisi in locis ab episcopo ciuitatis consecratis. lix.
De eadem re. lx.
De eadem re. lxi.
De reparatione Ecclesiæ. lxii.
Vt ante horam diei tertiam, non sint celebrandæ missæ lxiii.
Vt pro fidelibus defunctis singulis diebus Missas celebrare liceat, lxiiii.
Vt Missa mortuorum pro omnibus Christianis sit cantanda. lxv.
Vt institutiones Missarum sicut in metropoli fiunt, sic & reliquis comprouincialibus Ecclesiis. lxvi.
Vt preces & præfationes, quæ in concilio probatæ nõ fuerint, non celebrentur. lxvii.
Vt nullus presbyter solus Missam cãtare pręsumat. lxviii.
De præfationibus quas sancta Romana tenet Ecclesia. lxix.
De sacerdotibus, Missarum tempore si ægritudinis aliquis euentus eis accesserit. lxx.
De eadem re. lxxi.
De presbyteris qui dæmonibus variisque passionibus vexantur, quòd illis sacra tractare non liceat. lxxii.
De eadem re. lxxiii.
De presbyteris qui soli Missas solent celebrare. lxxiiii.
De illis qui cõiugati presbyteri oblatiões spreuerint. lxxv.
Vt presbyteri cõmunicent quotiescunque Missas celebrauerint. lxxvi.

De eadem re. lxxvi
De eadem re. lxxvii
De eadem re. lxxi
Vt in Ecclesia nihil aliud agatur, nisi id ad quod facta est. lxxx.
De eadem re. lxxi
De eadem re. lxxxi
Vt nullus in Ecclesia conuiuetur. lxxxiii
Vt nullus in Ecclesia tabernas constituat. lxxxiii
De eadem re. lxxx
Vt vnicuique in domo sua orare liceat. lxxxvi
Vt canticum turpe circa Ecclesias non fiat. lxxxvii
Vt sanctorum reliquiæ in oratoriis villaribus non ponantur. lxxxviii
Vt sedes episcopalis si necesse fuerit in alium locum transferatur. lxxxix
De mutandis sanctis locis. xc
Quòd translatis martyribus, honor interdum cum illis migret, interdum in loco permaneat. xci
Quòd sanguis martyrum consecret locum, non locus sanguinem. xcii
Quid sit basilica. xciii
De illis qui domum Dei contemptibilem faciunt. xciiii
De eadem re. xcv
Vt calix & patena, ex auro, aut ex argento fiat. xcvi
De obseruanda mensa Christi. xcvii
Vt corporale ex purissimo lineo sit, & vni materiei. xcviii
Vt sacrificium altaris non in serico panno, aut tincto celebretur. xcix
Vt mulieres ad altare non accedant, & officiis virorum se non intromittant. c
De eadem re. ci
Vt laici iuxta altare non sedeant. cii
De illis sacerdotibus qui in Ecclesia dum Euãgelia leguntur, sedere præsumunt. ciii
Vt nullus calicem, patenam, vel vestimẽum sacerdotale in vadium tabernario præstare præsumat. ciiii
Vt nullus calicem, patenam, aut aliqua vasa sacra ad alios vsus facere præsumat. cv
Quòd licitum sit episcopis cum consilio cleri de thesauro

Ecclesiæ suæ familiæ in necessitate succurrere. cvi.
Ne cadauera pallio altaris cooperiátur. cvii.
Ne ad nuptiarũ ornatũ diuina ministeria præstétur. cviii.
Vt Ecclesia seculari potentia minimè peruadatur. cix.
De presbyteris qui Ecclesias suas per preciũ acquisierĩt. cx.
Vt nullus laicus ab Eccl. sua presbyterũ eiicere audeat. cxi.
Item de illis qui presbyteris Ecclesias auferunt. cxii.
Vt nullus aliquod munus propter Ecclesiam à presbytero requirat. cxiii.
De eadem re. xiiii.
Vt presbyteri plebes admoneant, vt linteamina altaris præparent. cxv.
Vt episcopi præuideant quid presbyteri dominis suis pro Ecclesiis facere debeant. cxvi.
De eadem re. cxvii.
De presbyteris nihil habentibus quãdo ordinãtur. cxviii.
De eadem re. cxix.
De eadem re. cxx.
De eadem re. cxxi.
De eadem re. cxxii.
De presbyteris qui ex reditibus Ecclesiæ sibi res comparauerint, & structuras ibi fecerint & mulieres ibi posuerint. cxxiii.
De consuetudine seruanda quæ non est contra fidẽ. cxxiiii.
Vt Ecclesiastica statuta, ab apostolis & reliquis magistris Ecclesiæ tradita, integra seruentur. cxxv.
Vt consuetudines ecclesiasticæ pro lege sint tenẽdæ. cxxvi
Item de consuetudinibus ecclesiasticis obseruandis. cxxvii.
Quid agendum sit in causis, de quibus certa in canonibus non inueniuntur iudicia. cxxviii.
Vt cuncta quæ Deo offeruntur cõsecrata habeantur. cxxix.
De eadem re. cxxx.
Vt decima nullo modo negligatur. cxxxi.
De illis qui decimas dare nolunt. cxxxii.
Quòd decimæ ab omnibus Christianis ex debito reposci debeant. cxxxiii.
De illis qui decimas dare noluerint, nisi preciocon ducantur. cxxxiiii.
Vt decima Dei census nuncupetur. cxxxv.
De oblationibus parochitarũ cuius esse debeant. cxxxvi.

Item quòd de decimis quatuor debeant fieri portiones. cxxxviii.
Vbi terminare debeant contentiones ortæ inter Christianos. cxxx
De his qui oblationes parentum, aut testamenta, vel quæ ipsi donauerint Ecclesiis, retinere, aut auferre conantur. cx
De illis qui Deum hæredem faciunt. cx
De his qui oblationes defunctorum, aut negant, aut difficulter reddunt. cxl
De eadem re. cxl
De eadem re. cxlii
De eadem re. cxl
Vt omnes Ecclesiæ, vel decimæ in episcoporum potestate consistant. cxl
Quòd tricennalis possessio firma sit. cxlv
Vt singularum Ecclesiarũ rusticanæ parochiæ semper maneant inconcussæ. cxlvi
Quòd tricennalis possessio, si intacta permansit, mutari non debeat cxl
Item ne rebus XXX. annis possessis. c
De illis qui de Ecclesiis cœmiteria faciunt. c
De illis qui in sacris locis se sepeliri petierint. cl
De eadem re. cli
De eadem re. cliii
De eadem re. cl
De eadem re. clv
Vt corpora defunctorũ in Ecclesia non sepeliantur. clvi
De eadem re. clvii
Vt nemo pro sepeliendis mortuorum corporibus aliquem muneris exigat. clv
De sepultura coniugatorum in primis connubiis. cl
De eadem re. clx
De eadem re. clxi
Quorum mens vna fuerat, sepultura non separet. clxii
De rebus immobilibus Ecclesiæ. clxiii
De eadem re. clx
De præstariis viduatarũ Ecclesiarum vt nõ valeant. clxv
De eadem re. clxvi
De eadem re. clxvii

De eadem re. clxix.
De donatione, vel venditione, vel commutatione rei ecclesiasticæ. clxx.
De commutationibus ecclesiasticarum rerum. clxxi.
De eadem re. clxxii.
De ecclesiasticis mancipiis. clxxiii.
De eadem re. clxxiiii.
De regalibus præceptis super præstaria. clxxv.
De episcopo qui mancipium Ecclesiæ manumitti desiderat. clxxvi.
De sacerdotib' qui res suas Ecclesiæ relinquunt. clxxvii.
Vt prebyteri rẽ Ecclesiæ vendere nõ præsumãt. clxxviii.
Vt nullus ordinatus de ministeriis Ecclesiæ aliquid vendere præsumat. clxxix.
De presbyteris q de iure sui tituli aliquid distrahũt. clxxx
De eadem re. clxxxi.
Quòd quantum remedium veniæ oblatio ecclesiastica tribuit conferenti, tantum damnum præparat fraudatori. clxxxii.
De clericis qui documenta, quibus Ecclesiæ possessio firmatur distrahunt. clxxxiii.
De libertis qui à patrocinio Ecclesiæ discesserũt. clxxxiiii
De libertis Ecclesiæ. clxxxv.
De libertis qui à quibuscunq; manumissi sunt. clxxxvi.
De manumissis in Ecclesia. clxxxvii.
De fugitiuis ecclesiast seruis. clxxxviii.
De episcopis qui nihil suis Ecclesiis conferunt, & tamen ex familia liberos facere præsumunt. clxxxix.
De illis qui pro aliquo reatu fugiunt ad Ecclesiam. cxc.
De raptore si cum rapta ad Ecclesiam confugerit. cxci.
De seruo si pro qualibet culpa dominum suum ad Ecclesiam fugerit. cxcii.
De eadem re. cxciii.
De eadem re cxciiii.
De eadem re. cxcv.
De emunitate Ecclesiæ. cxcvi.
De fugientibus ad Ecclesiam. cxcvii.
Quid in Ecclesia legi debeat. cxcviii.
Vt excommunicandi sint qui libros famosos legerint. cxcix.

De illis qui clàm concipiunt. cc.
De infantibus in adulterio natis, & ad Ecclesiam expositis. cci.
De eadem re. ccii.
De auaritia sacerdotum. cciii.
De illis qui Ecclesias incenderint. cciiii.
De quodam clerico à diabolo vexato. ccv.
De rebus Ecclesiæ quæ mortuo episcopo à presbyteris véditæ fuerint. ccvi.
De eo qui spernit oblationem presbyteri qui vxorem habuit. ccvii.
Quòd non permittantur ecclesiastici ad cœmiteria hæreticorum accedere. ccviii.
Quòd nō oporteat ab hæreticis eulogias accipere. ccix.
Quòd nullus Christianus ad pseudomartyres ire debeat. ccx.
Quòd non oporteat plebeios Psalmos in Ecclesia cantari. ccxi.
De illis qui conuĕtus qui ad confessiones martyrum fiunt abominantur. ccxii.
Vt victus ab exorcistis energumenis in domo Dei sedentibus administretur. ccxiii.
Vt sacra vasa non ab aliis quàm à sacris viris tractari debeant. ccxiiii.
De sacratis fœminis quæ sacra vasa & pallas altaris tractare præsumpserint. ccxv.
De vasis sacris, de palliis altaris, & velis Ecclesiæ si vetustate consumpta fuerint, quid inde faciendū sit. ccxvi.
De ordine librorum veteris testamenti. ccxvii.
De ordine prophetarum. ccxviii.
De ordine librorum noui testamenti, quos sancta Romana Ecclesia tenet, & omnis vniuersalis Ecclesia obseruat. ccxix.
Ordo septem epistolarum canonicarum. ccxx.
De notitia librorum apocryphorum qui à sanctis patribus æterna damnatione damnati sunt. ccxxi.
Quando & quo tempore libri veteris & noui testamenti legendi sint. ccxxii.
De vasculis quibus mysteria sacra conficiuntur. ccxxiii.
De Ecclesia à compluribus cohæredibus obsessa. ccxxiiii.

De altaribus in quibus sacræ reliquiæ non inueniuntur. ccxxv.
In altari in quo episcopus Missam celebrat, ne eo die presbyter aliam iterare præsumat. ccxxvi.
Vt in oblatione corporis & sanguinis domini incensum imponi debeat. ccxxvii.
Vt quoties basilicam ad quam itur præsentia nouæ plebis impleuerit, toties sacrificiū subsequēs offeratur. ccxxviii.
Vt nullus presbyter titulum super titulum vsurpare præsumat. ccxxix.
Vt episcopus aut presbyter postquam Missam incœperit & orationem dixerit, nisi passio aliqua interuenerit, antequam incœptum ministerium adimpleat, ab altario Dei nullo modo discedere audeat. ccxxx.
Vt nullus episcopus vel presbyter ad celebranda Missarum solennia cum baculo ire, aut velato capite altario Dei assistere audeat. ccxxxi.
Ne corpora sanctorū trāsferātur de lòco ad locū. ccxxxii.
Qui mortui in Ecclesia sepeliantur. ccxxxiii.
Quòd omnes fideles in Ecclesia nihil agere debeant, nisi orare ccxxxiiii.
Quòd diuina clementia fixis in terram genibus exoranda sit, nisi in maioribus solennitatibus. ccxxxv.
Quòd non liceat mortuis osculum dare. ccxxxvi.
Vt fideles sepeliri debeant. ccxxxvii.
Vt sacerdotes ad tempus orationibus vacent antequam sacrificent. ccxxxviii.
De laicis qui Ecclesias proprias habent. ccxxxix.
De Ecclesiis monachorum. ccxl.
De illis qui dum suæ proprietatis loca alicubi dare voluerint, decimā nusquā tradere se posse cognoscant. ccxli.

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA-*cienſis Epiſcopi, de Eccleſiis, Decretorum* Liber III.

ARGVMENTVM LIBRI.

Liber hic de diuinarum domorum inſtitutione, cultu & honore, de decimis & oblationibus, deq; iuſtitiis ſingulorum tractat: quiq; libri in ſacro catalogo recepti, qui reiecti & apocryphi ſint, oſtendit.

Quid ſit Eccleſia. Cap. I.

Ex decre. Iulij papæ, cap. 5.

ECcleſia Græcum eſt, quod in Latinum vertitur conuocatio, propterea quòd omnes ad ſe vocet. Catholica, id eſt, vniuerſalis, ideo dicitur: quia per vniuerſum mundum eſt conſtituta, vel quoniam catholica, hoc eſt, generalis in eadem doctrina eſt ad inſtructionem.

De primitiua Eccleſia. Cap. II.

Ex decre. Melchia. papæ. ca. 8.

NEmo, qui ſcripturas diuinas legit, ignorat, quòd in principio naſcentis Eccleſiæ, diſcipuli in vnum congregati ſunt cum multitudine credentium, in quibus erat cor vnum & anima vna, quiq; vendentes prædia & poſſeſſiones ſuas, adferebãt precia, & diuidebatur ſingulis prout cuiq; opus erat. Futuram namq; Eccleſiam in gentibus apoſtoli præuidebant, maximéq; quia dominus illis prædixerat: Euntes in mundũ vniuerſum prædicate Euangelium, vel quia expellendos eſſe à Iudæa nouerant ſe & in gentibus diſpergendos, Eccleſiámque congregandam et rudi populo, idcircò prędia in Iudęa minimè ſunt adepti, ſed precia tantummodo ad fouendos egẽtes. At verò, cùm inter turbines & aduerſa mũdi ſuccreſceret Eccleſia: adeò vſq; peruenit, vt non ſolùm gentes, ſed etiã Romani prin-

cipes, qui penè totius orbis monarchiam tenebant, ad fidē Christi & ad baptismi sacramenta concurrerent.

Quòd sacerdotes agros quos vendere solebant, ad communem vtilitatem Ecclesiis tradebant. Cap. III.

VIdentes autem sacerdotes & leuitę & reliqui fideles, plus vtilitatis posse adferre, si hæreditates, & agros quos vendebant, Ecclesiis quibus præsidebant episcopi traderent, eò quòd ex sumptibus eorum tam præsentibus quàm futuris temporibus plura & elegantiora possent ministrare fidelibus communem vitam deducentibus, quàm ex precio ipsorum, cœperunt prædia & agros quos vendere solebant matricibus Ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum viuere. *Ex decre. Vrban. papæ, ca. 2.*

Quo tempore viri religiosi seipsos domino consecrarunt, ædificantes basilicas in suis fundis. Caput IIII.

AB illo enim tempore & deinceps viri religiosi non solùm possessiones & prædia quæ possederant, sed etiam semetipsos domino consecrarunt, ædificantes basilicas in suis fundis in honore sanctorum martyrum per ciuitates, ac monasteria innumera, in quibus cœtus domino seruientium conueniret. Denique reges & præsides ac magistratus non solùm hanc licentiam tribuere, sed etiam ipsi propria largiti sunt per vniuersa regna terrarum, vnde alerentur egentes qui nihil in mundo possidebant, Ecclasiæque fabricarentur atque restaurarentur, Deóque & Ecclesiæ eius ritè famulantium, seruorumque illius supplementa absque necessitate tribuerentur. *Ex decre. Melchia. papæ, ca. 12.*

Quòd Constantinus primus imperatorum fabricandi Ecclesias licentiam tribuit. Cap. V.

EQuibus vir religiosissimus Constantinus primus fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per vniuersum orbem in suo degentes Imperio non solùm fieri Christianos, sed etiam fabricandas Ecclesias, & prædia tribuēda constituit. Denique idem præfatus princeps donaria immensa, & fabricam templi primæ sedis beati Petri principis apostolorum instituit, adeò vt sedem imperialē qua Romani principes præsidebant, relinqueret, & B. Petro, suisque successoribus profuturam concederet. *Ex eodem cap. 10.*

Vt nullus Ecclesiam ædificet, nisi ille cui episcopus loci locum designauerit. Cap. VI.

Ex cõcil. Aurelianen. ca. 3. NEMO Ecclesiam ædificet antequam ciuitatis episcopus veniat, & ibidem crucem figat publicè, & atrium designet, & ante præfiniat, qui ædificare vult, qua ad luminaria, & ad custodiam, & stipendia custodum sufficiant, & ostensa donatione sic domum ædificet. Et postquam consecrata fuerit, atrium eiusdem Ecclesiæ sancta aqua conspergat.

De illo qui in suo prædio Ecclesiam ædificare desiderat. Cap. VII.

Ex cõcil. Vvormacien si, ca. 6. QVicunque voluerit in sua proprietate Ecclesiã ædificare, & consensum, & voluntatem episcopi habebit in cuius parochia fuerit, licitum sit. Veruntamẽ omnino præuidendum est episcopo, vt aliæ Ecclesiæ antiquiores, propter nouas suam iustitiam, aut decimam nõ perdant, sed semper ad antiquiores Ecclesias persoluatur.

Vt omnes Ecclesiæ in illius episcopi potestate sint, in cuius territorio positæ sunt. Cap. VIII.

Ex cõcil. Aurelianen. ca. 1. OMNES basilicæ, quæ per diuersa loca constructæ sunt, vel quotidie constituuntur, placuit secundum priorum canonum regulam, vt in eius episcopi in cuius territorio positæ sunt, potestate consistant.

Vt antiquæ Ecclesiæ possessionibus suis propter nouas non spolientur. Cap. IX.

Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 8. VT Ecclesiæ antiquitus constitutæ, nec decimis, nec vlla possessione priuentur, ita vt nouis oratoriis tribuatur.

De Ecclesiis & altaribus, vbi aliqua dubitatio est de consecratione, vt consecrentur. Cap. X.

Ex eodẽ concil. ca. 45. VT Ecclesiæ vel altaria, quæ ambigua sunt de consecratione, consecrentur, & vt superflua altaria destruantur.

Si altare motum fuerit, dennò Ecclesia consecretur. Cap. XI.

Ex decr. Ygini papæ, ca. 4. SI motum fuerit altare, dennò consecretur Ecclesia. Si parietes mutantur, & non altare, salibus tantùm exorcizetur.

Si Ecclesia violata fuerit, iterum consecretur.
Caput XII.

SI homicidio vel adulterio Ecclesia fuerit violata, diligẽtissimè expurgetur, & denuò consecretur. *Ex eodẽ, cap. 6.*

Vt Ecclesiam vbi paganus sepultus est, non liceat dedicari. Cap. XIII.

ECclesiam vbi paganus sepultus est, non liceat consecrare, neque Missas in ea celebrare, sed iactari foras & mundari oportet. *Ex cõcil. Aurelia no, ca. 7.*

Vt in Ecclesia in qua cadauera sepulta sunt, altare consecrare non liceat. Cap. XIIII.

IN Ecclesia in qua cadauera mortuorum sepeliuntur, sanctificare altare non liceat. Si autem consecratum prius fuit, Missas licet celebrare in ea. *Ex eodẽ cap. 6.*

Vt loca semel dedicata, perpetuò sic permaneant.
Caput XV.

VT loca quæ semel Deo dedicata sunt, aut monasteria fuerunt, maneant perpetuò sic, nec possunt vltra fieri secularia habitacula. *Ex cõcil. apud Aquisgrã. cap. 4.*

De locis dudum sacratis, & nunc neglectis, vt iterum reformentur. Cap. XVI.

PLacuit vt loca iamdudum cõsecrata, & nunc spurcitiis fœdata, iuxta possibilitatem in antiquum statum reformentur. *Ex eodẽ cap. 6.*

Vt nullus aliud altare erigere præsumat, nisi quod ab episcopo consecratum est. Cap. XVII.

VT nullus presbyter in Ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab episcopo loci vel eius permissu sanctificatum est: vt sit discretio inter sacratum & non sacratum, nec dedicationem fingat, nisi sit. Quod si fecerit, si clericus est, degradetur, si laicus, anathematizetur. *Ex dere. Hormisda pap. cap. 10.*

Vt energumeni Ecclesiarum pauimenta verrant.
Caput XVIII.

PAuimenta domorum Dei energumeni verrant. *Ex cõcil. Cartha. cap. 91.*

De monasteriis semel consecratis. Cap. XIX.

QVæ semel dedicata sunt sunt monasteria consilio epi scoporum qui ciuitates tenent, manere perpetuò monasteria, & res quæ ad ea pertinent, monasteriis reseruari debere, nec posse ea vltra fieri secularia habitacula. *Ex cõcil. Calcedo. cap. 24.*

Qui verò hoc fieri permiserint, canonum sententiis subiacebunt.

De illis qui dotem Ecclesiæ sibi vendicare præsumpserint. Cap. XX.

Ex cõcil. Toletan. cap. 19.

MVlti contra canonum constituta sic Ecclesias quas ædificauerint postulant consecrari, vt dotem quam Ecclesiæ contulerint, censeant ad episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum & in præteritum displicet, & in futuro prohibetur, sed omnia secundum consuetudinem antiquam, ad episcopi ordinationem & potestatem pertineant.

De Ecclesiis destructis quomodo restaurari debeant. Cap. XXI.

Ex decr. Ygini papæ. cap. 5

VT Ecclesiæ destructę, vbi aut plures sunt quàm necesse sit, aut maioris magnitudinis, quàm vt ex rebus ad eas pertinentibus restaurari possint, episcopi prouidentia modus inueniatur, qualiter consistere possint.

Quòd in vna terminatione plures baptismales Ecclesiæ esse non possint. Cap. XXII.

Ex cõcil. apud Aquisgrã. cap. 5.

PLures baptismales Ecclesiæ in vna terminatione esse non possunt, sed vna tantummodo cum subditis capellis. Et si contentio fuerit de terminatione duarũ matricum plebes vtrarumque discernant, & si nõ conueniunt, lis Dei iudicio discernatur.

Vt regularia monasteria nec vendi, nec commutari possint. Cap. XXIII.

Ex dere. Siluerii papæ. cap. 1.

NEmini regum aut cuiquam hominum in proprium liceat monasterium tradere, nisi ad aliud monasterium vel commutare, nisi cum alio monasterio, vel quocunque commento vendere. Hoc etiam diuina & apostolica atque canonica sub anathematis pœna sanxit autoritas. Quod si factum fuerit, non valebit, sed ipsum monasterium in primum reformetur statum.

Vt non liceat alicui vnius Ecclesiæ terram nisi cambiat vertere ad aliam. Cap. XXIIII.

Ex cõcil. Lugdun. cap. 5.

NOn liceat episcopo, nec abbati, terram Ecclesiæ vertere ad aliam, quamuis ambæ sint in eius potestate. Tamen si commutare voluerint terras earum, cum consensu amborum faciant.

Vt altaria nisi sint lapidea chrismate non consecrentur. Cap. XXV.

ALtaria si non sunt lapidea, chrismatis vnguine non consecrentur. Ad celebranda autem diuina officia ordinem quem metropolitani tenēt, comprouinciales eorū & obseruare debebunt. *Ex cōcil. Epaonēsi cap. 10.*

Vt monasterium ad meliorandum in alium liceat ponere locum. Cap. XXVI.

SI quis vult monasterium suum ad meliorādum in alium locum ponere, fiat cum consilio episcopi & fratrum suorum, & dimittat presbyterum in priori loco, ad ministeria Ecclesiæ. *Ex decr. Bonifacii pap. c. 6.*

Vt sine Missa Ecclesia nō debeat dedicari. Cap. XXVII.

OMNES basilicæ cum Missa semper debent consecrari. *Ex decr. Euarist. pap. ca. 4*

Vt episcopus neminē prohibeat Ecclesiam ingredi, & audire verbum Dei. Cap. XXVIII.

VT episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam & audire verbum Dei, siue gentilem, siue hęreticum, siue Iudæum, vsque ad Missam catechumenorum. *Ex cōcil. apud Valētias habito c. 16*

Vt populus qui conuenit ad Missam, antequā finiatur non discedat. Cap. XXIX.

ITem quum ad celebrandam Missam in Dei nomine conuenit populus, non antè discedat, quàm Missæ solennitas compleatur, & vbi episcopus defuerit, benedictionem accipiat sacerdotis. *Ex cōcil Aralatensi ca. 1*

De illis qui ecclesiastica habent beneficia. Cap. XXX.

QVicunq; beneficium ecclesiasticum habent, ad tecta Ecclesiæ restauranda, vel ipsas Ecclesias emendandas omnino adiuuent, & nonam & decimam reddant. *Ex cōcil. Mogūt. cap. 42.*

De Ecclesiis apud barbaros constitutis. Cap. XXXI

ECclesias autem Dei in barbaris gentibus constitutas gubernari & administrari oportet, secundum consuetudinem quæ est à patribus obseruata. *Ex cōcil. Constāti. cap. 6.*

De Ecclesiis Arrianorum. Cap. XXXII.

ECclesias verò Arrianorum vbicunque inueneritis, catholicas eas diuinis precibus & operibus absque vlla mora consecrate: quia & nos quando fuimus Constantino- *Ex decr. Ioā. 1. pa epis p ta liā directis.*

poli tam pro religione catholica, quàm & pro regis Th
dorici causa negocii suadente atque hortante, Arrianor
extirpante, piissimo atque Christianissimo Iustino orth
doxo imperatore, quascunque illis in partibus eorum he
clesias reperire potuimus, catholicas eas domino opem fe
rente consecrauimus.

De diœcesanis Ecclesiis destitutis. Cap. XXXIII.

Ex cõcil. Terraconẽsi, ca. 9

MVltorum casuum experiẽtia magistrante, reperim
nonnullas diœcesanas Ecclesias destitutas. Pro q
re id constitutione decreuimus, vt antiquæ consuetudi
ordo seruetur, & annis singulis ab episcopo diœceses vi
tentur, & si qua fortè basilica reperta fuerit destituta, ord
natione ipsius reparetur: quia tertia pars ex omnibus p
antiquam traditionem vt accipiatur ab episcopis, ex pr
cipibus nouimus statutum.

Qualiter destitutam Ecclesiam alteri Ecclesiæ rectè coniungere valeat episcopus. Cap. XXXIIII.

Ex regist. Greg. ad Bacaudã Formiẽsẽ epis. mis.

ET temporalis necessitas nos perurget, & imminuti
exigit personarũ, vt destitutis Ecclesiis salubri ac pr
uida debeamus dispositione succurrere. Et ideo quoniã
Ecclesiam Minturnensem funditus tam cleri quàm ple
destitutam desolatione cognouimus, tuamque pro ea pe
tionem quatenus Formianę Ecclesiæ in qua corpus be
Erasmi martyris requiescit, cuique fraternitas tua præsi
adiungi debeat, & piam esse ac iustissimam prævidente
necessarium duximus, consulentes tam desolationi loci
lius, quàm tuæ Ecclesiæ paupertati, reditus supradictæ E
clesiæ Minturnensis, vel quicquid ei antiquo moderno
iure, vel priuilegio potuit potestve qualibet ratione cõ
petere, ad tuæ Ecclesiæ ius potestatemque hac præcepti
stri autoritate concedimus, vt à præsenti tempore, sicut
propria quippe Ecclesia debeas cogitare, eique compe
tentiæ tuę prouisione disponere, quatenus deinceps, quo
perire nunc vsque potuit, pauperum Ecclesiæ tuæ vtilita
bus, clericique proficiat.

Vt picturæ in Ecclesia fieri non debeant. Cap. XXXV.

Ex conc. Elibertã, cap. 2.

PLacuit picturas in Ecclesia fieri non debere, ne quo
colitur & adoratur, in parietibus depingatur.

Item de pictura. Cap. XXXVI.

ALiud est enim]picturam adorare, aliud per picturæ historiam quid sit adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernẽtibus: quia in ipsa ignorantes vident quod sequi debeant, in ipsa legunt, qui literas nesciunt. Vnde & precipuè gentibus pro lectione pictura est. Quod magnopere tu qui inter gentes habitas, attẽdere debueras, ne dum recto zelo incautè succendereris, ferocibus animis scandalum generares. Frangi ergo non debuit, quod non ad adorandum in Ecclesiis, sed ad instruendas solummodo mentes fuit nescientium collocatum. Et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit, si zelum discretione condidisses, sine dubio & ea quæ intendebas salubriter obtinere, & collectum gregem non dispergere, sed potius poteras congregare, vt pastoris intemeratum nomen excelleret, non culpa disperforis incumberet. *Ex epist. Gregorij Secũdino seruo Dei recluso directa.*

Vt non pro debito episcopus de consecranda Ecclesia munus aliquod requirat. Cap. XXXVII.

PLacuit vt quoties ab aliquo fidelium ad consecrandas Ecclesias episcopus inuitatur, non quasi ex debito munus aliquod à fundatore requirat, sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur. At tamen vnusquisque episcopus meminerit, vt non prius dedicet Ecclesiam, nisi antea dotem basilicæ, & obsequium ipsius per donationem chartulæ cõfirmatum accipiat. Nam non leuior est ista temeritas, si sine luminaribus vel sine substantiali sustentatione est eorum qui ibidem seruituri sunt, quàm si domus priuata consecretur Ecclesia. *Ex cõcil. Vvormac. cap. 1.*

Vt Ecclesiam in qua cadauera infidelium sepulta sunt, sanctificare non liceat. Caput XXXVIII.

ECCLESIAM in qua mortuorum cadauera infidelium sepeliuntur sanctificare non licet, sed apta videtur ad consecrandum inde euulsis corporibus, & rasis parietibus, vel lotis lignis eius reædificetur. Si hæc consecrata prius fuit, Missas in ea celebrare licet, si tamen fideles fuerint qui in ea sepulti sunt. *Ex cõcil. Agrippin. c. 23.*

De lignis dedicatæ Ecclesiæ, ad quos vsus verti debeant. Cap. XXXIX.

Ex decr. Yginipa pæ, ca. 3.

LIgna Ecclesiæ dedicatæ non debent ad aliud opus ligi, nisi ad aliam Ecclesiam, vel igni comburenda, vel profectum in monasterio fratribus, in laicorum operi debent admitti.

Quid episcopo agendum sit, si plures hæredes de vna contenderint Ecclesia. Cap. XL.

Ex cõcil. Tribur. cap. 20.

SI plures hæredes contenderint de communi Eccle auferri iubeat episcopus reliquias sacras & Eccles claudi, donec communi consensu & consilio episcopi tuant ibi presbyterũ, & vnde viuat.

De eadem re. Cap. XLI.

Ex decr. Gre. pa. cap. 5.

DE Ecclesiis quæ inter cohæredes sunt diuisæ cons randum est, quatenus si secundum prouidentiam admonitionem episcopi ipsi cohæredes eas voluerint nere, & honorare faciant. Sin autem hoc contradixer in episcopi potestate maneat, vtrum eas ita consistere mittat, aut reliquias inde auferre velit.

De Ecclesiis inter hæredes diuisis. Cap. XLII.

Ex cõcil. Mediomatricis, cap. 1.

PErlatum est ad sanctam synodum, quòd inter hæ Ecclesiæ in rebus propriis constitutæ diuidantur tanta per eandem diuisionem simultas oriatur, vt de altari quatuor partes fiant, & singulæ partes, singulo beant presbyteros, quod sine discordia & simultate modo fieri potest. Vnde nobis visum est, quòd huiusce Ecclesiæ inter hæredes diuidi non debeant, & si in con tionem venerint, & simultates inter eos surrexerint, quas sacerdos suo ibi officio canonicè fungi nõ possit cipiatur ab episcopo ciuitatis vt nullo modo ibi Missa solennia celebrentur, donec illi ad concordiam redeant pari voto atque cõcilio Ecclesia illa sacerdotem cano habeat, qui liberè suum ministerium ibi peragere possi

Vt singuli presbyteri singulas habeant Ecclesias Caput XLIII.

Ex decr. Dionysii pa. ca. 4.

DE Ecclesiis ergo parochianis, vnde apostolicã sed consulere voluisti, qualiter sint custodiendæ ac di dendæ sacerdotibus, nihil tuæ charitati melius nobis v tur intimare, quàm vt sequaris, quod nos in Romana Ec sia nup egisse cognoscitur. Ecclesias verò singulas sing

presbyteris dedimus, & vnicuique ius proprium habere statuimus, ita videlicet, vt nullus alterius parochiæ terminos, aut ius inuadat, sed vnusquisque suis terminis sit contentus, & taliter Ecclesiam & plebem sibi commissam custodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc quoque normam, charissime, te, & omnes episcopos sequi cõuenit, & quod tibi scribitur, omnibus quibuscunq; potueris notum facias, vt non specialis, sed generalis fiat ista præceptio.

De eadem re. Cap. XLIIII.

VNVSQVISQVE presbyter Ecclesia vna ad quã ordinatus est, contentus sit, & nullus in duabus Ecclesijs ministrare præsumat. *Ex cõcil. Remensi, cap. 2.*

De eadem re. Cap. XLV.

SIcut in vnaquaque Ecclesia presbyter debet esse, ita ipsa Ecclesia quæ sponsa, vel vxor eius dicitur, non potest diuidi inter plures presbyteros, sed vnum tãtummodo habebit sacerdotem, qui eam castè & synceriter regat. Vnde interdicimus, vt nullus præsumat Ecclesiam inter duos vel plures diuidere: quia Ecclesia Christi vxor & sponsa debet esse non scortum, sicut Calistus papa testatur. *Ex eodẽ concil. ca. 8.*

Vt vnusquisque presbyter vna Ecclesiæ contentus sit. Cap. XLVI.

STATVTVM est, vt vnaquæque Ecclesia suũ presbyterum habeat, vbi id fieri facultas prouidente episcopo permiserit. *Ex eodẽ, cap. 11.*

De eadem re. Cap. XLVII.

SIcut enim episcopus non plus potest habere quã vnam ciuitatem, & vir vnam vxorem, ita presbyter vnã tantùm Ecclesiam. Itaque nullus presbyter plures præsumat habere Ecclesias, si de statu suo gaudere desiderat. *Ex cõcil. Hãnetẽsi, cap. 3.*

De eadem re. Cap. XLVIII.

SI quis de ordine sacerdotali contẽptu minoris Ecclesiæ ambitiosè & improbè ad potiorẽ aspirauerit, canonica erga eũ definitio cõseruetur, hoc est, vt vrisq; careat. *Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 10.*

De eadem re. Cap. XLIX.

Ex decr. Caliſt. papæ, ca. 4.

QVoniam ſicut alterius vxor, nec adulterari ab quo, vel iudicari aut diſponi, niſi à proprio viro viuente permittitur, ſic nec vxor epiſcopi, presbyteri, quæ eius Eccleſia vel parochia indubitater telligitur, eo viuente, ab altero diiudicari vel diſponi, eius concubitu frui permittitur. Vnde ait Apoſtolus: Alligata eſt vxor legi, quandiu vir eius viuit. Eo verò defecto, ſoluta eſt à lege viri. Similiter & Eccleſia, quæ vxor cerdotis dicitur, eo viuente ei alligata eſt. Eo verò defecto nubat in domino, id eſt, regulariter. Si enim eo viuente alteri nupſerit, adultera iudicabitur.

De ordinibus ſacris. Cap. L.

Ex epiſtola Iſidori

DOmino ſancto, meritisq; beato fratri Lantfredo ſcopo, Iſidorus epiſcopus. Perlectis ſanctitatis teris, gauiſus ſum quòd optatam ſalutem tuam earũ tu cognoui. De his autẽ quæ in ſequentibus inſinuare quii tui ſermo ſtuduit, gratias ago Deo, quòd ſolicitud officii paſtoralis tibi impẽdis, qualiterq; eccleſiaſtica ficia ordinentur perquiris. Et licet omnia prudentiæ ſint cognita: tamen quia affectu fraterno me conſulis, parte qua valeo, expediam: & de omnibus Eccleſiæ gradibus, quid ad quẽliber pertineat, eloquar. Ad pſalmiſta pertinet officium canendi, dicere laudes, reſponſoria, quicquid pertinet ad cantandi peritiam. Ad oſtiarium nanque pertinent claues Eccleſiæ, vt claudat & aperiat templum Dei, & omnia quæ ſunt intus, extraque cuſtodiat, fideles recipiat, excommunicatos & infideles excipiat. Ad lectorem pertinet lectiones pronunciare, & ea quæ prophetæ vaticinarint populis prædicare. Ad exorciſtam pertinet, exorciſmos memoriter retinere, manusq; ſuper energumenos & catechumenos in exorcizando imponere. Ad acolytum pertinet, præparatio luminariorum in ſecrario. Ipſe cereum portat, ipſe ſuggeſta pro Euchariſtia calicis præparat. Ad ſubdiaconum pertinet, calicem & patenam ad altare Chriſti deferre, & leuitis tradere, eaque miniſtrare: vrceolũ quoque & aquamanile, & mantergium tenere, epiſcopo, presbytero, & leuitis pro lauandis ante altare manibus coram præbere. Ad diaconum pertinet, adſiſtere ſacerdotibus, & miniſtrare in omnibus

quæ aguntur in sacramentis Christi, in baptismo scilicet, in chrismate,& patena,& calice,oblationes quoq; inferre,& disponere in altari:componere etiam mẽsam domini atque vestire,crucem ferre, & prædicare Euangelium & Apostolum.Nam sicut lectoribus vetus testamentum, ita diaconibus nouum prædicare preceptũ est. Ad ipsum quoque pertinet officium precum,& recitatio nominum. Ipse præmonet aures ad dominum, ipse hortatur orare, ipse clamat,& ipse pacem annunciat. Ad presbyterum pertinet,sacramẽtum corporis,& sanguinis domini in altari Dei conficere,& orationem dicere,& benedicere dona Dei. Ad episcopum pertinet,basilicarum cõsecratio, vnctio altaris,& confectio chrismatis. Ipse prædicta officia,& ordines ecclesiasticos distribuit. ipse sacras virgines benedicet: & dũ præcessit vnusquisque in singulis,hic tamen est præordinator in cunctis.Hi sunt ordines ac ministeria clericorum,quæ tamen authoritate põtificali in archidiaconi cura & primicerii,ac thesaurarii solicitudine diuiduntur. Archidiaconus enim imperat subdiaconis& leuitis,ad quem ista ministeria pertinent. Ordinatio vestiendi altare ad leuitas,cura incensi,& sacrificii necessaria solicitudo,quis leuitarum Apostolum & Euangelium legat,quis preces dicat,seu responsoriũ in dominicis diebus aut solennitatum decantet, solicitudo quoque parochianorum & ordinatio,& iurgia,ad eius pertinent curã. Præparandas diocœsanas basilicas, ipse suggerit sacerdoti.Ipse inquirit parochias cum iussione episcopi, & ornamenta,vel res basilicarum parochianarum,gesta libertatũ ecclesiasticarum episcopo idem refert, collectã pecuniam de communione ipse accipit,& episcopo defert, & clericis partes proprias idem distribuit.

De Ecclesiis, seu sanctis nouiter inuentis. Cap. LI.

DE Ecclesiis,seu sanctis nouiter sine authoritate inuentis,nisi episcopo probãte,in cuius territorio est, minimè venerentur,salua etiã de hoc, & de omnibus Ecclesiis canonica authoritate. *Ex cõcil. Agrippinensi, cap.5.*

Vt vnaquæque Ecclesia mansum integrum habeat sine seruitio. Cap. LII.

SAncitũ est,vt vnicuique Ecclesiæ vnus mansus integer absque vllo seruitio attribuatur, & presbyteri in eis Ex cõcil. Vvomar. cie. ca. 18

constitui,non de decimis,neque de oblationibus fideli
non de domibus,neq; de atriis,vel hortis, iuxta Eccles
positis,neque de præscripto manso aliquod seruitium f
ciant præter ecclesiasticum: & si aliquid amplius hab
rint,inde senioribus suis debitum seruitium impenda

Vt nullus de dote Ecclesiæ,vel de manso presbyterum censum persoluere cogat. Cap. LIII.

Ex cõcil. Meldẽsi, cap.8.

IVXTA synodalica præcepta decreuimus, vt null
mortalium de agro ecclesiastico,& manso ac man
piis,vel si quilibet pro loco sepulturæ aliquid largitus f
rit Ecclesiæ, neque de decimis & oblationibus fideli
quenquam presbyterorum aliquem cẽsum persoluere c
gat,nec quisquam cuiuslibet ordinis aut dignitatis,er
de quicquam subtrahat,& redhibitionem quancunq; e
gat temporalem. Quod si fecerit,communione vsque
satisfactionem priuetur.

De altaribus,quæ passim fiunt per agros. Cap. LIIII.

Ex cõcil. Africano,ca.50

ITEM placuit,vt altaria quæ passim per agros,& p
vias tanquam memoriæ martyrum constituuntur,
quibus nullum corpus, aut reliquiæ martyrum condi
probantur,ab episcopis, qui locis eisdem præsunt, si fie
potest,euertantur. Si autem hoc per tumultus popula
non sinitur,plebes tamen admoneantur, ne illa loca fr
quentent,vt qui rectè sapiunt, nulla ibi superstitione d
uincti teneantur:& omnino nulla memoria martyrũ pr
babiliter accipiatur,nisi aut vbi corp⁹,aut aliquæ relic
certæ sunt,aut origo alicuius habitationis, vel possessi
nis,vel passionis,fidelissima origine traditur. Nã quæ p
somnia,& per inanes quasi reuelationes quorumlibet h
minum vbicunque constituuntur altaria,omni modo r
probentur.

Vt martyrum dignitatem nullus profanus infamet. Cap. LV.

Ex cõcil. Carthagi.ca.3.

MArtyrum dignitatem nemo profanus infamet, ne
passiua corpora,quæ sepulturæ tantùm propter m
sericordiam ecclesiasticam commendari mandatũ est re
digant,vt aut insania præcipitatos,aut tali peccato disce
tos,non ratione vel tempore competenti quo martyria c
lebrantur,martyrum nomen appellent. At si qui in imi

riam martyrum,claritati eorum adiungant insaniam, placet eos si laici sunt, ad pœnitentiam redigi: si autem sunt clerici,post commonitionem honore priuari. Vniuersi dixerunt:Rectè stabit sanctitas vestra. Hoc & singulis conciliis statutum est.

Vt missarum solennia non vbique,sed in locis ab episcopo consecratis fiant. Cap. LVI.

Ex cõcil. Triburiẽsi,cap. 4.

MIssarum solennia,non vbique, sed in locis ab episcopo consecratis,vel vbi ipse permiserit, celebranda esse censemus. Concedimus etiam, vt si cubi, quod nostris peccatis exigentibus perplurimum est factum,à Nordmānis, & à Slauis, & ab Vngaris, & à malis Christianis, seu alio qualicunque modo Ecclesiæ fuerint incensæ & combustæ,in cappellis cum tabula consecrata, Missas interim celebrare permittimus, donec ipsæ Ecclesiæ restaurari queant. In itinere verò positis, si Ecclesia defuerit,vt sub dio seu in tentoriis item si tabula altaris consecrata, cæteráque sacra mysteria ad id officium pertinentia adfuerint,Missarum solennia celebrare concedimus,aliter omnino interdicimus.

De Missa non celebranda,nisi in sacrato loco. Cap. LVII.

Ex decr. Felicis 4. papæ omnibus Episcopis missis.

SCRIPTA sanctitatis vestræ,quæ ad sedem apostolicam misistis super quibusdam consultis,quasi ad caput,vt inde acciperetis responsa,vnde omnis Ecclesia totius religionis sumpsit exordium,gratanter suscepi,& breuiter vobis respondere curaui. De Ecclesiarum enim cõsecratione,& de Missarum celebrationibus non aliubi, q̃ in sacratis domino locis absque magna necessitate fieri debet,liquet omnibus quibus sunt nota noui & veteris testamenti præcepta. Tabernaculum verò Mosen domino præcipiente fecisse,& sacrasse cum mensa & altari eius,& æreis vasis,& vtensilibus,ad diuinum cultum explendum legimus,& nõ solùm diuinis precibus,ea sacrasse, sed etiã sancti olei vnctione domino iubente perliniſſe nouimus. Qualiter autem hæc facta sunt,& nõ alii ipsa sacra quàm sacerdotes sacra vnctione deliburi, dominoq; cum vestibus sanctis sacrati & leuitæ tractabant,ferebant,erigebãt, & deponebant,in ipsis institutionibus quæ iubente domino per Mosen conscriptæ sunt in lege domini reperitur.

Qualiter ergo Dauid regum piissimus ampliauerat cultū Dei, & templum domini ædificare voluit, sed propter multum sanguinem quē effuderat, prohibitus est, & ipse congregerat expensas. Salomon quoque filius eius idipsum quod ipse facere opotauerat, iubente & auxiliāte domino, perfecit, & templum cum altari, & reliqua ad diuinum cultum peragendum consecrauit.

De eadem re. Cap. LVIII.

Ex epist. Felicis 4. papæ omnibus Episcopis missa.

IVdæi ergo loca in quibus domino sacrificabant diuinis habebant supplicationibus consecrata, nec in alio quàm Deo dicatis locis munera domino offerebant. Sic nim Iudæi, qui vmbræ legis deseruiebant hæc faciebant multo magis quibus veritas parefacta est, & gratia, & veritas per Iesum data est, templa domino ædificare, & parare ut melius possumus ornare, eaque diuinis precibus & sanctis vnctionibus suis cum altaribus & vasis, vestibus quoque & reliquis ad diuinum cultum explendum vtensilibus deuotè & solenniter sacrare, & nō in aliis locis, quàm in domino sacratis ab episcopis, & non à chorepiscopis qui sæpe prohibiti sunt, nisi, vt prædictum est, summa et gente necessitate, Missas celebrare, nec sacrificia domino offerre debemus. Et hoc, nisi summa necessitas agere compulerit, non in domibus: quia in sacris canonibus sacrificia in domibus offerri prohibita sunt, sed in tabernaculis diuinis precibus à pontificibus dicatis, & in mēsis domino sacratis, & sacra vnctione à pontificibus deliburata pro summa, vt præfixum est, necessitate. & non pro libito cuiusquam, & pigritia agatur Satius est missam non cantare, aut non audire, quàm in his locis, vbi fieri non oportet fore, nisi, vt sæpe dictum est, pro summa contingat necessitate: quoniam necessitas legem non habet Vnde scriptum est: Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quæ videris sed in loco quem elegerit dominus Deus tuus. Et in Exodo legitur: Vos vidistis, quia de cœlo loquutus sum vobis: Nō facietis deos argēteos, nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi & offeretis super illud holocausta, & pacifica vestra. Oues vestras in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei. Et sicut nō alii q̄ sacerdotes domino sacerdotes debēt Missas cantare, nec sacrificia

per altare offerre, sic nec in aliis, quàm in præfatis domino sacratis locis Missas cantare, aut sacrificia offerre licet. Si autē legitur in concilio Laodicensi capite XXVI. Quòd hi qui non sunt ab episcopis ordinati, tam in Ecclesiis, quàm in domibus exorcizare non possunt, multò magis maioris gradus ministeria, nisi ab eis, qui ad eos gradus sunt sacrati, quibus fungi debent, vel officia agi, vel sacrificia offerri non licet. Quod autem, vt paulò superius prælibatum est, oblationes in domibus offerri non debent in eodem cōcilio, cap. LIX. prohibitum habetur ita. Non oportet in domibus oblationes celebrari ab episcopis vel presbyteris. Solennitates verò dedicationum Ecclesiarum & sacerdotum, per singulos annos solenniter sunt celebrandæ, ipso domino exempla dante, qui ad festū dedicationis templi, omnibus id faciēdum dans formam, cum reliquis populis eandem festiuitatē celebraturus venit, sicut scriptum est: Facta sunt encœnia Hierosolymis, & hyems erat, & ambulabat Ie sus in tēplo in porticu Salomonis. Quòd autē octo dierum sint Encœnia celebranda, in libro Regum peracta dedicatione tēpli reperietis. De ecclesiarum verò consecratione quoties dubitatur, & nec certa scriptura, nec certi testes existunt, à quibus cōsecratio sciatur, absque vlla dubitatione scitote eas esse sacrandas, ne talis trepidatio faciat deteriorationē: quoniā non monstratur esse iteratum, quod nescitur factum. His fratres testimoniis scripturarum, ab apostolica authoritate consultis vestris breuiter respōdisse sufficiat: vobis tamen præuidendum est, & omnibus prædicandum, vt illicita non agantur.

Quòd non liceat Missas celebrare, nisi in locis ab episcopo ciuitatis consecratis.
Cap. LIX.

HIC ergo, hoc est, in præsenti vita positos oportet vos agnoscere voluntatem & præceptum Dei, vbi & agendi, & sacrificandi sit locus: quoniā in aliis locis sacrificare, & missas celebrare nō licet, nisi in his in quibus episcopus proprius iusserit, aut ab episcopo regulariter ordinato, tenēte videlicet ciuitatē, consecrati fuerint. Aliter enim non sunt hæc agenda, nec ritè celebrāda, docēte nos *Ex decr. Clemētis papæ. ca. 22.*

nouo & veteri teſtamento. Hæc à domino Apoſtoli acc-
perunt,& nobis tradiderunt: hæc nos docemus, vobisq-
& omnibus abſque reprehenſione tenere, & docere, q-
bus agendum eſt,mandamus.

De eadem re. Cap. LX.

Ex cõcil. Laodicẽſi cap.58.

QVOD non oporteat in domibus oblationes cel-
brari,ab epiſcopis vel presbyteris.

De eadem re. Cap. LXI.

Ex cõcil. Aurelia. cap.4.

AVdiuimus quòd quidam laici in domibus propri-
præcipiãt presbyteris ſuis Miſſas celebrare, & in-
canum diſcurſus,&ſcortorum greges,ſanctitatis myſter-
polluantur magis quàm conſecrentur.Quapropter pra-
pimus,vt nullus presbyter extra Eccleſiã præſumat Mi-
ſam cantare,niſi fortè itineris neceſſitas expoſcat,in te-
torio aut ſub dio,in loco nitido, & longè ab omni immu-
dicia remoto,Miſſas celebrare permittimus,& hoc nulli-
tenus ſine tabula conſecrata

De reparatione Eccleſiæ. Cap. LXII.

Ex epiſt. Vigily papæ.

DE fabrica verò cuiuſlibet Eccleſiæ, ſi dirupta fuer-
inſtaurandã,& ſi in eo loco conſecrationis ſolenni-
tas debeat iterari,in quo ſanctuaria non fuerint,nihil in-
dicamus officere, ſi per eam minima aqua exorcizata in-
ctetur:quia cõſecrationem cuiuſlibet Eccleſiæ,in qua ſpi-
ritus ſancti ara non ponitur, celebritatem tantùm ſcimus
eſſe Miſſarum. Et ideo ſi qua ſanctorum baſilica à fundã-
mentis etiam fuerit innouata,ſine aliqua dubitatione, q-
in ea Miſſarum fuerit celebrata ſolennitas, totius ſanc-
ficatio conſecrationis implebitur.Si verò ſanctuaria qua-
habebat,ablata ſunt,rurſus eorũ repoſitione, & Miſſaru-
ſolennitate reuerentiam ſanctificationis accipiet.

Vt ante horam diei tertiam non ſint Miſſæ celebrandæ. Cap. LXIII.

Ex epiſt. Teleſpho ri papæ, cap.6.

MIſſarum celebrationes ante horam diei tertiam mi-
nimè ſunt celebrãdæ:quia eadem hora & dominu-
crucifixus,& ſuper apoſtolos ſpiritus ſanctus deſcendiſ-
legitur,excepta nocte ſanctæ natiuitatis.

Vt pro fidelibus defunctis singulis diebus Missas celebrare liceat. Cap. LXIIII.

VIsum præterea nobis est, vt in omnibus Missarum solennibus pro defunctorum spiritibus loco competenti dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro viuentibus & pro quibuslibet necessitatibus dominus deprecetur, ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fideliũ preces domino in Missarum solennibus fundantur. Antiquitus igitur hunc morem sancta tenet Ecclesia, vt & in Missarum solennibus & aliis precibus domino spiritus quiescentium commendẽtur, dicente beato Augustino: Non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana & catholica societate laudamus. Defunctos etiam tacitis nominibus eorum sub generali commemoratione suscepit Ecclesia, vt quibus ad ista desunt parentes, aut filij, aut quicunque cognati vel amici, ab vna eis exhibeatur pia matre communi.

Ex cõcil. Cabillon. cap. 39.

Vt Missa mortuorum pro omnibus Christianis sit cantanda. Cap. LXV.

DIonysius Areopagita dicit blasphemias Deo facere, qui Missas offert pro malo homine. Augustinus dicit pro omnibus Christianis esse faciendum, quia vel eis proficit, aut offerentibus, aut petentibus proderit.

Ex dictis Dionysii Areop. & Augustini.

Vt institutiones Missarum sicut in metropoli fiunt, sic & in reliquis comprouincialibus Ecclesiis. Caput LXVI.

VT institutiones Missarum sicut in metropolitana Ecclesia fiunt ita in Dei nomine in omnibus comprouincialibus Ecclesiis, tam ipsius Missæ ordo, quàm psallẽdi, vel ministrandi consuetudo seruetur.

Ex cõcil. Gerũdẽ. cap. 6.

Vt preces & præfationes quæ in concilio probatæ non fuerint, non celebrentur. Cap. LXVII.

PLacuit etiam hoc, vt preces quæ probatę fuerint in cõcilio, siue præfationes, siue commendationes, seu impositiones manus ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omnino contra fidem proferantur, sed quæcunque cum prudentioribus fuerint collatæ dicantur.

Ex cõcil. Africano. ca. 64

Vt nullus presbyter solus Missam cantare præsumat.
Caput LXVIII.

Ex cõcil. Hänetẽsi, cap. 30.

DEfiniuit sanctum concilium, vt nullus presbyter solus præsumat Missam cantare. Cui enim dicit, Dominus vobiscũ, aut sursum corda, aut gratias agamus domino Deo nostro, cùm nullus sit qui respõdeat? Aut in quem none, & omnium circumadstantium, quum nemo sit? Aut quem inuitat ad orationẽ, cùm dicit: Oremus, quum nullus sit qui secum oret? Aut ergo ista penitus reticẽda sunt & non solùm non erit perfectum sacrificium, verumetiam incurret quisquis ille est illam terribilem sententiam, quis tulerit de hoc, tollat Deus partem eius de libro vitæ aut si hæc muris & parietibus insusurrauerit, ridiculosus erit. Quapropter illa periculosa superstitio maximè à monasteriis monachorum exterminanda est. Præuideant autem prælati, vt presbyteri in cœnobiis & in aliis Ecclesiis cooperatores habeant in celebratione Missarum. Si quis hæc transgressus fuerit, ab officio suspendatur.

Incipiunt decreta secundi Pelagij papæ, successoris Benedicti, & antecessoris Gregorij papæ.

De præfationibus quas sancta Romana Ecclesia & collaudauit, & firmiter tenet. Cap. LXIX.

Ex decre. Pelagij papæ.

PElagius Romanæ Ecclesiæ & apostolicæ sedis episcopus, vniuersis Germaniarum atque Galliarum regionum episcopis. Quum in Dei nomine in Romana Ecclesia synodum episcoporum siue cæterorum consacerdotum Dei fidelium congregatam habuissemus, & de Ecclesiasticis statutis, vt sunt ab apostolis & à sanctis patribus tradita, diligentius tractaremus, superuenere literæ vestræ & vt magis essent autoritatiuę, etiam viuæ voces protulerunt, rogantes vt ordinem præfationum quẽ sancta Romana Ecclesia hactenus haberet, nostris literis vobis mandaremus. Tunc de vestra voluntate & studio tam bono multum gauisi sumus, sacrum ordinem Romanum, eraque constituta nostrorum antecessorum solerter regentes, inuenimus has nouem præfationes in sacro can-

logo tantummodo recipiendas, quas longè retro vetustas, in Romana Ecclesia hactenus seruauit. Id est, vnam in albis Paschalibus. Aliam de Ascensione domini. Tertiam de Pentecoste. Quartam de Natali domini. Quintam de Apparitione domini. Sextam de Apostolis. Septimam de sancta Trinitate. Octauam de Cruce. Nonam de ieiunio in Quadragesima tantummodo dicendam. Has præfationes tenet & custodit sancta Romana Ecclesia. Has tenendas esse vobis mandamus.

De sacerdotibus Missarum tempore si ægritudinis aliquis euentus accesserit. Cap. LXX.

Ex cõcil. Toletã. 8 cap. 2.

NIhil contra ordines statutum temeritatis ausu præsumatur, neque illa quę summa veneratione censentur, vel minimo præsumptionis tactu soluantur, quum adhuc tantùm fieri iussa sunt, nec interrupta noscuntur, ne languoris prouentu, robore salutis natura priuetur. Non ergo solùm fragilitati consulitur humanæ, sed etiam sacris mysteriorum Dei, prouidentur habere solicitudinem. Censuimus igitur conuenire, vt quum à sacerdotibus Missarum tempore sancta mysteria consecrantur, si ægritudinis accidat quilibet euentus, quo cœptum nequeat consecrationis expleri mysterium, sit liberũ episcopo vel presbytero, vt alter cõsecrationem expleat officij cœpti. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysteriis competit, quàm aut incipientis aut subsequentis complenda benedictione sacerdotis, quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Quum enim simus omnes vnum in Christo, nihil contrarium diuersitas format, vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei repræsentat. Quod etiam consultum cuncti ordinis clerici inditum vel indultum esse sibi non ambigant, sed vt pręmissum est, præcedentibus statim alij pro complemento succedant. Ne tamẽ quod naturæ languoris causa consulitur, in præsumptionis perniciem conuertatur, nullus post cibum potumque siue quodlibet minimum sumptum Missas facere, nullúsque absque patentis prouentu molestiæ minister vel sacerdos cùm cœperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si quis hæc temerare præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

De eadem re. *Cap. LXXI.*

Ex decre. Anacleti papæ.

SAcerdotes quando sacrificant, non soli hoc agere debent, sed testes secum habeant, vt Deo perfectè in sacratis domino locis sacrificare probentur. Ait namque autoritas legis diuinæ: Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegerit dominus Deus tuus.

De presbyteris qui dæmonibus variisque passionibus vexantur, quòd illis sacra tractare non liceat.

Caput *LXXII.*

Ex decre. Py papæ. cap. 6.

BEne siquidem maiorum regulis definitum est, vtdæmoniis aliisque passionibus irretitis, mysteria sacra tractare non liceat. Cui præcepto, consensu rationis adhibito, id communiter definiuimus, vt nullus de his qui aut in terram arrepti à dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscussi se diuinis ingerant sacramentis, exceptis illis qui corporum incommoditatibus dediti, sine huiusmodi passionibus in terram approbantur elisi. Qui tamen & ipsi tamdiu erunt ab officij sui & ordine & loco suspensi, quousque vnius anni spacio, per discretionem episcopi inueniantur ab incursu dæmonum alieni.

De eadem re. *Cap. LXXIII.*

Ex decre. Sotheris papæ, cap. 8.

VT illud diuini oraculi monentis singuli præcaueant quo scribitur: Væ soli, quia quum ceciderit, non habet subleuantem: summopere verendum est nobis & cauendum, ne horis illis atque temporibus quibus dominus psallitur, vel sacrificatur, vnicuique diuinis singulariter officiis insistenti, pernicioſa passio vel corporis quælibet valetudo occurrat, quæ aut corpus subitò subrui faciat, aut mentem alienatione vel terrore confundat. Pro huiusmodi ergo ausibus præcauentes, necessarium duximus instituere, vt vbi temporis vel loci, siue cleri copia suffragatur, habeat quisquis ille canens Deo atque sacrificans post se vicini solaminis adiutorem: vt si aliquo casu ille qui officia impleturus accedit turbatus fuerit, vel ad terram elisus, à tergo semper habeat qui eius vicem exequatur intrepidus, & officium inceptum adimpleat.

De presbyteris qui soli Missas solent celebrare.
Caput LXXIIII.

HOc quoque statutum est, vt nullus presbyterorum Missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus sibique respondentibus ipse tertius habeatur: quia quum pluraliter ab eo dicitur: Dominus vobiscũ, & illud in secretis: Orate pro me, aptissimè conuenit, vt & ipsius respondeatur salutationi. *Ex eodẽ, cap.10.*

De illis qui coniugati presbyteri oblationes spreuerint. Cap. LXXV.

SI quis decernit presbyterum coniugatum tanquam occasione nuptiarum quòd offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo se abstinet, anathema sit. *Ex cõcil. Agathẽ. cap.8.*

Vt presbyteri communicent quotiescunque Missas celebrauerint. Cap. LXXVI.

DIctum est nobis, quòd quidam presbyteri celebrata Missa detrectantes ipsi sumere diuina mysteria quæ consecrarunt, calicem domini mulierculis quæ ad Missas offerunt tradant, vel quibusdam laicis qui diiudicare corpus domini nesciunt, id est, discernere inter cibum spiritalem atque carnalem. Quod quantum sit omni Ecclesiasticæ religioni contrarium, pietas fidelium nouit. Vnde omnibus presbyteris interdicimus, vt nullus in posterum hoc facere præsumat: sed ipse cum reuerentia sumat, & diacono aut subdiacono qui ministri sunt altaris colligẽdatradat. Illud etiam attendat, vt eos propria manu communicet. Nulli autem laico aut fœminæ Eucharistiam in manibus ponat, sed tantùm in os eius cum his verbis ponat: Corpus domini & sanguis, profit tibi ad remissionem peccatorũ, & ad vitam æternam. Si quis hæc transgressus fuerit, quia Deum omnipotentem contemnit, & quantum in ipso est inhonorat, ab altari remoueatur. *Ex cõcil. Romana. cap.2.*

De eadem re. Cap. LXXVII.

PEracta autem consecratione omnes communicent qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim & apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia. Et si hoc neglexerint, degradentur. *Ex epist. Anacleti papæ, cap.12.*

De eadem re Cap. CXXVIII.

Ex conci. Aurelia. cap. 10. AVditum est aliquos presbyteros Missam celebrare & non communicare, quod omnino in canonibus apostolorum interdictum esse legitur. Vel quomodo licere rectè potest si non cõmunicauerit, Sumpsimus domine sacramenta? &c.

De eadem re. Cap. LXXIX.

Ex eodẽ, cap. 11. SI quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, vel quilibet ex sacerdotali catalogo facta oblatione non communicauerit, aut causam dicat: & si rationabilis fuerit, veniam consequatur, aut si non dixerit, communione priuetur, tanquam qui populo causa læsionis extiterit.

Vt in Ecclesia nihil aliud agatur nisi id ad quod facta est. Cap. LXXX.

Ex dictis Augusti. IN oratorio præter orandi & psallendi Deo cultum primitus nihil agatur, vt nomini huic & operi iugis impensa concordent.

De eadem re. Cap. LXXXI.

Ex dictis Benedicti. ORatorium hoc sit quod dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur aut condatur, quàm diuinis ministeriis conueniat.

De eadem re. Cap. LXXXII.

Ex cõcil. Laodicẽ. cap. 28. QVòd non oporteat in domiciliis diuinis, id est, in Ecclesiis agapen fieri, nec intra domum Dei comedere, vel accubitus sternere.

Vt nullus in Ecclesia conuiuetur. Cap. LXXXIII.

Ex conci. Cartha. cap. 28. VT nulli episcopi vel clerici in Ecclesia conuiuentur, nisi fortè transeuntes hospicij necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiuiis, quantum fieri potest, prohibeantur.

Vt nullus in Ecclesia tabernas constituat. Caput LXXXIIII.

Ex concil. Turonẽ. cap. 2. PErlatum est ad sanctam synodum, quod quidam presbyteri in Ecclesiis sibi commissis tabernas, quod ne-

fas est, constituant, sibíque per caupones vinum vendant, aut vendere permittant, & vbi tantummodo orationes & verbum diuinum, Deique laus debuerit resonare, ibi comessationes & ebrietates fiant, ibi risus & plausus & verba turpia, ibi rixę & contentiones resultēt. Quod quàm sit Deo contrarium, dominus Iesus demonstrat. Qui quum inuenisset in templo vendentes & ementes, & nummularios sedentes, facto funiculo de resticulis, omnes eiecit de templo. Si enim ea quæ licitè vendi videbantur in templo, & ad hoc emebantur, vt in eodem templo offerrentur domino, ipse foras eiecit, quid putas de tam pestifera præsumptione & Dei contemptu fiet? Et si nō solùm sacerdotibus sed etiam omnibus clericis præcipitur, ne tabernas ingrediantur: quis audire potest, vt Ecclesiæ Dei tabernæ fiant? Itaque interdicit per omnia synodus, ne hoc in posterum vllatenus fiat. Quod si factum fuerit, presbyter deponatur, laici communione priuati ab Ecclesia, quam dehonestauerunt, expellantur.

De eadem re. Cap. LXXXV.

SI enim domus Dei orationis domus vocatur, hoc debet esse quod dicitur: nec ibi aliud debet geri aut recondi. Vbi enim corpus domini consecratur, ibi angelorum præsentia non dubitatur adesse. Vbi sanctorum reliquiæ reconditæ venerantur, ne quid inhonestum appareat, quod oculos ad orationem venientium offendat, ne quid ibi videatur quod ad lucrum temporale pertineat: sed omnia sancta, omnia munda, & tantummodo ad Ecclesiasticum ministerium pertinentia. *Ex eodē, cap. 3.*

Vt vnicuique in domo sua orare liceat. Caput LXXXVI.

VNicuique fidelium in domo sua oratorium licet habere, & ibi orare, Missas autem ibi celebrare non licet. *Ex cōcil. Aurelia no, ca. 3.*

Vt canticum turpe circa Ecclesias non fiat. Cap. LXXXVII.

CAnticum turpe atque luxuriosum circa Ecclesias atque in atriis Ecclesiæ agere omnino cotradicimus, quod vbique vitandum est. *Ex cōcil. Cartha.*

Vt sanctorum reliquiæ in oratoriis villaribus non ponantur. Cap. LXXXVIII.

Ex cõcil. Epaonẽsi cap. 25. SAnctorum reliquiæ in oratoriis villaribus non ponantur, nisi forsitan clericus cuiuscunque parochiæ vicinus esse contingat, qui sacris pignoribus psallendi frequentia famuletur.

Vt sedes episcopalis si necesse fuerit in alium locum transferatur. Cap. LXXXIX.

Ex regi. Greg. ad Ioannem Billitran. episcopũ. TEmporis qualitas admonet, episcoporũ sedes antiquitus certis ciuitatibus constitutas, ad alia quæ securiora putamus, eiusdem diœceseos loca transponere, quo & habitatores nunc degere, & Barbaricum possit periculum facilius declinari. Propterea te Ioannem fratrem coëpiscopumque nostrum Billitranensis ciuitatis, sedemque tuam in loco qui appellatur Renati ad sanctum Andream apostolum præcepimus exinde transmigrare, quatenus & ab hostilitatis incursu liberior existere valeas, & illic consuetudinem solennium festorum disponas.

De mutandis sanctis locis. Cap. XC.

Augustin. dicit. TRibus causis loca sanctorum transmutanda sunt. Primò, cùm necessitas persequutorum loca eorum grauauit. Secũdò, quum difficultas locorum fuerit. Tertiò, quum malorum societate grauantur.

Quòd translatis martyribus, honor interdum cum illis migret, interdum in loco permaneat. Caput XCI.

Ex dictis Hieron. NOtandum quum transmutantur alijqui de martyribus, cum his honor commigrat: aliis verò transmutatis honor in locis eorum esse non cessat.

Quòd sanguis martyrum consecret locum, non locus sanguinem. Cap. XCII.

Ex dictis Augustin. SAnguis martyrum consecrat locum, non locus sanguinem. Si aliquis dixerit, mea est Ecclesia: dices illi, quod in Cantico legitur: Vna est columba mea, & vnus est dilectus meus. Et dices illi: Aptum est filium occidi in sinu matris, & nutricis suæ? Tamen scias nutricem tantùm pollutam, & pro hac pollutione consecratam, filium autem mortuum esse.

Quid sit basilica. Cap. XCIII.

BAsilion Græcorum rex erat. Hinc & basilica regalis, quia in primis temporibus reges tantùm sepeliebantur in ea, ideo nomen sortita est. Nam nunc temporis cæteri homines, siue igni combusti, siue aceruo lapidum sepulti sunt. *Ex dictis S. Isidor.*

De illis qui domum Dei contemptibilem faciunt. Caput. XCIIII.

SI quis docet domum Dei contemptibilem esse, & conuentus qui in ea celebrantur, anathema sit. *Ex cõcil. Gãgren. cap. 5.*

De eadem re. Cap. XCV.

SI quis extra Ecclesiam seorsum conuentus celebrat, & despiciens Ecclesiam, ea quæ sunt Ecclesiæ voluerit vsurpare, non conueniente presbytero iuxta decretum episcopi, anathema sit. *Ex eodẽ. cap. 6.*

Vt calix & patena ex auro aut ex argento fiat. Caput XCVI.

VT calix domini cum patena, si non ex auro omnimodis, ex argento fiat. Nec causentur presbyteri auaritia suadente de paupertate, vel impossibilitate, cùm quarta pars ex omnibus quæ ad Ecclesiam pertinent, in fabricis ipsius Ecclesiæ sit impẽdenda. Admonendus est etiam populus vt aliquid in donariis domini offerat, sicut ille antiquus populus sub Mose in tabernaculo domini fecisse legitur. Si quis autem tam pauper est, saltem vel stanneum calicem habeat. De ære autem ex aurichalco non fiat calix, quia ob vini virtutem eruginem parit, quæ vomitũ prouocat. Nullus autem in ligneo calice, aut vitreo præsumat cantare. *Ex cõcil. Remensi, cap. 5.*

De obseruanda mensa Christi. Cap. XCVII.

OBseruandum est, vt mensa Christi, idest, altare vbi corpus dominicum consecratur, vbi sanguis eius hauritur, vbi sanctorum reliquiæ reconduntur, vbi preces & vota populi in conspectu Dei à sacerdote offeruntur, cum omni veneratione honoretur, & mundissimis linteis & pallis diligentissimè cooperiatur, nihilque super eo ponatur, nisi capsæ cum sanctorum reliquiis & quatuor Euangelia. Expleta Missa calix cum patena, & sacramentorum liber, cum vestibus sacerdotalibus in mundo loco sub sera recõdantur. *Ex eodẽ cõcil. ca. 5*

Vt corporale ex purissimo linteo sit, & vnius materiei.
Caput XLVIII.

Ex eodē, cap 3.

CORporale super quod sacra oblatio immolatur, ex mundissimo & purissimo linteo sit, nec in eo alterius generis materia preciosior aut vilior misceatur, & nunquam super altare remaneat, nisi in tempore missæ, sed aut in sacramentorum libro ponatur, aut cum calice & patena in mundissimo loco recondatur: vel quando abluitur à sacerdote, diacono vel subdiacono, primo in Ecclesia in loco à vase ad hoc præparato abluatur, eò quòd ex dominico corpore & sanguine infectum sit. Post hæc à lauandario in nitido loco paretur.

Vt sacrificium altaris non in serico panno aut tincto celebretur. Cap. XCIX.

Ex epist. Eusebii papæ, cap. 51.

HIc inter cætera prædicta consultu omnium constituimus, vt sacrificium altaris non in serico panno, aut tincto quisquam celebrare præsumeret, sed in puro lineo ab episcopo consecrato, terreno scilicet lino procreato atque contexto, sicut corpus domini nostri Iesu Christi in syndone linea munda sepultum fuit.

Vt mulieres ad altare non accedant, & officiis virorum se non intromittant. Caput C.

Ex cōcil. Laodicēsi cap. 43.

QVòd non oporteat mulieres ingredi ad altare, & ea contingere quæ virorum officiis deputata sunt.

De eadem re. Cap. CI.

Ex decr. Gelasii papæ, cap. 16.

NIhilominus impatienter audiuimus, tantum diuinarum rerum subiisse despectum, vt fœminæ sacris altaribus ministrare firmentur, cunctáque non nisi virorum famulatui deputata sexui cui non competit exhibere.

Vt laici iuxta altare non sedeant. Caput CII.

Ex cōcil. Mogūti. cap. 13.

VT laici secus altare quo sancta mysteria celebrantur inter clericos, tam ad vigilias, quàm ad Missas stare vel sedere penitus non præsumant, sed pars illa quæ cancellis ab altari diuiditur, tantùm psallentibus pateat clericis. Ad orandum verò & communicandum laicis & fœminis sicut mos est, pateant sancta sanctorum.

De illis sacerdotibus qui in Ecclesia dum Euangelia leguntur, sedere præsumunt. Caput CIII.

ANastasius episcopus cunctis Germanicis & Burgundiæ regionis episcopis in domino salutem. Exegit dilectio vestra charissimi, vt ex authoritate sedis apostolicæ, vestris deberemus consultis respondere. Et quanuis non prolixè, sed succinctè hoc agere propter quasdam alias occupationes festinaremus: denuo tamen si necesse fuerit ob has vel alias necessitates quasi ad caput mittere charitatiuè non dubitetis: quia vestras preces & nunc & tunc acceptabiles habemus. Significastis enim quosdam sacerdotes in Ecclesia quando Euangelia leguntur sedere, & domini saluatoris verba non stantes sed sedentes audire, & hoc ex maiorum traditione se accepisse narrãtur. Quod nullatenus deinceps fieri sinatis apostolica authoritate mãdamus: sed dum sancta Euangelia in Ecclesia recitantur, sacerdotes & cæteri omnes non sedentes, sed venerabiliter in conspectu Euangelij stantes, dominica verba intentè audiant, & fideliter adorent.

Anasta. 1. papæ, epistol. episcopis Germaniæ ac Burgũd. directa.

Vt nullus calicem, patenam, vel vestimentum sacerdotale in vadium tabernario præstare præsumat.

Caput CIIII.

VT nullus presbyter præsumat calicem, vel patenam, vel pallium altaris, vel vestimentum sacerdotale, aut librum ecclesiasticum tabernario, vel negociatori, aut cuilibet laico vel fœminæ in vadium dare, nisi iustissima necessitate vrgente: quia tanta est sanctitas sacri ministerij, vt salua altioris mysterij intelligentia, etiam per prophetam dominus prohibuerit, ne cum sanctis vestimentis sacerdos procedat ad populum, sed illa intra sancta dimittat, à colloquio diuino rediens. Et cui in tabernas ad bibendum à sacris canonibus ingredi prohibetur, sanctificata sacro ministerio nec ad contingendum immundis: quanto minùs in vadium exhibere debet? Sicut Stephanus sanctus papa & martyr sanctum Hylarium in suis decretalibus docuit.

Ex cõcil. Remẽsi, cap. 11.

Vt nullus calicem, patenam, aut aliqua vasa sacra ad alios vsus facere præsumat. Cap. CV.

NVllus sacerdos seu laicus calicem, aut patenam, aut quælibet vasa sacra & diuino cultui mancipata, ad alios vsus suos retorquere præsumat. Nam quicunque de calice sacro aliud bibit præter Christi sanguinem qui in

Ex cõcil. Aurelia nẽsi, ca. 9.

sacramento accipitur, & patenam ad aliud officium habet quàm altaris ministerium, deterrendus est exemplo Balthazar, qui dum vasa domini in vsus communes assumpsit, vitam pariter cum regno amisit.

Quòd licitum sit episcopis cum consilio cleri de thesauro Ecclesiæ suæ familiæ in necessitate succurrere. Cap. CVI.

Ex cõcil. Auernẽ. cap. 5. LIcitum sit episcopis præsentibus presbyteris & diaconibus de thesauro Ecclesiæ familiæ & pauperibus eiusdem Ecclesiæ, secundum canonicam institutionem iuxta quod indiguerint erogare.

Ne cadauera pallio altaris cooperiantur. Cap. CVII.

Ex eodẽ, cap. 30. NE opertorio dominici corporis, vel altaris non vna quam corpus dum ad tumulũ euehitur obtegatur, aut sacro velamine dũ honorantur corpora, altaria polluãtur.

Ne ad nuptiarum ornatum diuina ministeria præstentur. Cap. CVIII.

Ex eodẽ, cap. 8. NE ad nuptiarum ornatum ministeria diuina præstentur, & dũ improborũ tactu vel pompa secularis luxuriæ polluantur, ad officia sacri mysterij videãtur indigne.

Vt Ecclesia seculari potẽtia minimè peruadatur. Cap. CIX.

Ex cõcil. apostolo. cap. 31. SI quis episcopus secularibus potestatibus vsus, Ecclesiam per ipsas obtineat, deponatur, & segregetur, omnesque qui illi communicant.

De presbyteris qui Ecclesias suas per precium acquisierint. Cap. CX.

Ex cõcil. Mogũti. cap. 5. QVicunque presbyter per precium Ecclesiam fuerit adeptus, quoniam contra Ecclesiasticæ regulæ disciplinam agere dignoscitur, & qui alium presbyterum legitimè ad Ecclesiam ordinatum per pecuniam expulerit, eamque sibi taliter vendicauerit, omnimodis deponatur.

Vt nullus laicus ab Ecclesia sua presbyterum eiicere præsumat. Cap. CXI.

Ex eodẽ cap. 29. VT laici presbyteros non eiiciant de Ecclesiis, neque constituant sine consensu episcoporum suorum.

Item de illis qui presbyteris Ecclesias auferunt. Caput CXII.

Ex cõcil. Cabillon. cap. 42. INuentum est quòd multi arbitrij sui temeritate, & quod est grauius, ducti cupiditate, presbyteris quibusdam absque consensu episcoporum Ecclesias dant vel auferunt.

Vnde oportet, vt canonica regula seruata, nullus absque cõsensu episcopi cuilibet presbytero Ecclesiam det. Quam si iustè adeptus fuerit, hanc non nisi culpa graui, & coram episcopo canonica seueritate amittat.

Vt nullus aliquod munus propter Ecclesiam à presbytero requirat. Cap. CXIII.

VT nullus omnino munera exigat à presbyteris, propter commendationem Ecclesiæ. *Ex cõcil. Mogũt. cap.30.*

De eadem re. Cap. CXIIII.

SAncitum est atque omnimodis prohibitum, vt si quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico aut laico munera dare aut dedisse, aut aliquam pecuniam tribuere, vt alterius presbyteri Ecclesiam surripiat, aut Ecclesiam vacantem precio redimat, pro hac cupiditate seu rapina, seu presumptione turpis lucri gratia deiiciatur à clero, & alienus existat à regula. *Ex cõcil. Rotoma. cap.5.*

Vt presbyteri plebes admoneant, vt linteamina altaris præparent. Cap. CXV.

VT presbyteri per plebes suas fœminis prædicent, vt linteamina in altaria præparent. *Ex cõcil. Remensi, cap. 4.*

Vt episcopi præuideant quid presbyteri dominis suis pro Ecclesiis facere debeant. Cap. CXVI.

VT episcopi præuideant, quem honorem presbyteri pro Ecclesiis suis facere debeant. *Ex cõcil. Aralatẽ si, ca.3.*

De eadem re. Cap. CXVII.

VT nullus presbyter ad introitum Ecclesiæ xenia doner. *Ex cõcil. Aureli. cap.10.*

De presbyteris nihil habentibus quando ordinantur. Cap. CXVIII.

INuestigandum si nihil patrimonij habens presbyter quando prouectus est ad ordinem ecclesiasticum, postea emerit prædia, cuius iuris sint, quoniam Ecclesiæ ad quã de nihil habente promotus est esse debent, iuxta canonicam autoritatem. *Ex cõcil. Remẽsi, cap.6.*

De eadem re. Cap. CXIX.

PResbyter cùm diœcesim tenet, de his quæ emerit, ad Ecclesiæ nomen scripturam faciat, aut ab eius quam tenet Ecclesiæ ordinatione discedat. *Ex cõcil. Arausico cap.54.*

De eadem re. Cap. CXX.

Ex cõcil. Carthag. ca. 47. PLacuit vt episcopi, presbyteri diaconi, vel quicunq; clerici, qui nihil habentes ordinantur, & tempore e scopatus, vel clericatus sui, agros, vel quæcunque præ suo nomini comparant, tanquam rerum dominicarum i uasionis crimine teneantur obnoxii, nisi ad Ecclesiam quam titulati sunt, eadem ipsa contulerint. Si autem ip propria liberalitate alicuius, vel successione cognatio aliquid venerit, faciant inde quod velint.

De eadem re. Cap. CXXI.

Ex eodẽ cap. 48. VT vnusquisque presbyter res quas post diem cõsec tionis acquisierit, propriæ Ecclesiæ relinquat.

De eadem re. Cap. CXXII.

Ex cõcil. Toletano CAEterùm, presbyter si post ordinationẽ aliquid quisierit, illud obseruandum est, quod in canonib de consecratis nihil habentibus constitutum est.

De presbyteris qui ex reditibus Ecclesiæ sibi res cõparauerint, & structuras ibi fecerint, & mulieres ibi posuerint. Cap. CXXIII.

Ex cõcil. Remensi cap. 10. INquirendum si aliquis presbyterorũ de reditibus E clesiæ, vel oblationibus ac votis fidelium alio nomi res comparauerit, & ibi structuras fecerit, vel quæ ad E clesiam pertinent, ibidem collocauerit, & mulierum fr quentationem inibi fieri permiserit, vel quod turpius e tales mulieres ibidem habuerit, quæ lanificiũ suum exe ceant, & curam domus agant, & in eadem presbyter fr quenter veniens manserit, & cõtra decreta canonum h malũ agat: quia sicut nec suo, ita nec alieno nomine pr byter fœnus exercere debet, multò minus fraudem fac re de facultatibus ecclesiasticis, quoniam hoc sacrileg est, & par crimen Iudæ furis qui sacras oblationes aspe tabat, & furabatur.

De consuetudine seruanda, quæ non est contra fidem. Cap. CXXIIII.

Ex epist. Pij papæ. PETISTIS enim per Hylarium chartularium n strum, à beatæ memoriæ decessore nostro, vt omnes v bis retrò temporum consuetudines seruarentur, quæ à b ti Petri apostolorum principis ordinationum initiis h

ctenus vetustas longa seruauit. Et nos quidē iuxta seriem relationis nostræ consuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem catholicam nihil vsurpare dinoscitur.

Vt ecclesiastica statuta ab apostolis, & reliquis magistris Ecclesiæ tradita integra seruentur. Cap. CXXV.

Ex decr. Innocentij papæ, cap. 1.

INnocentius Decentio episcopo Egobino salutem. Si instituta Ecclesiastica, vt sunt à beatis apostolis tradita, integra vellent seruare domini sacerdotes, nulla diuersitas, nulla varietas in ipsis ordinibus, & cōsecrationibus haberetur. Sed dum vnusquisque non quod traditum est, sed quod sibi visum fuerit, hoc existimat esse tenendum, inde diuersa in diuersis locis, vel Ecclesiis, aut teneri, aut celebrari videntur: ac fit scandalum populis, qui dum ne sciunt traditiones antiquas humana præsumptione corruptas, putant sibi aut Ecclesias non conuenire, aut ab apostolis vel apostolicis viris contrarietatem inductam. Quis enim nesciat, aut non aduertat id quod à principe apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc vsque custoditur, ab omnibus debere seruari, nec superduci, aut introduci aliquid, quod aut authoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum: præsertim quum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, insulásque interiacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos quos venerabilis apostolus Petrus, aut eius successores constituerunt sacerdotes? Aut legant, si in his prouinciis alius apostolorum inuenitur, aut legitur docuisse. Qui si non legunt, quia nusquam inueniunt, oportet eos hoc sequi quod Ecclesia Romana custodit, à qua eos principium accepisse non dubium est: ne dum peregrinis assertionibus studeant, caput institutionum videantur omittere. Sæpe dilectionem tuam ad vrbem venisse, ac nobiscum in Ecclesia cōuenisse non dubium est: & quem morem, vel in consecrandis mysteriis, vel in cæteris agendis arcanis teneat cognouisse. Quod sufficere arbitrarer ad informationem Ecclesiæ tuæ, vel reformationem, si præcessores tui, quod minus aliquid, aut aliter tenuerint satis certum haberem, nisi de aliquibus consulendos nos esse dixisses. Quibus idcirco

respondemus, non quòd te aliqua ignorare credamus, sed vt maiore authoritate, vel tuos instituas, vel si qui à Romanæ Ecclesiæ institutionibus errāt, aut commoneas, aut indicare non differas: vt scire valeamus, qui sint, qui nouitates inducunt, aut alterius ecclesiæ quàm Romanæ existimant consuetudinē esse seruandam.

Vt consuetudines ecclesiasticæ pro lege sint tenendæ.
Cap. CXXVI.

Augustinus dicit ad Casulanū presbyterum.

IN his enim rebus de quibus nihil certi statuit scriptura diuina, mos populi Dei, vel instituta maiorum pro lege tenēda sunt, & sicut præuaricatores, legum diuinarum ita contemptores consuetudinum Ecclesiasticarum coercendi sunt.

Item de consuetudinibus ecclesiasticis obseruandis.
Cap. CXXVII.

Ex dictis Basilij, cap. 27.

ECclesiasticarum institutionū consuetudines quasdam scripturis, quasdā verò apostolica traditione per successiones in mysterio confirmatas accepimus, quibus pro virtus, & idem vtrisque pietatis effectus quin sit, quo quisque vel aliquantulum sacrarū expertus scripturarum hæsitauerit? Si enim attentauerimus consuetudines Ecclesiæ, non per scripturas à patribus traditas nihili æstimare, quantum religio detrimenti latura sit despicientibus liquidò constabit. Quæ enim, vt inde ordiamur, scriptura salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insigniri? Quis multiphariam digesta super panem & calicem prolixæ rationis & consecrationis verba commendauit? Nam nos modò quod in Euangelio continetur, vel apostolo in secretis dicimus, sed & alia per plura adiicimus, magna quasi vim consummandis accommodātia mysteriis. Quis Orientem versus nos orare literarum forma præstitit? Benedicimus fontem baptismatis, oleum vnctionis. Hoc accedit quòd ter immergimus quos baptizamus, oleo vnimus, verbis abrenūciare Satanæ & angelis eius informamus. Vnde hæc & alia in hunc modum non pauca, quia tacita ac mystica traditione à patribus ecclesiasticis more reuerentiori diligentia sunt in mysteriis obseruata silentio, quàm publicata scripto.

Quid agendum sit in causis, de quibus certa in canonibus inueniuntur iudicia. Cap. CXXVIII.

DE causis de quibus nulla soluendi, ligandiq; authoritas in libris veteris testamenti, quatuor Euangeliorum, cum scriptis totis apostolorum nõ appareat, ad diuina recurrito scripta Græcè. Si nec in illis, ad catholicæ Ecclesiæ historias catholicas, à doctoribus catholicis scriptas manum mitte. Si nec in illis, canones apostolicæ sedis intuere. Si nec in his, sanctorum exempla perspicaciter recordare. Quòd si in his omnibus inspectis huiꝰ quęstionis qualitas non lucidè inuestigatur, seniores prouinciæ congrega, & eos interroga. Facilius nanq; inuenitur, quod à pluribus sentientibus quæritur. Verus enim repromissor dominus ait, Si duo ex vobis, vel tres conueniãt super terram in nomine meo, de omni re quancũque petierint, fiet illis à patre meo. *Ex decr. Innocẽtij papæ, ca. 18.*

Vt cuncta quæ Deo offeruntur, consecrata habeantur. Cap. CXXIX.

OMNIA quæ Deo offeruntur, consecrata habentur, in vineis, terris, syluis, vtensilibus, vestimentis, pecoribus, & reliquis possessionibus, & quę Ecclesiis sine dubio Christo, qui sponsus earum est, offeruntur. *Ex cõcil. Aurelia. cap. 7.*

De eadem re. Cap. CXXX.

OMNES decimæ terræ, siue de frugibus, siue de pomis arborum domini sunt, & illi sanctificantur. Boues, & oues, & capræ, quæ sub pastoris virga trãseunt, quicquid decimum, venerit, sanctificabitur domino. Non eligetur nec bonum nec malum, nec altero cõmutabitur. Si quis mutauerit, & quod mutat, & quod mutatum est, sanctificabitur domino, & nõ redimetur. Sed quia modò multi inueniuntur decimas dare nolentes, statuimus vt secũdum domini nostri præceptum admoneantur semel, & secundo & tertio. Si non emendauerint, anathematis vinculo constringantur vsque ad satisfactionem, & ad emendationem congruam. *Ex cõcil. Rotoma. cap. 3.*

Vt decima nullo modo negligatur. Cap. CXXXI.

ADmonemus atque præcipimus, vt decimas Deo omnino dare non negligatur, quas Deus ipse sibi dari *Ex cõcil. Mogũti. cap. 35.*

constituit: quia timendum est, vt quisquis Deo suum debitum abstrahit, ne fortè Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

De illis qui decimas dare nolunt.

Cap. CXXXII.

Ex cõcil. Cauallõ, cap. 18.

QVisti sunt præterea quidam fratres, quòd essent ali qui episcopi & abbates, qui decimas non sinerent dare ad Ecclesias, vbi illi coloni Missam audiũt. Proinde decreuit sacer iste conuẽtus, vt episcopi & abbates de agris & vineis, quæ ad suum vel fratrum stipendia habent, decimas ad Ecclesias deferri faciant. Familiæ verò ibi dent decimas suas, vbi infantes eorum baptizãtur & vbi per totum anni circulum missas audiunt.

Quòd decimæ ab omnibus Christianis ex debito reposci debeant. *Cap.* CXXXIII.

Ex cõcil. Mogũti. cap. 8.

DEcimas Deo & sacerdotibus Dei dandas, Abrahã factis, Iacob promissis insinuat. Deinde lex statuit, omnes doctores sancti commemorant. Et profectò dignum erat, vt Israëlitæ decimas pecorum, & frugum, & omnium pecuniarum domino darent, qui eos liberauerat à Xpi gis, quibus percussit Aegyptios, & in nouissima plaga primogenita cunctorum disperdidit, gratiamque suis præstitit, vt impetratis pecuniis spoliarent Aegyptũ. De quibus decimis Augustinus doctor venerabilis dicit: Decimæ ex debito requiruntur. Quid si diceret Deus, nempe mea es, ô homo, mea est terra quam colis, mea sunt semina quæ spargis, mea animalia quæ fatigas, meus est solis calor: cùm omnia mea sint, tu qui minus accommodas, solã decimam merebaris, sed reseruo tibi nouem, da mihi decimam. Si nõ dederis mihi decimam, auferam nouem. Si dederis mihi decimam, multiplicabo nouem. Cùm itaq; fidelicus populus præceptum decimarũ tanta diligẽtiâ obseruaret, vt de minimis quibúsque holusculis, ruta videlicet, mẽta, & cimino, vt ipse dominus testatur, decimas daret, cur non maiori studio plebs Euangelica eandem impleat iussionem? Cui & maior numerus est sacerdotum, & syncerior cultus sacramẽtorum? Ideo ergo dandæ sunt, vt hac Deus deuotione placatus, largius præstet quæ necessaria sunt, sicut superius ostendimus. Et vt sacerdotes ac

nistri Ecclesiæ cura & solicitudine necessitatum corporalium, sine quibus hæc vita transigi non potest, releuati, liberiores fiant ad meditationem diuinæ legis & doctrinæ administrationem, atque spiritalis seruitij voluntariam expletionẽ. Et vt munus populi in quotidiana oblatione domino immoletur, necnon secundum statuta canonica in sustentationem pauperum, & restaurationem Ecclesiarum proficiat. Quatuor enim partes iuxta canones fieri de fidelium oblationibus debent, vt vna sit episcopi, altera clericorum, tertia pauperum, quarta restaurationi ecclesiarum seruetur.

De illis qui decimam dare noluerint nisi precio redimantur. Cap. CXXXIIII.

DE decimis quas populus dare non vult, nisi quolibet munere ab eo redimantur, ab episcopis prohibendum est ne fiat. *Ex cõcil. Mediomatricis. cap. 3.*

Vt decima Dei census nuncupetur. Cap. CXXXV.

ITem, quòd decima, quæ à fidelibus datur, Dei census nuncupanda est, & ideo ex integro reddenda. Cuius tertia pars secundum canonem Toletanum, episcoporum esse debet. Nos verò hac potestate vti nolumus, sed tantùm singulis annis quartam partem vsu Romanorum põtificum, & obseruantia sanctæ ecclesiæ Romanę de eadem habere volumus. Quòd si quis contentiosus inde repertus fuerit, siue clericus, siue ille laicus sit, communione priuabitur, & synodali censura iudicabitur. *Ex cõcil. Agrippin. ca. 6.*

De oblationibus parochitarum cuius esse debeant. Caput CXXXVI.

DE his quæ ad parochitanas ecclesias offeruntur, in terris, vineis, mancipiis, peculiis, antiquorum canonum instituta seruentur, vt omnia in episcopi potestate consistant. De his autem quæ altaribus offeruntur, tertia pars fideliter episcopis deferatur, duæ clericis, decimæ autem secũdum quosdam singulis annis tertia pars, aut in tertio tota. Sed tamen nos sequentes Romanos, singulis annis quartam partem, aut in quarto totam episcopi recipiant. *Ex cõcil. Toletano.*

Quòd in vnaquaque Ecclesia tam de reditibus quàm oblationibus quatuor debeant fieri portiones.
Caput CXXXVII.

Ex epist. Gelasii papæ, cap. 27.

QVatuor autem tam de reditibus quàm de oblationibus fidelium, prout cuiuslibet ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, conuenit fieri portiones. Quarum sit vna pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. De quibus sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesiæ memoratam dependere quantitatem, sic clerus vltra delegatam sibi summam nihil insolenter nouerit expetendum. Ea verò quæ ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorum deceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum præsul impēdia his designata conuertat. Ipsam nihilominus asscriptam pauperibus portionem, quamuis diuinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen iuxta quod scriptum est: Vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est, oportet etiam præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ preconiis nō taceri.

Item quòd de decimis quatuor debeant fieri portiones. Cap. CXXXVIII.

Ex conci. Hānetēsi. cap. 6.

INstruendi sunt presbyteri, pariterq; admonendi, quatenus nouerint decimas & oblationes quas à fidelibus accipiunt, pauperum & hospitum & peregrinorum esse stipendia, & non quasi suis, sed quasi commendatis vti. De quibus omnibus sciant se rationem posituros in conspectu Dei, & nisi eas fideliter pauperibus & his qui præmissi sunt administrauerint, damna passuros. Qualiter verò dispensari debeant, canones sanctè instituunt. Scilicet, vt quatuor partes inde fiant, vna ad fabricam ecclesiæ releuandam, altera pauperibus distribuenda, tertia presbytero cum suis clericis habenda, quarta episcopo reseruanda, vt quicquid exinde iusserit, prudenti consilio fiat.

Vbi terminari debeant contentiones ortæ inter Christianos. Cap. CXXXIX.

Ex decre. Marcelli pap. ca. 3.

QVæcunq; ergo contentiones inter Christianos ortæ fuerint, ad ecclesiam deferant, & ab ecclesiastici

viris terminentur. Et si obedire noluerint, quousque obediant à liminibus sanctæ ecclesiæ excludantur.

De his qui oblationes parentum aut testamenta, vel quod ipsi donauerint Ecclesiis, retinere aut auferre conantur. Cap. CXL.

CLerici etiam vel seculares, qui oblationes parentũ aut donatas, aut testamentis relictas retinere perstiterint, aut id quod ipsi donauerint ecclesiis vel monasteriis crediderint auferendum, sicut synodus sancta constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant ab ecclesiis excludantur. *Ex cõcil. habito apud Valentias. cap. 4.*

De illis qui Deum hæredem faciunt. Cap. CXLI.

AVgustinus ait in libro de Hæredibus: Noli sub imagine pietatis augere pecuniam, dicens: Filiis meis seruo has res. Quare non potius seruas illi qui te ex nihilo fecit, qui te pascit, & filios seruat? Nónne melius creatori tuo thesaurizabis quàm filiis? Item idem: Qua fronte hæreditatem à Christo quæris, quum Christum tua hæreditate fraudaueris? Qui dixit: Thesaurizate vobis thesauros in cœlo? *S. Isidor. dicit.*

De his qui oblationes defunctorum aut negant aut difficulter reddunt. Cap. CXLII.

QVi oblationes defunctorum aut negãt ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur. *Ex conci. apud Valentias, cap. 4.*

De eadem re. Cap. CXLIII.

IPsæ enim res fidelium, oblationes appellãtur: quia domino offeruntur. Non ergo debent in alios vsus quàm ecclesiasticos, & prædictorum Christianorum fratrum vel indigentium conuerti: quia vota sunt fidelium, & precia peccatorum, atque ad prædictum opus explendum domino traditæ. Si quis autem, quod absit, secus egerit, videat ne damnationem Ananiæ & Saphyræ percipiat, & reus sacrilegij efficiatur sicut illi fecerunt qui precia prędictarum rerum fraudabant, de quibus in prædictis legitur apostolorum actibus. *Ex decre. Vrba. pa cap. 4.*

De eadem re. Cap. CXLIIII.

SI quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam accipere vel dare voluerit præter conscientiã episcopi vel eius cui *Ex concil Gangrẽ. cap. 7.*

Quòd in vnaquaque Ecclesia tam de reditibus quàm oblationibus quatuor debeant fieri portiones.
Caput CXXXVII.

Ex epist. Gelasii papæ, cap. 27.

QVatuor autem tam de reditibus quàm de oblationibus fidelium, prout cuiuslibet ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, conuenit fieri portiones. Quarum sit vna pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. De quibus sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesiæ memoratam dependere quantitatem, sic clerus vltra delegatam sibi summam nihil insolenter nouerit expetendum. Ea verò quæ ecclesiasticis ædificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorum deceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum præsul impēdia his designata conuertat. Ipsam nihilominus asscriptam pauperibus portionem, quamuis diuinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen iuxta quod scriptum est: Vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est, oportet etiam præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ preconiis nō taceri.

Item quòd de decimis quatuor debeant fieri portiones. Cap. CXXXVIII.

Ex conci. Hānetēsi. cap. 6.

INstruendi sunt presbyteri, pariterq; admonendi, quatenus nouerint decimas & oblationes quas à fidelibus accipiunt, pauperum & hospitum & peregrinorum esse stipendia, & non quasi suis, sed quasi commendatis vti. De quibus omnibus sciant se rationem posituros in conspectu Dei, & nisi eas fideliter pauperibus & his qui præmissi sunt administrauerint, damna passuros. Qualiter verò dispensari debeant, canones sanctè instituunt. Scilicet, vt quatuor partes inde fiant, vna ad fabricam ecclesiæ releuandam, altera pauperibus distribuenda, tertia presbytero cum suis clericis habenda, quarta episcopo reseruanda, vt quicquid exinde iusserit, prudenti consilio fiat.

Vbi terminari debeant contentiones ortæ inter Christianos. Cap. CXXXIX.

Ex decre. Marcelli pap. ca. 3.

QVæcunq; ergo contentiones inter Christianos ortæ fuerint, ad ecclesiam deferant, & ab ecclesiastici

viris terminentur. Et si obedire noluerint, quousque obediant à liminibus sanctæ ecclesiæ excludantur.

De his qui oblationes parentum aut testamenta, vel quod ipsi donauerint Ecclesiis, retinere aut auferre conantur. Cap. CXL.

CLerici etiam vel seculares, qui oblationes parentũ aut donatas, aut testamentis relictas retinere perstiterint, aut id quod ipsi donauerint ecclesiis vel monasteriis crediderint auferendum, sicut synodus sancta constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant ab ecclesiis excludantur. *Ex cõcil. habito apud Valentias. cap. 4.*

De illis qui Deum hæredem faciunt. Cap. CXLI.

AVgustinus ait in libro de Hæredibus: Noli sub imagine pietatis augere pecuniam, dicens: Filiis meis seruo has res. Quare non potius seruas illi qui te ex nihilo fecit, qui te pascit, & filios seruat? Nónne melius creatori tuo thesaurizabis quàm filiis? Item idem: Qua fronte hæreditatem à Christo quæris, quum Christum tua hæreditate fraudaueris? Qui dixit: Thesaurizate vobis thesauros in cœlo? *S. Isidor. dicit.*

De his qui oblationes defunctorum aut negant aut difficulter reddunt. Cap. CXLII.

QVi oblationes defunctorum aut negãt ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur. *Ex conci. apud Valentias, cap. 4.*

De eadem re. Cap. CXLIII.

IPsæ enim res fidelium, oblationes appellãtur: quia domino offeruntur. Non ergo debent in alios vsus quàm ecclesiasticos, & prædictorum Christianorum fratrum vel indigentium conuerti: quia vota sunt fidelium, & precia peccatorum, atque ad prædictum opus explendum domino traditæ. Si quis autem, quod absit, secus egerit, videat ne damnationem Ananiæ & Saphyræ percipiat, & reus sacrilegij efficiatur sicut illi fecerunt qui precia prędictarum rerum fraudabant, de quibus in prædictis legitur apostolorum actibus. *Ex decre. Vrba. pa cap. 4.*

De eadem re. Cap. CXLIIII.

SI quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam accipere vel dare voluerit præter conscientiã episcopi vel eius cui *Ex concil Gangrẽ. cap. 7.*

huiuscemodi officia commissa sunt, nec cum eius volun-
agere consilio, anathema sit.

De eadem re. CXLV.

Ex eodem cap. 8. SI quis dederit vel acceperit oblata præter episcopi vel eum qui constitutus est ab eo ad dispensandā mis-
ricordiā pauperib⁹, & qui dat & qui accipit, anathema

Vt omnes Ecclesiæ vel decimæ in episcoporum potestate consistant. Cap. CXLVI.

Ex conci. Cabillon. cap. 1. IN sancto Cabillonensi concilio decretum est, vt om-
nes Ecclesiæ cum dotibus suis & decimis, & omni-
rebus suis, in episcopi proprij potestate consistant, atq
ad ordinationē vel dispositionem suam semper pertine-

Quòd tricennalis possessio firma sit. Cap. CXLVII.

Ex cōcil. Toletā. 5 cap. 35. SIcut diœcesim alienam tricennalis possessio tollit
territorij conuentum non admittit. Ideóque basili-
quæ nouæ conditæ fuerint, ad eum proculdubio episco-
pertinebunt, cuius conuentus esse constiterit.

Vt singularum Ecclesiarum rusticanæ parochiæ semper maneant inconcussæ. Cap CXLVIII.

Ex conci. Chalcedo. cap. 17. SIngularum Ecclesiarum rusticas parochias vel posse-
siones manere inconcussas illis episcopis qui eas
tinere noscuntur, & maximè si per tricennium eas
que vi obtinentes, sub dispensatione rexerunt. Quod
intra tricennium facta fuerit de his altercatio, licere
qui se læsos asserunt, apud sanctam synodum prouinc
de his mouere certamen decreuimus.

Quòd tricennalis possessio, si intacta permansit, mutari non debeat. Cap. CXLIX.

Ex epist. Gelasii. papæ, cap. 11. ILlud etiam adnecti placuit, vt si, quod absit, facul-
tes Ecclesiæ, necnon & diœceses ab aliis quibus
possidentur episcopis, iure sibi vendicent quòd tricen-
lis lex concluſit, quia & vltra XXX. annos nulli liceat
eo appellare, quod legum tempus excludit.

Item de rebus per XXX. annos possessis. Cap. CL.

Ex conci. Matiscē. cap. 7. VT de rebus Ecclesiarum quæ ab eis per XXX. annō-
rum spatium sine vlla interpellatione possessæ sun

testimonia nō recipiantur, sed eo modo contineantur, sicut res ad fiscum dominicum pertinentes contineri solent.

De illis, qui de Ecclesijs cœmiteria faciunt.

Caput. CLI.

ANtiquus in his rigionibus in Ecclesia sepeliendorū mortuorū vsus fuit, & plerunque loca diuino cultui mācipata, & ad offerēdas Deo hostias, pparata cœmiteria siue polyādria facta sunt. Vnde volumus vt ab hac re deinceps abstineatur, vt nemo in Ecclesia sepeliatur, nisi forte talis sit persona sacerdotis, aut cuiuslibet iusti hominis, qui per vitæ meritum talem viuendo suo corpori defuncto locum acquisiuit. Corpora verò quæ antiquitus in Ecclesiis sepulta sunt, nequaquam proiiciantur, nisi sint paganorum, sed tumuli qui apparent profundius in terram mittantur, & pauimento desuper facto nullo tumulorum vestigio apparente, Ecclesiæ reuerentia conseruetur. Vbi verò tanta est multitudo cadauerum, vt hoc facere difficile sit, locus ille pro cœmiterio habeatur, ablato inde altari, & in alio loco cōstituto, vbi religiosè & purè Deo sacrificium offerri valeat. *Ex conci. Meldēsi, cap. 9.*

De illis qui in sacris locis se sepelire petierint.

Caput CLII.

QVibus peccata dimissa non sunt, à sacris locis post mortem adiuuari non possunt, quia quos peccata grauia deprimunt, si in sacris locis sepelire se faciunt, restat vt de sua præsumptione iudicentur, quatenus eos sacra loca non liberant, sed culpa temeritatis accusat. *Augusti. dicit.*

De eadem re. Cap. CLIII.

CVm grauia peccata nō deprimunt, hoc prodest mortuis si in ecclesiis sepeliantur, quòd eorum proximi quoties ad eadem loca sacra veniunt, suorum, quorum sepulturam aspiciunt, recordantur, & pro eis domino preces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimunt, non ad absolutionem potius, quàm ad damnationis cumulum maiorem, eorum corpora in Ecclesiis ponuntur. Quod melius ostendimus, si ea quæ diebus nostris gesta sunt breuiter enarremus. Vir nanq; vitæ venerabilis Felix Portuēsis episcopus, in Sabinēsi prouincia ortus atque enutritus est, qui quādā sanctimonialē fœminā in loco eodē fuisse *Grego. dicit in dialogo suo.*

testatur, quæ carnis quidē continentiam habuit, sed linguæ procacitatēatque stultiloquium non declinauit. Hęc igitur defuncta, atque in Ecclesia sepulta est. Nocte autem eadem eiusdē ecclesię custos per reuelationē vidit, quia ducta ante sacrum altare per medium secabatur, & pars vna illius ignē cremabatur, pars autem altera intacta remansit. Cúmque hoc surgens mane fratribus narraret, & locum vellet ostendere in quo fuerat igne consumpta, ipsa flammæ combustio ita ante altare apparuit in marmoribꝰ, aç si illic eadem fœmina corporeo fuisset igne concremata. Ex quā re apertè datur intelligi, quia hi quibus peccata dimissa non fuerint, ad euitandum iudicium sacris locis post mortem non valent adiuuari.

De eadem re. *Cap.* CLIIII.

Itē Gre. IOannes quoque magnificus in hac vrbe locum præfectorum seruans, cuius veritatis atque grauitatis sit nomus, qui mihi testatus est, Valerianum patriciū in ciuitate quæ Brixa dicitur fuisse defunctum. Cui eiusdem ciuitatis episcopus accepto precio locum in Ecclesia prębuit, in qua sepeliri debuisset. Qui videlicet Valerianus vsque ad ætatem decrepitam leuis ac lubricus extitit, modúmque suis prauitatibus ponere contempsit. Eadem verò nocte qua sepultus est, beatus Faustinus martyr, in cuius Ecclesia corpus eius fuit humatum custodi suo apparuit dicens: Vade & dic episcopo, proiiciat hinc fœtentes carnes quas hic posuit, quia si non fecerit, ipse die trigesimo morietur. Quam visionem custos episcopo timuit confiteri, & rursus admonitus declinauit. Die autem trigesimo, eiusdem ciuitatis episcopus, quum vespertina hora sanus atque incolumis ad lectum rediisset, subita & inopinata morte defunctus est.

De eadem re. *Cap.* CLV.

Itē Gre. ADest quoque in præsenti senex venerabilis pater Venantius Lunensis episcopus, & magnificus Liberius vir nobilissimus atque veracissimus, qui se scire suosque homines interfuisse testantur ei rei, quā narrant nuper in Genuēsi vrbe contigisse. Ibi namq;, vt dicunt, Valētinus nobilis Mediolanēsis Ecclesię defensor defunctus est, vir valde lo-

bricus, & cunctis leuitatibus occupatus, cuius corpus in Ecclesia beati martyris Syri sepultum est. Nocte autem media in eadem Ecclesia factæ sunt voces, ac si, quis violēter ex ea repelleretur, ac traheretur foras. Ad quas nimirum voces currebant custodes, & viderunt duos quosdam teterrimos spiritus, qui eiusdem Valentini pedes quadam ligatura strinxerant, & eum ab Ecclesia clamantem ac nimium vociferantem foras trahebant. Qui videlicet territi, ad sua strata reuersi sunt. Mane autem facto, aperuerunt sepulchrum in quo idem Valentinus positus erat, eiusque corpus non inuenerunt. Quumque extra Ecclesiam quererent vbi proiectum esset, inuenerunt hoc in sepulchro alio positum, ligatis adhuc pedibus sicut de Ecclesia fuit abstractū. Ex qua re Petre collige, quia hi quos peccata grauia deprimunt, si in sacro loco sepelire se faciant, restat vt etiā de sua præsumptione iudicentur, quatenus eos sacra loca non liberent, sed etiam culpa temeritatis accuset.

De eadem re. Cap. CLVI.

NAm quid quoque in hac vrbe contigerit, cunctorum qui hic habitant multitudo testatur: quòd quidam artis eorum primus quum defunctus fuisset, iuxta Ecclesiam beati Ianuarij martyris iuxta portā sancti Laurentij à coniuge sua sepultus est. Sequenti autem nocte ex sepultura eadem, audiente custode, eius spiritus cœpit clamare: Ardeo, ardeo. Quum verò has diu voces emitteret, custos hoc eius nunciauit vxori. Vxor verò illius eos qui diligenter inspicerent eiusdem artis viros transmisit ad Ecclesiam, volens cognoscere, qualiter corpus eius esset in sepulchro de quo talia clamaret. Qui aperientes sepulchrū, vestimenta quoque intacta repererunt, quæ nunc vsque in eadem Ecclesia, pro eiusdem causæ testimonio seruātur, corpus verò illius omnino non inuenerūt, ac si in eodem sepulchro positum nō fuisset. Ex qua re colligendum est, qua vltione anima eius damnata sit, cuius & caro est ab Ecclesia proiecta. Quid igitur sacra loca sepultis prosunt, quando hi qui indigni sunt ab eisdem sacris locis diuinitus proiiciuntur? *Itē Gre.*

Vt corpora defunctorum in Ecclesia non sepeliantur.

Caput CLVII.

ITem placuit vt corpora defunctorum nullo modo intra basilicam sepeliantur, sed si necesse est de foris circa mu *Ex cōcil. Bragga. cap. 4.*

rum basilicæ. Nam si firmissimum hoc priuilegium vsque nunc retinẽt Galliç ciuitates, vt nullo modo intra ambitum murorum ciuitatum, cuiuslibet defuncti corpus sit humatum, quantòmagis venerabilium martyrum debet reuerentia obtineri?

De eadem re. Cap. CLVIII.

Ex cõcil. Meldensi cap.10.

VT nemo quemlibet mortuum in Ecclesia quasi hæreditario iure, nisi quem episcopus, aut presbyter pro qualitate conuersationis & vitæ dignum duxerit, sepelire præsumat, nec quisquã ossa cuiuslibet mortui de sepulchro suo eiicere, aut sepulturam cuiusquam temerario ausu quoquo modo violare, sed vnumquemque in loculo sibi à Deo parato atque concesso, aduentum sui iudicis præstolari concedat.

Vt nemo pro sepeliendis mortuorum corporibus aliquid muneris exigat. Cap. CLIX.

Ex cõcil. Hãnerẽ. cap.11.

PRæcipiendum secundum canonum autoritatem, vt a sepulchris & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant, nisi fortè qui sepelitur, viuens iusserit Ecclesiæ cuius atrio sepelitur, de suis rebus aliquid tribuere, aut ei post mortem illius quibus cõmissum est eius eleemosynas facere, de rebus illius aliquid dare spontè voluerint: tamen nullatenus à presbyteris illis aliquid exigatur, siue ab illis qui locis & vicis præsunt. Prohibendũ etiam secundum patrum instituta, vt in Ecclesia nullatenus sepeliãtur, sed in atrio, aut in porticu, aut in exedris Ecclesiæ. Infra Ecclesiam verò, aut prope altare vbi corpus domini & sanguis conficitur, nullatenus habeant licentiam sepeliendi.

De sepultura coniugatorum in primis connubiis. Cap. CLX.

Hieron. dicit.

EBron dicitur esse ciuitas trium virorum, quia in ea sepulti sunt tres patriarchæ in spelunca duplici cum tribus vxoribus suis, id est, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Iacob & Liã, præter ipsum Adam & Euam vxorem suam. Tobias dicit ad filium suum: Cùm acceperit Deus animam meam, corpus meum sepelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus, & cùm ipsa compleuerit tempus, sepelies eam iuxta me in vno sepulchro.

De eadem re. Cap. CLXI.

QVos coniũxit vnum coniugium, coniungat vnum sepulchrum: quia vna caro est, & quod Deus coniunxit, homo non separet. *Itẽ eiusd.*

De eadem re. Cap. CLXII.

VNaquæque mulier sequatur virum suum, siue in vita, siue in morte. *Augusti. dicit.*

Quorum mens vna fuerat, sepultura non separet.

Caput CLXIII.

SOror sancti Benedicti sepultã est in sepulchro, quod ipse sibi præparauerat, vt quorum mens vna semper fuit in domino, eorum quoque corpora sepultura non separaret. Ita in primo connubio coniuncti, quia vna & eadem caro est, in vno sepulchro sepeliantur. *Item Augusti.*

De rebus immobilibus Ecclesiæ. Cap. CXLIIII.

NVlli liceat alienare rem immobilem Ecclesiæ, siue domum, siue agrum, siue hortum, siue rusticum mancipium, neque creditoribus specialis hypothecæ titulo obligare. Alienationis autẽ verbum contineat conditionem, donationem, permutationem, & emphyteoseos perpetuũ contractum. Sed omnes omnino sacerdotes ab huiusmodi alienatione ne abstineant, pœnas timentes, quas Leoniana constitutio minatur. *Ex cõcil. apud Siluanectim præsente Ludouico re. c. 5.*

De eadem re. Cap. CLXV.

SI princeps voluerit rem immobilem sanctis locis præstare, & accipere ab eo aliam immobilem rem, & eo modo permutationem contrahere, liceat hoc facere ei diuina pragmatica sanctione ab eo promulgata. *Ex eodẽ. cap. 6.*

De præstariis viduatarum Ecclesiarum vt non valeant. Cap. CLXVI.

VT precariæ & commutationes, tempore viduatarum Ecclesiarum factæ, ab his qui loca episcoporum occupauerant, rescindantur, & cum autoritate Ecclesiastica, vel ciuili, si faciendæ sunt fiant. *Ex conc. apud Belnacũ, cui Ludouicus imperator intererat. cap. 10.*

De eadem re. Cap. CLXVII.

PRecariæ â nemine de rebus Ecclesiasticis fieri præsumantur, nisi quantum de qualitate conuenienti datur ex proprio, duplum accipiatur ex rebus Ecclesiæ, in suo tantùm qui dederit nomine, si res proprias & Ecclesiasticas *Ex eodẽ cap. 11.*

.vsu fructuario tenere voluerit. Si autem res propria
præsens dimiserit, ex rebus ecclesiasticis triplum fruct
rio vsu, in suo tãtùm quis nomine sumat, quia sic eas q
que tractare, vt alienarum rerum dispẽsatorem conue
non propriarum rerum largitorem.

De eadem re. Cap. CLXVIII.

Ex eodẽ concil. ca. 12.

ANulla potestate quis cogatur facere precariã de
bus Deo & sanctis eius dicatis, quũ ratio & vsus
tineat, neminem cui non vult, contra vtilitatem & ra
nem, præstitum de proprio facere beneficium.

De eadem re. Cap. CLXIX.

Ex eodẽ, cap. 13.

VT precariæ, de quinquennio in quinquenniũ fec
dum antiquam consuetudinem & authoritatem
nouentur.

De donatione, vel venditione, vel commutatione ecclesiasticæ rei. Cap. CLXX.

Ex cõcil. habito apud Valentias, cap. 50.

IRrita erit episcoporum donatio, vel venditio, vel c
mutatio rei ecclesiasticæ, absque collaudatione &
scriptione clericorum.

De commutationibus rerum ecclesiasticarum. Cap. CLXXI.

Ex cõcil. apud Belnacum, cap. 5.

VT commutationes rerum ecclesiasticarum valde
ueantur, & subtilissimè si aliquo modo fieri debẽt,
spiciantur. Quæ autem inconsultæ factæ sunt, iuxta
cretum canonicum Hylarii papæ, quas illicitè decess
piscopus admiserit, vel ab aliis illicitè commissæ sun
eo qui successor est emendentur.

De eadem re. Cap. CLXXII.

Ex cõcil. Matiscẽ. cap. 4.

A Sancta synodo decretum est, & imperialis auth
tas denunciat, ne commutationes rerum, vel ma
piorum ecclesiasticorum quælibet persona sine licent
consensu regio præsumat facere.

De ecclesiasticis mancipus. Cap. CLXXIII.

Ex cõcil. apud Carisiacum, cap. 2.

NEQVE mancipia ecclesiastica quisquam, nisi a
bertatem commutet, videlicet vt mancipia quæ
ecclesiastico homine dabuntur, in ecclesiæ seruitute p
maneant, & ecclesiasticus homo qui cõmutatur, perpe
libertate fruatur. Quod enim semel domino cõsecratũ
ad humanos vsus iam transferri nõ potest. Ait enim

Si quis mutauerit, & quod mutat, & quod mutatum est, sanctificabitur domino.

De eadem re. *Cap. CLXXIIII.*

INiustum videtur & impium, vt mancipia quæ fideles viri seu fœminæ pro remedio animæ suæ Deo & sanctis eius consecrarunt, cuiuscunq; muneris precio vel cõmutationis commercio, iterum in secularem seruitutem redigantur, cùm canonica autoritas seruos fugitiuos tantummodo distrahi permittat, & ideo omnes rectores Ecclesiarum summopere caueant, ne vnius eleemosyna alterius peccatum fiat. Et est absurdum vt ecclesiastica dignitate seruus decedens, humanæ obnoxius sit seruituti. *Ex eodem cap. 3.*

De regalibus præceptis super prestaria.

Caput *CLXXV.*

PRæcepta regalia super precariis ecclesiasticis fieri nec ratio finit, nec autoritas quolibet modo permittit. Quoniam præcepta in iure ecclesiastico firmare indignum iudicatur, necesse est vt maiestas regia non nisi ab ecclesiastico rectore petatur. Idem autem custos Ecclesiæ solertissimè caueat, ne sui ordinis & ecclesiasticæ cõmunionis fortè immemor, contra autoritatem præceptum regium pro quacunque assentatione fieri petat. Qui etsi fecerit, non audiatur. Si autem & obtinuerit regia discretione, & episcopali iudicio idẽ rescindatur, & petitor iniustus pro principis iniusta suggestiõe dignè corripiatur. *Ex cõcil. ad S. Medardum, cap. 11.*

De episcopo qui mancipium Ecclesiæ manumitti desiderat. *Cap. CLXXVI.*

EPiscopus qui mancipium iuris Ecclesiæ, non retento ecclesiastico patrocinio, manumitti desiderat, duos meriti eiusdem & peculij corã concilio Ecclesiæ cui præeminet, per commutationem subscribentibus sacerdotibus offerat, vt rata & iusta inueniatur definitio commutationis. Tunc enim liberam manumissionem sine patrocinio Ecclesiæ concedere poterit: quia eum quem libertati tradere disponit, iam iuri proprio acquisiuit. Huiusmodi autem liberto aduersus Ecclesiam, cuius iuris extitit, accusandi vel testificandi denegetur licentia. Quòd si præsumpserit, placet vt stante commutatione, in seruitutem propriam Ecclesiæ reuocetur. *Ex cõcil. Toletã 5 cap. 68.*

De sacerdotibus, qui res suas Ecclesiæ relinquunt.
Cap. CLXXVII.

Ex eodē concil. 5. cap. 69.

CONsensus totius concilii definiuit, vt sacerdotes, aut res suas Ecclesiæ relinquunt, aut nihil habē aliqua tamen prædia, aut familias Ecclesiis suis conc runt. Liceat i lis aliquos de familiis eiusdem Eccles numittere, iuxta rei collatæ modum, quem antiqui nes decreuerunt, ita vt cum peculio & posteritate su ingenui sunt, sub patrocinio Ecclesiæ maneant, vtili iniunctas sibi iuxta quod potuerint prosequentes.

Vt presbyteri rem Ecclesiæ vendere non præsumant.
Caput CLXXVIII.

Ex cōcil. Carthagi. ca. 33.

ITEM placuit, vt presbyteri non vendant rem Ecc siæ, vbi sunt constituti, nescientibus episcopis suis modo & episcopis, non liceat vendere prædia, Eccl ignorante concilio, vel presbyteris suis. Non habenti go necessitatē, nec episcopo liceat matricis Ecclesiæ, presbytero rem tituli sui vsurpare.

Vt nullus ordinatus de ministerijs Ecclesiæ aliquid vendere præsumat. Cap. CLXXIX.

Ex cōcil. braggar. cap. 30.

SI quis presbyter aut diaconus inuentus fuerit de mosynis Ecclesiæ aliquid venundasse, quia sacrileg commisit, placuit eum in ordinatione Ecclesiæ non h ri. In iudicio tamen episcopi dimittēdum, siue dignu siue indignus in suo recipi gradu.

De presbyteris qui de iure tituli sui aliquid distrahunt.
Cap. CLXXX.

Ex eodē, cap. 31.

QVicunque presbyter de iure tituli sui quolibet do aurum, argentum, vel gemmas, vestes quoq sunt, vel si accesserint aliqua mobilia ad orn ta diuina, aliquid in perpetuum alienare tētauerit, do tor, alienator, ac vēditor, honoris sui amissione mulct

De eadem re. Cap. CLXXXI.

Ex eodē, cap. 32.

SI quis episcopus nulla eccle iasticæ rationis neces compulsus, in suo clero, aut vbi fortè non est presby de rebus eccleiasticis aliquid præsumpserit vendere, ipsas Ecclesiæ propriæ restaurare cogatur, & in iudic piscoporum deiiciatur auditus, & tanquam furti aut trocinii reus suo priuetur honore.

Quòd quantum remedium veniæ oblatio ecclesiastica tribuit conferenti, tantum damnum præparat fundatori. Cap. CLXXXII.

OMNIS itaque rei ecclesiasticæ quantitas, sicut remedium veniæ tribuit conferenti, ita damnum ritè præparat fraudatori. Et ideo nullus sacerdotum, vel ministrorum ex rebus Ecclesiæ, quæ in quibuscunque locis à fidelibus largiuntur, aliquid auferat, & iuri suo, aut cathedræ propriæ vnitati cõnectat. Verùm, vt huius rei soliditas potior habeatur, propinquis eius, qui construxerũt, vel ditauerunt Ecclesiam, licitum sit hanc bonæ intentionis habere solertiam, vt si sacerdotem, seu ministrum aliquid ex collatis rebus præuiderint defraudare, aut commonitionis honesta conuentione compescant, aut talia episcopo, aut iudici corrigenda denuncient. Quòd si talia Episcopus agere tẽtat, metropolitano eius hęc insinuare procurent. Si autem metropolitanus talia gerit, regis hęc auribus insinuare non differant. Ipsis tamen hæredibus in eisdem rebus non liceat, quasi iuris proprii potestatẽ præferre, non rapinam, non fraudem ingerere, non violẽtiam quácunque præsumere. Si quis hæc monita temerare præsumpserit, & malè rapta cum confusione restituet, & excommunicationis annuæ sententiam sustinebit. *Ex cõcil. Toletan. cap. 33.*

De clericis qui documenta, quibus ecclesiæ possessio firmatur, distrahunt. Cap. CLXXXIII.

SI quis verò de clericis documẽta, quibus Ecclesiæ possessio firmatur, aut supprimere, aut negare, aut aduersariis fortasse tradere, damnabili & punienda obstinatione præsumpserit, quicquid per absentiam documentorum damni Ecclesiæ illatũ est, & de propriis facultatibus reddat, & communione priuetur. Hi autem qui in damnũ Ecclesiæ præcepta, & testimonia sanctæ Ecclesiæ impiè solicitati à traditoribus susceperũt, pari sententia feriantur. *Ex cõcil. Agathẽ. cap. 5.*

De libertis, qui à patrocinio Ecclesiæ discesserũt. Cap. CLXXXIIII.

LIberti Ecclesiæ, qui à patrocinio eius discedẽtes, quibuslibet personis adhæserunt, si admoniti redire cõtempserint, manumissio eorum irrita sit, quia per obediẽtiæ contemptum ingrati actione tenentur. *Ex cõcil. Toleta. 5. ca. 71.*

De libertis Ecclesiæ. Cap. CLXXXV.

Ex eodē concil. 5. ca. 70. LIberti Ecclesiæ, quia nunquam moritur eorum pa
na à patrocinio eiusdem nunquam discedant, nec p
steritas quidem eorum, sicut priores canones decreue
Et ne fortè libertas eorū in futura prole non pateat, ip
que posteritas naturali ingenuitate obtinens, sese ab
clesiæ patrocinio non subtrahat, necesse est tam iide
berti, quàm ab eis progeniti professionem episcopo
faciāt, per quam se ex familia Ecclesiæ liberos effecto
fateantur, eiusque patrocinium non relinquant, sed in
virtutem suam obsequium ei, vel obedientiam præbe

De libertis, qui à quibuscunque manumissi Ecclesiæ patrocinio commendati sunt. Cap. CLXXXVI.

Ex eodē 5. ca. 72. LIberti, qui à quibuscunque manumissi sunt, atque
clesiæ patrocinio commendati existunt, sicut reg
antiquorum patrum constituerunt, sacerdotali defen
ne à cuiuslibet insolentia protegantur, siue in statu lib
tatis eorum, seu in peculio quod habere noscuntur.

De manumissis in Ecclesia. Cap. CLXXXVII.

Ex cōcil. Arausi- co, ca. 6. IN Ecclesia manumissos, vel per testamentum Eccle
commendatos, si quis in seruitutem, vel in obsequi
ad colonariam conditionem imprimere tentauerit,
maduersione ecclesiastica coërcebitur.

De fugitiuis ecclesiasticis seruis. Cap. CLXXXVIII.

Ex eodē, Toletan. FVgitiuos etiam seruos ecclesiasticos domos suas,
familias deserētes, qui etiam si reuocati fuerint, tene
ri non possunt, simili ratione ab episcopo, si voluerit,
si ita illi meruerint, distrahantur.

De episcopis, qui nihil suis Ecclesiis conferunt, & tamen ex familia liberos facere præsumunt. Cap. CLXXXIX.

Ex eodē. EPiscopi, qui nihil ex proprio suo Ecclesiæ Christi
ferunt, liberos ex familiis Ecclesiæ ad condemnatio
nem suam facere non præsumant. Impium est enim, vt q
res suas Ecclesiæ Christi non contulerit, damnum Eccle
siæ inferat. Tales igitur libertos successor episcopus,
que aliqua oppositione ad ius Ecclesiæ reuocabit.

De illis, qui pro aliquo reatu fugiunt ad Ecclesiam.
Cap. CXC.

IN synodo Aurelianensi prima sub Clodoueo rege, in qua sederunt episcopi vigintiquatuor, de his qui ad Ecclesiam pro reatibus suis fugiunt, id constitutum est obseruandum, quòd antiqui canones decreuerũt, & lex Romana cõstituit, vt ab Ecclesia, vel ab Ecclesiæ atriis, vel à domo episcopi, vel à clausstro, quia hæc pro emunitate habẽtur, eos abstrahi omnino non liceat, sed nec alteri consignari, nisi ad Euangelia datis sacramẽtis, de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere sint securi, ita, vt ei cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conueniat. Quòd si sacramẽta sua conuictus fuerit violasse, reus periurii nõ solùm à communione Ecclesiæ, vel omnium clericorũ, verumetiam, & à catholicorum conuiuio separetur. Quòd si cui reus est, noluerit sibi intentione faciente componi, & ipse reus de Ecclesia actus timore discesserit, ab Ecclesiæ clericis non requiratur. *Ex cõcil. Aurelia. cap. 10.*

De raptore, si cum rapta ad Ecclesiam confugerit. Cap. CXCI.

DE raptoribus autem fœminarum id constituendum esse censuimus, vt si ad ecclesiã raptor cum rapta cõfugerit, & fœminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & parentibus reddatur, & raptor mortis, vel pœnarum impunitate concessa, liberam habeat eundi facultatem. Si verò parentes mulieris ecclesiasticis viris obedire noluerint, excommunicentur. *Ex eodẽ, cap 2.*

De seruo, si pro qualibet culpa dominum suum ad Ecclesiam fugerit. Cap. CXCII.

SEruus qui ad Ecclesiam confugerit pro qualibet culpa, si à domino pro commissa culpa ecclesiastici sacramentum susceperint, statim ad seruitium domini sui redire cogatur. Et postquam dato sacramento domino suo fuerit consignatus, si aliquid pœnæ pro eadem culpa qua accusatur probatus fuerit pertulisse, pro contemptu ecclesiæ, & præuaricatione fidei, à communione & conuiuio catholicorum, sicut superius comprehensum est, extraneus ha- *Ex eodẽ, cap. 3.*

beatur. Si verò seruus pro culpa sua ab Ecclesia defensa sacramenta domini clericis exigẽtibus de impunitate p ceperit, exire nolentem à domino liceat occupari.

De eadem re. *Cap.* CXCIII.

Ex eodẽ, cap. 5. SImiliter in Matiscensi synodo decretum est, vt hi q fugiunt suos inimicos, aut in ecclesiam, aut in atri Ecclesiæ, aut in domum episcopi, aut in claustrum regu rium, non inde abstrahantur, nisi prius super sacra acce securitate à persequutoribus de morte, de debilitate, & mni pœnarum genere, sint securi: etiam si serui sint il rum, qui eos insequũtur, ita vt ei cui rei criminosi fuerit de satisfactione cõueniãt. Quòd si is qui super sacra p iurauerat, pòst conuictus fuerit iuramentum violasse, periurii communione priuetur, quousque satisfaciat.

De eadem re. *Cap.* CXCIIII.

Ex cõcil. apud Theodonis vil lã, ca. 11. REVM confugientem ad Ecclesiam, seu in atriũ E clesiæ, aut in officinas regularium fratrum, vt curiam aut in domum episcopi, quia hæc in antiquis nibus pro emunitate tenentur, nemo abstrahere aud neque inde donare ad pœnam, vel ad mortem, vt ho Dei, & sanctorum eius præ omnibus conseruetur, séd ctores ecclesiarum pacem & vitam, ac membra ei cum ramento obtinere studeant: sed tamẽ legitimè compon quicquid iniquè fecerat: & si insequutor magistris eccl obedire noluerit, canonicè constringatur.

De eadem re. *Cap.* CXCV.

Ex cõcil. Arausico, cap. 5. EOS qui ad Ecclesiam confugerint, tradi non debe sed loci reuerentia, & intercessione defendi. Si q autem mancipia clericorum pro suis mancipiis ad Ecc siam confugiẽtibus crediderit occupanda, per omnes E clesias districtissima damnatione feriatur.

De emunitate Ecclesiæ. *Cap.* CXCVI.

Ex cõcil. Triburi. cap. 30. SI quis in atrio Ecclesiæ pugnam committit, aut hom cidium facit, quicquid pro emunitate violata emen dum est, altario soluatur, cuiuscunque fuerit Ecclesia

De fugientibus ad ecclesiam. Cap. CXCVII.

SI quis contumax vel superbus timorem Dei, vel reuerentiam ecclesiarum sanctarum non habuerit, & fugientem seruum suum, vel quem ipse persequutus fuerit, de atrio ecclesiæ, vel de porticibus quomodolibet ecclesiæ adhærentibus per vim abstraxerit, & Deum omnipotentem in hoc contempserit, pro emunitate D. CCCC. solidos episcopo componat, & ipse publica pœnitentia iuxta iudicium episcopi multetur, vt fit honor Dei & reuerentia sanctorũ, & vt ecclesia Dei semper inuicta permaneat. *Ex cõcil. Mediomatricis, cap. 2.*

Quid in Ecclesia Dei legi debeat. Cap. CXCVIII.

NIhil aliud in ecclesia legatur aut cãtetur, nisi ea quæ autoritatis diuinæ sunt, & patrum orthodoxorum sanxit autoritas, nec falsa angelorum nomina colant, sed ea tantùm, quæ prophetica & Euangelica docet scriptura, id est, Michaël, Gabriël, Raphaël. *Ex cõcil. Aurelia no, ca. 3.*

Vt excommunicandi sint qui libros famosos legerint. Cap. CXCIX.

HI qui inuenti fuerint libros famosos & ignotos in ecclesia legere, vel cantare, excommunicentur. *Ex decre. Adriani papæ, cap. 2.*

De illis quæ clam concipiunt. Cap. CC.

IN hoc sancto concilio decretum est, vt vnusquisque presbyter in sua plebe publicè annunciet, vt si aliqua fœmina clanculò corrupta conceperit, & pepererit, nequaquam diabolo coartante filium, aut filiam interficiat, sed quocunque prævalet ingenio, ante ianuas Ecclesiæ partum deportari, ibique poni faciat, vt coram sacerdote in crastinum delatus, ab aliquo fideli suscipiatur & nutriatur, & tali ex causa homicidij reatum, &, quod maius est, parricidium euadat. Nam qui filium, aut filiam interficit, parricida omnimodis tenetur. *Ex conci. Matiscẽ. cap. 6.*

De infantibus in adulterio natis, & ad ecclesiam expositis. Cap. CCI.

SI expositus ante Ecclesiam cuiuscunq; fuerit miseratione collectus, contestationis ponat epistolam, vt si is qui collectus est intra X. dies quæsit, agnitúsq; nõ fuerit, securus habeat qui collegit. Sanè, qui post prædictum tempus calumniator extiterit, vt homicida ecclesiastica districtione damnabitur, sicut patrum sanxit autoritas. *Ex cõcil. Aralatẽ. cap. 5.*

De eadem re. Cap. CCII.

Ex cõcil. Vasensi, cap. 9.

DE expositis, quia collata ab omnibus querela proce-
sit, eos non ad misericordiam iam, sed canibus expo-
ni, quos colligere calumniarũ metu, quanuis infelix à pre-
ceptis misericordiæ mens humana detractet, id obserua-
dum est, vt secundum statuta fidelissimorum Augustorum
piissimorumq; principum, quisquis expositũ colliget, Ec-
clesiam contestetur, contestationẽ colligat. Nihilomin-
de altari dominico die minister annunciet ab ecclesiast-
co expositum esse collectum, vt intra dies decẽ ab expo-
tionis die expositum recipiat, si quis se probauerit agno-
uisse, collectori pro ipsorum X. dierũ misericordia, pro-
valuerit, ad præsens retribuat, aut in perpetuum cum De
gratia, si voluerit, possideat. Si quis expositorum hoc om-
ne collectorum repetitor, vel calumniator extiterit, vt h-
micida habendus est.

De auaritia sacerdotum. Cap. CCIII.

Ex cõcil. Toletan. cap. 33.

AVaritia radix cunctorum malorum, cuius sitis etia-
sacerdotum mentes obtinet. Multi enim fidelium
amore Christi & martyrũ, in parochiis episcoporum ba-
licas construunt, oblationes conscribunt, sacerdotes h-
auferunt, atque in vsus suos conuertũt. Inde est quòd c-
tores sacrorum deficiunt, dum stipendia sua perdunt. In-
labentiũ basilicarum ruinæ non reparantur, quia auari-
sacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re constitutum
à præsenti concilio, episcopos ita diœceses suas regere
nihil ex earum iure præsumãt auferre: sed iuxta prio-
authoritatem conciliorum, tam de oblationibus, quàm
decimis, & de tributis ac frugibus tertiam consequantu
Quòd si amplius quippiam ab eis præsumptum extite-
per concilium restauretur, appellantibus ipsis conditor-
bus, aut certè propinquis eorum, si iam illi à seculo disce-
serunt. Nouerint autem conditores basilicarum, in reb-
quas eisdem ecclesiis conferũt, nullam potestatem hab-
re, sed iuxta canonum instituta, sicut ecclesiam, ita & do-
tem eius ad ordinationem episcopi pertinere.

De illis qui Ecclesias incenderint. Cap. CCIIII.

Ex decr. Iulij pap.

SI quis Ecclesiam igne comburit, XV. annos pœnite-
& eam sedulè restituat, & precium suum distribu-
pauperibus.

De quodam clerico à diabolo vexato. Cap. CCV.

EX eodem quoq; tempore quidam Aquinensis Ecclesię clericus dæmonio vexabatur, qui à venerabili viro Constantio Ecclesiæ eius antistite per multa fuit maryrũ loca transmissus, vt sanari posset. Sed sancti Dei martyres noluerunt ei sanitatis donum tribuere, vt quanta esset in Benedicto gratia demonstrarent. Ductus itaq; est ad omnipotentis Dei famulum Benedictum, qui Iesu Christo domino preces fundens, antiquum hostem de obsesso homine protinus expulit. Cui sanato præcepit dicens: Vade, & post hæc carnem non comedas, & ad sacrum ordinem nunquam accedere præsumas. Quacunque autem die sacrum ordinem temerare præsumpseris, statim iuri diaboli iterum manciparis. Discessit itaque clericus sanus, ac sicut terrere solet animum pœna recens, ea quę vir Dei pręcepit interim custodiuit. Cùm ergo post annos multos omnes priores illius de hac luce migrassent, & minores suos sibimet superponi in sacris ordinibus cerneret, verba viri Dei quasi ex longo tempore oblitus post posuit, atque ad sacrum ordinem accessit. Quem mox is qui reliquit diabolus tenuit, eumq; vexare quousque animam eius excuteret, non cessauit. *Ex dialogo Greg. papæ.*

De rebus Ecclesiæ quæ mortuo episcopo, à presbyteris venditæ fuerint. Cap. CCVI.

DE his quę pertinent ad Ecclesiam, quæcunque, quum non esset episcopus, presbyteri vendiderunt, placuit rescisso cõtractu ad iura ecclesiastica reuocari. In iudicio autem erit episcopi, si precium debeat recipi nec ne: quia plerunque rerum districtarum reditus ampliorem summã pro precio dato reddiderit. *Ex conci. Ancirano. ca. 14.*

De eo qui spernit oblationem presbyteri, qui vxorem habuit. Cap. CCVII.

QVicunque discernit à presbytero qui vxorem habuit, quòd non oporteat eo ministrante de oblatione percipere, anathema sit. *Ex cõci. Gangrẽ. cap. 4.*

Quòd non permittantur ecclesiastici ad cœmiteria hæreticorum accedere. Cap. CCVIII.

QVòd non permittantur ecclesiastici ad hæreticorũ cœmiteria, vel ad ea quæ ab eis appellãtur mar- *Ex cõcil. Laodicẽ. cap. 8.*

tyria orationis causa vel sanitatis accedere. Sed huiusmodi, si fideles fuerint, certo tempore communione priuari. Pœnitentes autem & confitentes se deliquisse, conuenit susci-pi.

Quòd non oporteat ab hæreticis Eulogias accipere.
Caput CCIX.

Ex eodē, cap. 32. QVòd non oporteat ab hæreticis Eulogias accipere quæ sunt maledictiones potius, quã benedictiones.

Quòd nullus Christianus ad pseudomartyres ire debeat. Cap. CCX.

Ex eodē cap. 34. QVòd omnem Christianum non oporteat deserere martyres Christi, & ire ad pseudomartyres, id est hæreticorum, & quos ipsos constat hæreticos fuisse. Hi nanque alienati sunt à Deo. Sint igitur anathema qui ad tales accesserint.

Quòd non oporteat plebeios Psalmos in Ecclesia recitari. Cap. CCXI.

Ex eodē concilio, cap. 59. QVòd non oporteat plebeios Psalmos in Ecclesia recitari, nec libros præter canonem legi, sed sola sacra volumina noui testamenti vel veteris.

De illis qui conuentus, qui ad confessiones martyrum fiunt, abominantur. Cap. CCXII.

Ex conci. Antioch. cap. 20. SI quis superbię vsus affectu, conuentus abominatur qui ad confessiones martyrum celebrantur, & ministeria quæ in eis fiunt, simul cum eorum memoriis execratus anathema sit.

Vt victus ab exorcistis energumenis in domo Dei sedentibus administretur. Cap. CCXIII.

Ex cōcil. Cartha. cap. 91. ENergumenis in domo Dei sedētibus victus quotidianus per exorcistas opportuno tempore ministretur.

Vt sacra vasa non ab aliis quàm à sacris viris tractari debeant. Cap. CCXIIII.

Ex decret. Syxti papæ, cap. 49. COgnoscat sapientia vestra fratres charissimi, quia hac sancta apostolica sede à nobis & reliquis episcopis, cæterisque domini sacerdotibus statutum est, vt sa-

vasa non ab aliis quàm à sacratis, dominoque dicatis contrectentur hominibus. Indignum enim valde est, vt sacra domini vasa, quecunque sunt, humanis vsibus seruiant, aut ab aliis quàm à domino famulantibus eique dicatis tractentur viris, ne pro talibus præsumptionibus iratus dominus plagam imponat populo suo, & hi qui etiã nõ peccauerunt, mala patiantur, aut pereant: quia periti iustus sæpissimè pro impio. Attendite fratres, ne talia vestris in ecclesiis permittatis deinceps fieri, ne grex precioso sanguine Christi redemptus, in præcipitium, quod absit, ruat.

De sacratis fœminis quæ sacra vasa & pallas altaris tractare præsumpserint. Cap. CCXV.

SAcratas Deo fœminas vel monachas sacra vasa, vel sacras pallas penes vos contingere, & incensum circum altaria deferre perlatum est ad apostolicam sedem. Quæ omnia reprehensione & vituperatione plena esse nulli rectè sapientium dubium est. Quapropter huius sanctæ sedis autoritate hęc omnia vobis resecare funditus, quantocyus poteritis, censemus: & ne pestis hęc latius diuulgetur, per omnes prouincias abstergi diutissimè mãdamus. *Ex decre. Sotheris papæ, ca. 46.*

De vasis sacris, de pallis altaris & velis Ecclesiæ, si vetustate consumpta fuerint, quid inde faciendum sit. Cap. CCXVI.

DE vasis sanè sacris ita gerendum est. Altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur: quoniam non licet ea quæ in sacrario fuerunt, malè tractari, sed incendio vniuersa tradentur. Cineres quoque eorum in baptisterium inferantur, vbi nullus transitus habeatur, in pariete, aut in fossis pauimentorum iactẽtur, ne introeuntium pedibus inquinẽtur. Pallas verò & vela quæ in sanctuario sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris intra sacrarium lauent, non eiicientes foras à sacrario velamina dominicæ mensæ, ne forte puluis dominici corporis malè decidat, syndone foris delata, & erit hoc operanti peccatum. Idcirco in sacrario ministris præcipimus cum diligentia custodire. Pallæ in alia pelui lauentur, in alia vela. *Ex epist. Clementis papæ, cap. 56.*

Incipiunt decreta de recipiendis, vel non recipiendis libris, scripta à Gelasio papa, cum septuaginta eruditissimis episcopis in sede apostolica vrbis Romæ.

De ordine librorum veteris testamenti. *Caput* CCXVII.

Ex dere. Gelæsii papæ de recipiendis libris.

GEnesis liber vnus
Exodus liber vnus
Leuiticus liber vnus
Numeri liber vnus
Deuteronomij, liber vnus
Iesu Naue liber vnus
Iudicum liber vnus
Regum libri quatuor
Ruth liber vnus
Paralipomenon libri duo
Psalmorum liber vnus
Salomonis libri quinque
Iob liber vnus
Tobiæ liber vnus
Hesdræ liber vnus
Hester liber vnus
Iudith liber vnus
Machabæorum libri duo

De ordine prophetarum. *Cap.* CCXVIII.

ESaiæ liber vnus
Hieremiæ, cum Cinoth, id est, Lamentationibus suis liber vnus.
Ezechielis liber vnus
Danielis liber vnus
Oseæ liber vnus
Amos liber vnus
Micheæ liber vnus
Ioël liber vnus

Abdiæ	liber vnus.
Ionæ	liber vnus.
Naum	liber vnus
Abacuc	liber vnus.
Sophoniæ	liber vnus.
Aggæi	liber vnus.
Zachariæ	liber vnus.
Malachiæ	liber vnus.

De ordine librorum noui testamenti, quos sancta Romana Ecclesia tenet, & quos vniuersalis Ecclesia obseruat. Cap. CCXIX.

EVuangeliorum libri quatuor.

Secundum Matthæum	liber vnus.
Secundum Marcum	liber vnus.
Secundum Lucam	liber vnus.
Secundum Ioannem	liber vnus.
Actus apostolorum	liber vnus.
Epistolæ Pauli numero	*XIIII.*
Ad Romanos	Epistola vna.
Ad Corinthios	epistolæ duæ.
Ad Galatas	epistola vna.
Ad Ephesios	epistola vna.
Ad philippenses	epistola vna.
Ad Colossenses	epistola vna.
Ad Thessalonicenses	epistola vna
Ad Timotheum	epistolæ duæ.
Ad Titum	epistolæ duæ.
Ad Philemonem	epistola vna.
Ad Hebræos	epistola vna.
Apocalypsis Ioannis.	liber vnus.

Ordo VII. epistolarum canonica. Cap. CCXX.

PEtri apostoli	epistolæ duæ.
Iacobi apostoli	epistola vna.
Ioannis apostoli	epistolæ tres.
Iudæ Zelotis apost.	epistola vna.

Post propheticas & Euangelicas atque apostolicas scri pturas, quibus Ecclesia catholica per gratiam Dei fundata est, etiam illud intimandum putauimus, quòd quamuis vniuersæ per orbem diffusæ catholicæ ecclesiæ vnus thalamus *Ex decr. eiusdem,*

Christi sit, sancta tamen Romana catholica & apostolica Ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris Ecclesiis prælata est, sed Euangelica voce domini saluatoris nostri primatum obtinuit: Tu es Petrus, inquiens, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Et quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlo. Et quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cœlo. Cui data est etiam societas beatissimi Pauli apostoli vasis electionis, qui non diuerso, sicut hæretici gauriunt, sed vno tempore, vno eodemque die gloriosa morte cum Petro in vrbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam ecclesiam Christo domino consecrarunt, hancq; omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua præsentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Est ergo prima Petri apostoli sedes Romana ecclesia, non habēs maculam, nec rugam, nec aliquid huiusmodi. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine à Marco eius discipulo & Euangelista consecrata est, ipséque à Petro apostolo in Aegyptum directus, verbum veritatis prædicauit, & gloriosum consummauit martyrium. Tertia verò sedes apud Antiochiam eadem beatissimi Petri nomine haberur honorabilis, eò quod illic priusquam Romam venisset, habitauit, & illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. Et quanuis aliud fundamentum nemo possit ponere, præter quod positum est, quod est Christus Iesus, tamen ad ædificationem nostram eadem sancta Romana Ecclesia, post illa veteris vel noui testamenti, quas regulariter suscepimus, etiam has suscipi nō prohibet scripturas. Sanctam synodum Nicænam trecentorum xviii. patrum, mediante Maximo Constātino Augusto, in qua Arrius hęreticus condemnatus est. Sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in quo Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit. Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est, cum consensu beatissimi Celestini papæ, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, & Archadio episcopo ab Italia destinato. Sanctam synodū Chalcedonensem mediante Martiano Augusto, & Anatholio Constantinopolitano episcopo, in qua

Nestoriana & Eutychiana hæresis simul cum Dioscoro, eiusque complicibus damnatæ sunt. Sed & si qua sunt concilia à sanctis patribus hactenus instituta, præter istorum quatuor autoritatem, & custodienda & recipienda decreuimus. Iam nunc subiiciendum de opusculis sanctorum patrum, quæ in Ecclesia catholica recipiantur. Opuscula B. Cypriani martyris, & Carthaginēsis episcopi. Itē opuscula B. Gregorij Nazanzeni episcopi. Item opuscula Basilii Cappadoceni episcopi. Item opuscula B. Athanasii Alexandrini episcopi. Item opuscula B. Ioānis Constantinopolitani episcopi. Item opuscula B. Theophili Alexādrini episcopi. Item opuscula B. Cyrilli Alexandrini episcopi. Item opuscula B. Hylarii Pictauiensis episcopi. Item opuscula B. Ambrosii Mediolanensis episcopi. Item opuscula B. Augustini Hipponeregiensis episcopi. Item opuscula B. Hieronymi presbyteri. Item opuscula Prosperi viri religiosissimi. Item epistola B. Leonis papæ ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum destinata. Cuius textum quispiam si vsque ad vnum iota disputauerit, & nō eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. Item opuscula atq; tractatus omniū patrum orthodoxorum qui in nullo à sanctæ Ecclesiæ Romanæ consortio deuiarunt, nec ab eius fide, vel prædicatione seiuncti sunt, sed ipsius cōmunionis per gratiam Dei vsque in vltimum diem vitæ suæ fuere participes, legendos decernimus. Item decretales epistolas, quas beatissimi papæ diuersis temporibus ab vrbe Roma pro diuersorum patrum consolatione dederunt, venerabiliter suscipiendas. Item gesta sanctorum martyrum, quæ multiplicibus tormentorum cruciatibus & mirabilibus confessionum triumphis irradiant, quis ista catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed Dei gratia & adiutorio vniuersa toleraſſe? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana Ecclesia non leguntur, quia & eorum qui scripsere nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus aut dictis superflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit, scripta esse putantur: Sicut cuiusdam Cyrici, & Iulittæ, sicut Georgii, aliorumque huiusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur conscriptæ. Propter quod, vt dictum est, ne vel leuis subsannandi oriretur occasio, in san-

cta Romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum pra-
cta ecclesia, omnes martyres & eorum glorioſos agone-
qui Deo magis quàm hominibus noti ſunt, omni deuotio-
veneramur. Item Vitas patrum, Pauli, Antonij, Hylarion-
& omnium eremitarum, quas tantùm vir beatiſsimus ſcr-
pſit Hieronymus, cum omni veneratione ſuſcipimus. Ite-
actus beati Sylueſtri apoſtolicæ ſedis præſulis, licet eius
cõſcripſit nomen ignoretur, à multis tamen in vrbe Ro-
catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vſu multæ ha-
imitantur Eccleſiæ. Item ſcriptura de inuẽtione domi-
crucis, & alia ſcriptura de inuentione capitis beati Ioa-
Baptiſtæ, nouellæ quidem relationes ſunt, & nonnulli
catholici legunt. Sed cùm hęc ad catholicorũ manus ad-
nerint, beati Pauli apoſtoli præcedat ſententia: Oĩa pro-
te, quod bonum eſt tenete. Item, Rufinus vir religio-
plurimos Eccleſiaſticæ operis edidit libros, nonnullas
tiam ſcripturas interpretatus eſt. Sed quoniam beatiſſi-
Hieronymus in aliquibus eũ de arbitrij libertate not-
illa ſentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum ſen-
re cognoſcimus. Et non ſolùm de Rufino, ſed etiam
vniuerſis, quos vir ſæpius memoratus zelo Dei & fide-
ligione reprehendit. Item Origenis nonnulla opuſcu-
quæ vir beatiſsimus Hieronymus non repudiat, lege-
ſuſcipimus. Reliqua autem omnia cum ſuo autore dici-
eſſe renuenda. Item Chronica Euſebij Cæſarienſis, a-
eiuſdem Hyſtoriæ eccleſiaſticæ libros, quanuis in pri-
narrationis ſuæ libro tepuerit, & poſt in laudibus atq; e-
ſatione Origenis ſchiſmatici vnum conſcripſerit libr-
propter rerum tamen ſingularem notitiam, quæ ad inſtr-
ctionem pertinet, vſquequaq; non dicimus renuendos.
Oroſium virum eruditiſsimum collaudamus, quia
nobis neceſſari ã. aduerſus paganorum calumnias ordi-
uit hyſtoriam, miraque breuitate contexuit. Item vene-
bilis viri Sedulij Paſchale opus, quod Heroicis deſcri-
verſibus inſigni laude præferimus. Item Iuuenci nih-
minus laborioſum opus non ſpernimus, ſed miramur. C-
tera quæ ab hæreticis & ſchiſmaticis conſcripta vel pr-
dicta ſunt, nullatenus recipit catholica & apoſtolica Ro-
mana Eccleſia. E quibus pauca quæ ad memoriam ven-
rint, & à catholicis vitanda ſunt, credimus eſſe ſubden-

De notitia librorum apocryphorum, qui à sanctis patribus æterna dãnatione damnati sunt.

Caput CCXXI.

IN primis Ariminensem synodum à Cõstantino Cæsare Cõstantini filio congregatam, mediãte Tauro præfecto, ex tunc & in æternũ confitemur esse damnatam. *Itẽ eiusdem.*

Item Itinerarij nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti Clemẽtis, libri VIII. apocryphi. Actus nomine Andreæ apostoli, Apocryphus. Actus nomine Thomæ apostoli, apocryphus. Actus alius nomine Petri apostoli, apocryphus. Actus nomine Philippi apostoli, apocryphus. Euangelia Thaddæi nomine, apocrypha. Euãgelia nomine Barnabæ, apocrypha. Euangelia nomine Petri apostoli apocrypha. Euangelia nomine Thomæ, quibus Manichæi vtuntur, apocrypha. Euangelia nomine Bartholomæi, apocrypha. Euangelia nomine Andreæ apostoli, apocrypha. Euangelia quę falsauit Lucianus, apocrypha. Euãgelia quæ falsauit Ysicius, apocrypha. Liber de infantia saluatoris, apocryphus. Liber de Natiuitate saluatoris, & de Maria, vel obstetrice, apocryphus. Liber qui appellatur pastoris, apocryphus. Libri omnes quos fecit Leutius discipulus diaboli, apocryphi. Liber qui appellatur fundamentũ, apocryphus. Liber qui appellatur thesaurus, apocryphus. Liber de filiabus Adelgenesis, apocryphus. Centimetrum de Christo Virgilianis compaginatum versibus, apocryphum. Liber qui appellatur actus Teclæ & Pauli apocryphus, Liber qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber Prouerbiorum ab hæreticis conscriptus, & sancti Sixti nomine signatus, apocryphus. Reuelatio quæ appellatur Pauli, apocrypha. Reuelatio quæ appellatur Thomæ, apocrypha. Reuelatio quæ appellatur Stephani, apocrypha. Liber qui appellatur transitus sanctæ Mariæ, apocryphus. Liber qui appellatur pœnitentia Adam, apocryphus. Liber de Ogiæ nomine Gigantis, qui post diluuium cum dracone ab hæreticis pugnasse perhibetur, apocryphus. Liber qui appellatur testamentum Iob, apocryphus. Liber qui appellatur pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber qui appellatur pœnitentia sancti Cypriani, apocryphus. Liber qui appellatur Iamnæ & Mambræ, apocryphus. Liber qui appellatur sors apostolorum, apocry-

phus. Liber Lusa apostoli, apocryphus. Libri canones ap
stolorum, apocryphi. Liber Physiologus ab hæreticis co
scriptus, & beati Ambrosii nomine præsignatus, apocr
phus. Historia Eusebii Pāphili, apocrypha. Opuscula Te
tulliani, siue Africani, apocripha. Opuscula Postumiani
Galli, apocrypha. Opuscula Montani, & Priscillæ, & Ma
millæ, apocrypha. Opuscula omnia Fausti Manichæi, ap
crypha. Opuscula alterius Clemētis Alexandrini, apo
pha. Opuscula Cassiani presbyteri Galliarum, apocryp
Opuscula Victorini Pictauiēsis, apocrypha. Opuscula
sti Regiensis Galliarum, apocrypha. Opuscula Frumen
apocrypha. Epistola Iesu ad Abagarum, apocrypha. E
stola Abagari ad Iesum, apocrypha. Passio Quiricæ &
litæ, apocrypha. Passio Georgii, apocryha. Scripta que
pellantur Salomonis contradictio, apocrypha. Philac
omnia, quę non angelorum, vt illi confingūt, sed dæm
magis nominibus cōscripta sunt, apocrypha. Hęc & hi
milia, quæ Symon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marc
Basilides, Ebion, Paulus etiā Samosatenus, Fotinus, &
nosus, qui simili errore defecerunt, Montanus quoq; c
suis obscœnissimis sequacibus, Apollinaris, Valētin
ue Manicheus, Faustus, Sabellius, Arrius, Macedonius
nomius, Nouatus, Sabbaci⁹, Galistus, Donat⁹, & Eusta
Nibinianus, Pelagius, Iulianus Edanēsis, Celestinus, I
mianus, Priscillianus ab Hispania, Lampedius, Diosc
Eutychius, Petrus, & alius Petrus, è quibus vnus Alex
driam, alius Antiochiam maculauit, Acbatius Consta
nopolitanus cum consortibus suis, necnon & omnes
reses quas ipsi eorūq; discipuli, siue schismatici doc
vel conscripserunt, quorum nomina minimè retine
non solùm repudiata, verumetiam ab omni catholica
mana Ecclesia eliminata, atque cum suis authoribus
thorumq; sequacibus sub anathematis indissolubili
culo, in æternum confitemur esse damnata.

Quando, & quo tempore libri veteris & noui te-
stamenti legendi sint. *Cap.* CCXXII.

IN Septuagesima ponunt Heptaticū, vsque in XV. a
ante Pascha. XV. die ante Pascha ponunt Hieremi
vsque in cœnam domini. In cœna domini legunt tre

ctiones de Lamentatione Hieremiæ. Quomodo sedet sola ciuitas &c. Et tres de tractatu sancti Augustini in Psalmo LXIII. Exaudi deus orarionem meam cùm deprecor. Et tres de Apostolo, vbi ait ad Corinthios: Conuenientibus vobis in vnum. Secunda lectio sic incipit: Similiter postquam cœnauit. Tertia: De spiritalibus autē, nolumus vos ignorare fratres. In Parasceue tres lectiones de Lamētatione Hieremiæ. Et tres de tractatu sancti Augustini in Psalmo LXIII. Et tres de Apostolo, vbi ait in epistola ad Hebræos: Festinemus ingredi in illam requiē. Secunda lectio: Omnis nanq; pontifex. Tertia: De quo grandis nobis sermo est. In Sabbato sancto tres lectiones de Lamētatione Hieremiæ. Et tres de tractatu sancti Augustini in Psalmo LXIII. Exaudi Deus orationem meam cùm deprecor. Et tres de Apostolo, vbi ait in epistola ad Hebræos: Christus assistens pontifex. Secūda lectio: Vbi enim testamentum. Tertia: Vmbrā enim habens lex bonorum futurorum. In Pascha domini, Homilias de ipsa die pertinētes. Infra hebdomadā, Homilias. In octauas paschæ ponūt Actus apostolorum. Et epistolas canonicas, & Apocalypsin, vsq; in octauas Pentecostes. In octauis Pentecostes ponūt Regum & Paralypomenon vsq; in Calēd. Augusti. In dominica prima mensis Augusti ponunt Salomonem, vsque in Calend. Septēbris. In dominica prima Septēbris ponūt Iob, Tobiam, Hester, & Ezra, vsque in Calēd. Octobris. In dominica prima mensis Octobris ponunt Machabæorum, vsque in Calendas Nouembris. In dominica prima mensis Nouembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores Prophetas, vsq; in Calend. Decēb. In dominica prima mēsis Decembris, ponunt Esaiam Prophetam vsque in Natalem domini. In vigilia Natalis domini legūt primùm de Esaia tres lectiones. Prima lectio: Primo tempore alleuiata est terra Zabulon. Secunda: Consolamini. Tertia: Cōsurge consurge. Deinde leguntur Sermones vel Homiliæ ad ipsum diem pertinentes. In natali sancti Stephani Homiliæ de ipso die. In natali sancti Ioannis similiter. In natali Innocentū similiter. In octauas domini Homiliæ de ipso die. In dñica prima post natalē domini ponuntur epistolæ Pauli vsque Septuagesimā. In Epiphania lectiones tres de Esaia. Prima lectio sic incipit: Omnes sitientes. Secun-

da, Surge illuminare. Tertia, Gaudēs gaudebo. Deindē guntur Sermones vel Homiliæ ad ipsum diem pertine

De vasculis, quibus mysteria sacra conficiuntur. Cap. CCXXIII.

Ex cōcil. Tribur. cui interfuit rex Arnolphus, ca. 9.

VASA quibus sacrosancta conficiuntur mysteria lices sunt & patenæ. Dē quibus Bonifacius martyr episcopus interrogatus, si liceret in vasculis ligneis sac menta cōficere, respondit: Quondam sacerdotes aure gneis calicibus vtebantur: Nunc econtra lignei sacer tes aureis vtuntur calicibus. Zepherinus XVI. Ro nus episcopus, patenis vitreis Missas celebrare consti Tunc deinde Vrbanus decimusoctauus papa omnia m steria sacra fecit argentea. In hoc enim, sicut & in reli cultibus magis & magis per incrementum temporum cus succreuit Ecclesiarum. Nostris enim diebus, qui se patrisfamilias sumus, ne decus matris Ecclesiæ imminu tur, sed magis cumulē & amplificetur, statuimus, vt de ceps nullus sacerdos sacrū mysteriū corporis & sangui Iesu Christi dñi nostri in ligneis vasculis vllo modo c cere præsumat ne vnde placari debet, inde irascatur D

De Ecclesia à compluribus cohæredibus obsessa. Caput CCXXIIII.

Ex eodē concil. cui interfuit rex Arnolphus, cap. 32.

QVæcunque Ecclesia à compluribus cohæredibus obsessa, concordia, vnanimitate vndique procu tur, ne propter aliquas disceptationes seruitium Dei minuatur, & cura populi irreligiosè negligatur. Si rò cōtingat pro ea cōparticipes dissidere, & sub vno pr bytero nolle eam procurare. & propterea iurgia & cōte tiones tam inter ipsos, quàm inter clericos incipiant fr quentare: quia iuxta Apostolum seruos dei nō oportet l tigare, episcopus tollat inde reliquias, & sub magna cu honorificè collocet eas, atque eiusdem Ecclesiæ claud ostia, & sub sigillo signet ea. Et vt sacrum mysterium nul lus celebret in ea antequam concordi vnanimitate, vnum omnes eligant presbyterum, qui idoneus sit sacrosanctum locum procurare, & populo Dei vtiliter præesse.

De altaribus, in quibus sacræ reliquiæ non inueniuntur. Cap. CCXXV.

Ex cōcil. Africano, ca. 50

ALtaria in quibus corpora, vel reliquiæ martyrum no esse probantur, ab episcopis eiusdē loci destruantur.

In altari in quo Episcopus missam celebrat, eo die presbyter aliam iterare non præsumat.
Cap. CCXXVI.

NEC in altari, quo missam episcopus cantauit, presbyter eo die Missam celebrare præsumat. *Ex cõcil. Vrbico.*

Vt in oblatione corporis & sanguinis domini incensum imponi debeat. Cap. CCXXVII.

VT tempore quo Euangelium legitur, finitóque offertorio, super oblationem incensum, in mortem videlicet redemptoris nostri ponatur, decreuimus. *Ex cõcil. Rotoma. cap 1.*

Vt quoties basilicam ad quam itur præsentia nouæ plebis impleuerit, toties sacrificium subsequens offeratur. Cap. CCXXVIII.

VT autem in omnibus obseruantia nostra concordet, illud quoque volumus custodiri, vt cùm solẽnior festiuitas conuentum populi numerosioris indixerit, & ad eandem tanta fidelium multitudo conuenerit, quam recipere basilica vna non possit sacrificii oblatio indubitanter iteretur, ne his tantùm admissis ad hanc deuotionem, qui prius aduenerint, videantur hi qui postmodum confluxerint non recepti, cùm plenum pietatis atque rationis sit, vt quoties basilicam ad quam itur præsentia nouæ plebis impleuerit, toties sacrificiũ subsequens offeratur. Necesse est enim, vt quædam populi pars sua deuotione priuetur, si vnius tantùm Missę more seruato, sacrificium offerre non possint, nisi prima diei parte conuenerint. *Ex epist. Leonis papæ, ad Dioscorum Alexandrin. episcopũ missa, cap. 2.*

Vt nullus presbyter titulum super titulum vsurpare præsumat. Cap. CCXXIX.

VT si quilibet presbyterorum defunctus fuerit, vicinus presbyter apud seniorem secularem nulla precatione, vel aliquo xenio Ecclesiam illam obtineat, quia titulus per se constans anteà extitit, sed neque capellam sine cõsultu episcopi. Quòd si fecerit, definitam sententiam sibi prolatam suscipiat, sicuti de episcopo canonica decreuit authoritas, vt si per ambitionem maiorem ciuitatem appetierit, & illam perdat quam tenuit, & illã nequaquam obtineat, quam vsurpare tentauit. *Ex cõcil. Hãneten.*

Vt episcopus aut presbyter postquam Missam inceperit, & orationem dixerit, nisi passio aliqua interuenerit, antequam inceptum ministerium adimpleat, ab altario Dei nullo modo discedere audeat. Cap. CCXXX.

Ex decr. Zachariæ papæ cap. 14.

VT episcopus aut presbyter, dum ingressus fuerit Missarum solennia celebranda, nisi passio aliqua teruenerit, nullo modo audeat data oratione recedere ab alio episcopo, aut presbytero suppleantur Missarum lennia, sed qui initium ponit, suppleat vsque ad finē. Q scriptum est: Qui perseuerauerit vsque in finem, hicsa erit. Si quis vero presumpserit preter quod posuimus re, à sacro corpore & sanguine domini nostri Iesu Chr sit suspensus.

Vt nullus episcopus vel presbyter ad celebrandum Missarum solennia cum baculo ire, aut velato capite altario Dei assistere præsumat. Cap. CCXXXI.

Ex decr. eiusdem, cap. 15.

VT nullus episcopus, presbyter, aut diaconus ad c brandum Missarum solennia præsumat cum ba introire, aut velato capite altario Dei assistere, quon & apostolus Paulus prohibet viros velato capite ora Ecclesia, & si temerè præsumpserit, cōmunione priue

Ne corpora sanctorum transferantur de loco ad locum. Cap. CCXXXII.

Ex cōcil. Mogūti. cap. 51.

DEinceps verò corpora sanctorum de loco ad lo nullus transferre præsumat, sine consilio princ vel episcoporum, sanctæq; synodi licentia.

Qui mortui in Ecclesia sepeliantur. Cap. CCXXXII

Ex eodē. cap. 52.

NVllus mortuus infra Ecclesiā sepeliatur, nisi ep pi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles

Quòd omnes fideles in Ecclesia nihil agere debeant, nisi orare. Cap. CCXXXIIII.

Ex cōcil. Turonē. cap. 38.

SAcerdotes debent fideles admonere, vt quando ad Ecclesiā conueniunt, sine strepitu ac tumultu eá in diantur, in qua etiam quandiu in orationis causa mo tur, nequaquam inanes inter se proferant confabula nes, sed tempore quo Missarum solennia celebrantur solùm ab ociosis & inutilibus verbis, verūetiam & a niciosis cogitationibus funditus abstinendum sit.

Quòd diuina clementia fixis in terram genibus exoranda sit, nisi in maioribus solennitatibus.

Caput CCXXXV.

SCiendũ est quod exceptis diebus dominicis,& illis solẽnitatibus quibus sancta & vniuersalis ecclesia ob recordationem dominicæ resurrectionis solet stando orare, fixis in terram genibus suppliciter clementiam nobis profuturam nostrorumque criminum indulgentiam deposcendum est: cuius rei in Euangelio ipse dominus nobis dedit exemplum. Sed & Stephanus martyr, & apostolus Paulus eadem fecisse, liber Actus apostolorum testis est, ex quibus intelligi datur, oportere Christianum humiliter in terram prosterni, ne fortè illi dicatur: Cur superbiat terra & cinis? *Ex eodem cap. 37.*

Quòd non liceat mortuis osculum dare.

Cap. CCXXXVI.

NOn licet mortuis osculum dare, nec palliis quę in sacrificio super altare ponuntur, corpora eorum inuoluere, vel super feretrum ponere. *Ex conci. Agathen. cap. 3.*

Vbi fideles sepeliri debeant. Cap. CCXXXVII.

RRstat propter instantem, quæ tunc maxima occurrit, necessitatem vbicunque facultas rerum & oportunitas temporum suppetat sepulturam morientium apud Ecclesiam, vbi sedes est episcopi, celebrari. Si autem hoc propter itineris longinquitatem aut adiacentem alicuius inopportunitatis difficultatem impossibile videatur, expectet eum terra sepulturę suæ quo canonicorum aut monachorum siue sanctimonialium congregatio sancta communiter degat, vt eorum orationibus iudici suo commendatus occurrat, & remissionem delictorum quam meritis non obtinet, illorum intercessionibus percipiat. Quòd si & hoc ineptum & difficile æstimetur, vbi decimam persoluebat viuus, sepeliatur mortuus. *Ex cõcil. Turonię, cui interfuit rex Arnolphus. cap. 15.*

Vt sacerdotes ad tempus orationibus vacent, antequam sacrificent. Cap. CCXXXVIII.

NAm Paulus ad Corinthios scribit dicens: Abstinete vos ad tempus vt vacetis orationi, & hoc vtique laicis præcepit, multò magis sacerdibus, quibus & orandi *Ex decre. Innocentij papæ, cap. 26.*

& sacrificandi iuge officium est, semper debebunt ab hu-
iusmodi consortio abstinere. Qui si contaminatus fue-
carnali concupiscentia, quo pudore vel sacrificare for-
tan vsurpabit, aut qua conscientia, quóve merito exau-
ri se credit, cùm dictum sit: Omnia munda mundis, co-
quinatis autem & infidelibus nihil mundum?

De laicis qui proprias ecclesias habent.

Caput CCXXXIX.

Ex conci. Remensi, præsente Ludouico imperatore. cap. 5.

SI laici capellas proprias habuerint, à ratione & autor-
state alienum habetur, vt ipsi decimas accipiant, & a-
de canes aut genitiarias suas pascant, sed potius presb-
teri ecclesiarum eas accipiant, & inde restaurationem E-
clesiarum, & luminaria, & hospitum, ac pauperum re-
ptionem exhibeant, & pro sancta Ecclesia, ac pro statu
gni Dei misericordiam studiosè implorent.

De Ecclesiis monachorum. Cap. CCXL.

Ex concil. apud Cõfluentiã, cui interfuit Henricus, & Carolus reges, cap. 6.

HOc quoque statutum est quatenus Ecclesiæ quor-
cunq; monachorum in singulis parochiis sitæ, ep-
scoporum, vt decet, diuinitus subdantur regimini, eis-
debita obsequia in exercendis ecclesiasticæ curæ negot
solicitè exhibeant, ipsi proculdubio monachi episc
suis in omnibus obediant.

De illis qui dum suæ proprietatis loca alicubi dare vo-luerint, decimam nusquam tradere se posse co-gnoscant. Cap. CCXLI.

Ex eodem concilio cui interfuit Henricus & Carolus reges, ca. 8.

SI quis verò laicus vel clericus, seu vtriusque sexus p-
sona proprietatis suæ loca, vel res alicubi donare
legauerit, decimationum prouentum priori Ecclesiæ
gitimè signatum inde abstrahere nullam habeat pote-
tem. Quòd si facere tentauerit, talis traditio irrita pro-
ducatur, & ipse ad emendationem ecclesiastica coër-
tur censura.

Finis Libri Tertij.

INDEX

CAPITVLORVM

Libri Quarti.

Vid sit baptismus. Cap. i.

Vt præter Pascha & Pentecosten, nisi mor
Q te periclitantibus, baptismus nō fiat. ii.

Quo tempore baptisma celebrandum sit, vt qui baptizantur non infideles, sed fideles inueniantur. iii.

De duobus temporibus baptismatis iiii.

Item quo tempore baptismus fieri debeat. v.

De eadem re. vi.

De eadem re. vii.

Vt viginti dies ante baptismum ad purgationem exorcismi catechumeni veniant. viii.

Quòd omnes ad baptismū veniētes quinta feria maioris hebdomadæ fidē epo vel presbytero reddere debeāt. ix.

Vt omnes baptizandi prius sint exorcizandi. x.

Vt baptizādi nomine dato à carne & vino se abstineāt. xi.

Quòd Neophyti à lautioribus cibis aliquod tempus & à coniugibus se abstinere debeant. xii.

Vt omnis presbyter vas baptismale habeat. xiii.

Vt nullus presbyter nisi in ciuitatibus baptizare præsumat, excepta causa infirmitatis. xiiii.

Qualiter ei qui fidelis existere voluerit, baptismum sit tribuendum. xv.

De martyrib⁹ qui sine baptismo martyriū susceperūt. xvi.

Quòd catechumenis sacramentum in Pascha dari non debeat. xvii.

De catechumenis à baptisterio remouendis. xviii.

De catechumenis segregandis & informandis. xix.

De catechumenis peccantibus. xx.

De illis qui nuper sunt baptizati, quòd promoueri non debeant. xxi

De presbyteris si in Trinitate iuxta præceptum domi
non baptizauerint. xx
De eadem re. xxi
Quòd in baptismo & in confirmatione, si necesse fuer
vnus patrinus possit esse. xxii
Vt vnus patrinus, vel patrinn ad suscipiendum infante
accedant. xx
Vt ille qui non est confirmatus à baptismo nullum rec
piat. xx
Vt nullus fiat patrinus nisi rectè credat. xxv
Vt presbyteri à patrinis requirant si symbolum tenea
xxviii.
De symbolo VIII. dies ante Pascha publicè in omnib
Ecclesiis recitando. xx
De gentilibus infirmis, si baptismum desiderant. xx
De grauida baptizanda. xx
De paruulis infirmis baptizandis. xx
De illis qui in ægritudine baptizantur. xxi
De illis q paruulos recétes negãt esse baptizãdos. xxi
De infirmis baptizandis. xx
De ægrotantibus si baptismum desiderant, & post obm
tescunt. xxx
De mortuis non baptizandis. xxx
De subito obmutescente, si testes habuerit baptizand
xxxviii.
De his qui apud hæreticos baptizantur in nomine sanc
Trinitatis. xxx
De eadem re.
Vt baptismus in Trinitate susceptus non iteretur.
De illis qui nesciunt qua fide baptizati sint.
De presbytero qui grammaticam ignorabat, & tamen
Trinitate baptizabat.
De illis qui aliquam habent dubitationem baptism
vt rebaptizentur.
De infantibus si certos testes habere non possunt, eos
esse baptizatos.
De presbyteris per quorum negligentiam, sine baptism
te aliquis mortuus fuerit.
Vt nullus presbyter in propria prouincia alicui infirm
baptismum denegare præsumat.

De illis qui denuò baptizati sunt. xlviii,
De hoc si paruulus ægrotans ad quemlibet presbyterum baptismi gratia defertur. xlix.
De illis qui bis vel ter baptizati sunt. l.
De illis qui bis ignorantes baptizati sunt. li.
De paruulorum animabus qui sine baptismate moriuntur. lii.
De energumenis baptizatis liii.
De energumenis & catecumenis baptizandis. liiii.
De rebaptizatis. lv.
De presbytero qui rectè baptizatũ denuò baptizauerit, & non rectè baptizatũ ab hæreticis non baptizauerit. lvi.
Vt diaconi suam mensuram custodiant. lvii.
De inordinato, si quasi ordinatus baptizare præsumpserit. lviii.
Vt presbyteri populum admoneant, suos infantulos ad confirmationem episcopo præsentent. lix.
Vt eos perfectæ ætatis ieiuni ad confirmationẽ veniãt. lx.
De duobus sacramentis id est, baptismo, & manus impositione. lxi.
Vt omnes Christiani ad confirmationem festinent. lxij.
Item de manus impositione. lxiij.
Item de confirmatione. lxiiij.
Quòd omnes fideles accepto baptismate chrisma cœleste percipere debeant. lxv.
Vt omnes renati fonte baptismatis, donum sancti spiritus per manus impositionem accipere debeant. lxvi.
Vt episcopi non nisi ieiuni confirmationes faciant, excepta causa infirmitatis. lxvij.
Vt episcopis in campo si necesse sit liceat confirmare, melius est autem in Ecclesia, aut in atrio Ecclesiæ. lxviii.
Vt à solis episcopis baptizati sint, consignandi. lxix.
Vt presbyteri baptizatos in frontibus chrismate signare non audeant. lxx.
De presbyteris qui probaptismate precia requirunt. lxxi.
De presbyteris q veteri chrismate baptizare pſumũt. lxxii.
Vt presbyter in sua plebe sine chrismate ire non debeat. lxxiii.
De presbytero qui se deprehenderit non esse baptizatum. lxxiiii.

De presbyteris quomodo in cœna dñi de chrismate, de
leo sanctificato, de oleo infirmorū facere debeant. lx
De eadem re. lx
De eadem re. lx
De eadem re. lxv
De presbyteris qui pro accipiendo charismate ad ciuitat
venire solent. lx
De chrismate quòd semper sub sera esse debeat. lx
De Iudæis quomodo ante baptismum examinari debea
lxxxi.
De Iudæis vt nullus eis vim ad credendum debeat infer
lxxxij.
Vt Iudæorum filii baptizati ab eorum consortio sepa
debeant. lxx
Vt nulla communio sit Hebræis ad fidem Christianā tra
latis, cum aliis nondum baptizatis. lxx
De Iudæis qui apostatauerunt. lx
De Iudæorum seruis. lx
De mācipiis Iudæorū quæ ad baptismū cōfugiunt. lx
Item de mancipiis Iudæorum, aut Christianis, aut fide
Christianam venire desiderantibus. lxx
De illis qui de hæresi ad fidem venire desiderant. lx
De Iudæis si Christianum mancipium circunciderint. x
Quid sanctus Gregorius de Iudæis præceperit. x
De illis baptizatis qui pro periculo mortis à diacon
baptizati fuerint. x
De illis qui presbyteros cogunt denarios pro balsamo d
re. xc
De chrismatis panno. xc
Quòd cathecumeni cum baptizatis manducare non d
beant. x
De scrutinio faciendo. xc
De ministerio baptismatis. xc
Quòd bigamus vocetur, qui ante baptismum vxorem, &
liam post baptismum habuit. xc
De episcopis & presbyte. & diaconibus rebaptizatis. xc
De eo qui per ignorantiam ordinatur anteq̄ baptizetur.
De illis qui gratiam sancti spiritus vendere conantur.

Indicis Capitulorum Finis.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA-cienſis Epiſcopi, de Sacramento Baptiſmatis & cõfirmationis, Decretorum Liber IIII.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de Baptiſmo & Confirmatione, deque iis quæ circa hæc obſeruanda ſunt, tractatur.

Quid ſit Baptiſmus. Cap, I.

BAptiſmus Græcè, Latinè tinctio interpretatur. Quod idcirco tinctio dicitur, quia ibi homo ſpiritu gratiæ in melius mutatur, & longè aliud quàm erat efficitur, baptizatus in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti. Sicut in tribus teſtibus ſtat omne verbum, ita hoc ſacramentum confirmat ternarius numerus nominum diuinorum, id eſt, patris, & filii, & ſpiritus ſancti. *Ex decr. Fabia. papæ, cap. 5*

Vt præter Paſcha & Pentecoſten niſi morte periclitantibus baptiſmus non fiat. Cap. II.

VNde quia manifeſtiſsimè patet, baptizãdis in Eccleſia electis hæc duo tempora, id eſt, Paſca & Pentecoſten eſſe legitima, dilectionem veſtram monemus, vt nullos alios dies huic obſeruantiæ miſceatis. Quia ſi ſunt alia quoque feſta quibus multa in honorem Dei reuerentia debeatur, principalis tamen & maximi ſacramenti cuſtodienda nobis eſt myſtica & rationabilis exemplatio, non interdicta licentia, qua in baptiſmo tribuendo quolibet tempore periclitantibus ſubuenitur. Ita enim ad has duas feſtiuitates connexas ſibimet atque cognatas, incolumium & pacis ſecuritate degentium libera vota deferimus, vt in mortis periculo, in obſidionis diſcrimine, in perſequutionis an- *Ex epiſt. Leon. papæ, cap. 11*

gustiis, in timore naufragij, nullo tempore hoc veræ fidei singulare præsidium cuiquam denegemus.

Quo tempore baptisma celebrandum sit, & vt qui baptizantur non infideles sed fideles inueniantur.

Caput III.

Ex decr. Victoris pæpæ, fratrib⁹ per Alexandriā constitutis, cap. 2.

IN paschali verò tempore & Pentecoste baptismate celebrandum est catholicum: sed tamen si necesse fuerit a mortis periculum ingruerit, gentiles ad fidem venientes quoquo loco, vel momento, vbicunq; euenerit, siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus tantùm Christianæ confessione credulitatis clarificata baptizãtur. Ipsi quoq; qui in baptismo polliciti sunt, summopere est attendendum, ne infideles sed fideles inueniantur. Ipsi verò qui infidelitatis nota aspergnutur, infames efficiuntur, atque inter fideles minimè reputantur.

De duobus temporibus baptismatis.

Caput IIII.

Ex decr. Gelasii pap. c. 10

BAptizandi sibi quispiam passim quocunque tempore nullam credat inesse fiduciam, præter Paschale festum & Pentecostes venerabile sacramentum, excepto duntaxat grauissimi languoris incursu, in quo verendum est, ne morbi crescente periculo, sine remedio salutari fortasse ægrotans exitio præuentus abscedat.

Item quo tempore baptismus fieri debeat. Cap V.

Ex decr. Syrici pap. ca. 2.

SEquitur de diuersis baptizandorum, prout vnicuique libitum fuerit, improbabilis & emendanda consuetudo quæ à nostris consacerdotibus, quòd commoti dicimus non ratione autoritatis alicuius, sed sola temeritate præsumitur, vt passim ac liberè natalitiis Christi, seu apparitionis, necnon & apostolorum, seu martyrum festiuitatibus innumeræ, vt asseris, plebes baptismi mysterium consequantur, cum hoc sibi priuilegium & apud nos, & apud omnes Ecclesias, dominicum specialiter cum Pentecoste suo Pascha defendat.

De eadem re. Cap. VI.

Ex cõcil. apud Cõpendium, cap. 3.

VT extra statuta tempora canonum, id est, in Pascha & Pentecoste, baptisma non celebretur: quia sacrationes hoc modis omnibus, nisi aliquod periculum imminere rit, fieri prohibent, intantum vt etiam eos qui alio te

pore baptizantur, à gradibus Ecclesiasticis abstineant, nec ad clerum admittantur.

De eadem re. Cap. VII.

SAcrosancti baptismi sacramentum, non nisi in Paschali festiuitate, & Pentecoste vnusquisque fidelium nouerit esse præbendum: exceptis his quibus mortis periculo vrgente, ne in æternum pereat, talibus oportet remediis subuenire. *Ex cõcil. Vuormacic. ca. 10*

Vt viginti dies ante baptismum ad purgationem exorcismi, catechumeni veniant. Cap. VIII.

HOc omnimodis præcipimus, & antiqui canones præcipiunt, vt ante baptismum viginti dies ad purgationẽ exorcismi catechumeni veniant, & in illis viginti diebus iuxta canonicum præceptũ, & erudiantur & consecrentur. *Ex cõcil. Braggar cap. 3.*

Quòd omnes ad batismum venientes quinta feria maioris hebdomadæ, fidem episcopo vel presbytero reddere debeant. Cap. IX.

QVod oporteat eos qui ad baptisma veniunt fidem discere, & quinta feria septimanę maioris episcopo aut presbyteris reddere. *Ex cõcil. Laodicẽsi cap. 46.*

Vt omnes batizandi prius sint exorcizandi Cap. X *Ex dere. Celest. pap. Galliarum epis. missis cap. 12.*

ILlud etiam quòd circa baptizandos in vniuerso mundo sancta Ecclesia vniformiter agit, non ocioso contemplamur intuitu, cum siue paruuli, siue ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitæ adeant, quàm & exufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur, vt tunc verè appareat, quomodo princeps huius mundi mittatur foras.

Vt baptizandi nomine dato à carne & vino se abstineant. Cap. XI.

BAptizandi nomen suum dent sub abstinentia vini & carnium, ac manus impositione crebro examinent baptismum, *Ex cõcil. Cartha. can. 85.*

Quòd neophyti à lautioribus cibis aliquod tempus, & à coniugis se abstinere debeant. Cap. XII.

NEophyti aliquandiu à lautioribus epulis, & spectaculis, vel coniugibus abstineant. *Ex eodẽ cap. 87.*

Vt omnis presbyter vas baptismale habeat.
Cap. XIII.

Ex cōcil. Meldēsi. cap. 7.

OMnis presbyter qui fontem lapideum habere ne[illegible] uerit, vas conueniens ad hoc solummodo baptiza[illegible] officium habeat, quod extra Ecclesiam non deportetur. [illegible] militer ad corporale lauandū, & ad pallas altaris propri[illegible] sa habeantur, in quibus nihil aliud fiat.

Vt nullus presbyter nisi in ciuitatibus baptizare præsumat, excepta causa infirmitatis.
Caput XIIII.

Ex eodē, cap. 48.

NEmo presbyterorum baptizare præsumat, nisi in [illegible] uitatibus atque temporibus constitutis, nisi causa [illegible] gritudinis, vel certæ necessitatis, & loca illa authorita[illegible] & priuilegia debita retineant.

Qualiter ei qui fidelis existere voluerit, baptismum sit tribuendum. Cap. XV.

Ex decr. Clemētis papæ, cūctis fidelibus missis, ca. 62

SI quis ergo fidelis voluerit existere, & desiderat ba[illegible] zari, exutus prioribus malis de reliquo pro bonis ac[illegible] hæres bonorum cœlestium ex gestis propriis fiat. Acce[illegible] ad sacerdotem suum, & ipsi det nomen suum, atque ab [illegible] audiat mysteria regni cœlorum. Leuiniis frequentibus [illegible] ram impendat, ac semetipsum in omnibus probet, vt [illegible] menses iam consummando, in die festo possit baptizari. [illegible] ptizetur vnusquisque in aquis perennibus nomine tri[illegible] beatitudinis inuocato super se, perunctus primo oleo [illegible] orationem sanctificato, vt ita demum per hæc consecra[illegible] possit percipere locum cum sanctis.

De martyribus qui sine baptismo martyrium susceperunt.
Caput XVI.

Ex dictis August.

CAthecumenum quāuis in bonis operibus defunct[illegible] vitam habere non credimus, excepto duntaxat, [illegible] martyrii sacramenta compleantur. Baptizatus confite[illegible] fidem suam coram sacerdote, & interrogatus respondet. Hoc idem martyr coram persequutore facit, qui & confi[illegible] tur fidem, & interrogatus respondet. Ille post cōfessione[illegible] aspergitur martyrio, vel vero aspergitur sanguine, vel [illegible] gitur igne. Ille manus impositione pontificis accipit spi[illegible] tum sanctum. Hic habitaculum efficitur spiritus sancti [illegible] non est ipse qui loquitur, sed spiritus qui in illo loqui[illegible] Ille communicat Eucharistiæ in commemoratione mor[illegible]

domini: hic ipsi Christo commoritur. Ille cõfitetur se mũdi actibus renunciaturum, hîc ipse renunciauit vitæ. Illi omnia peccata remittuntur, isti extinguuntur.

Quòd cathecumenis sacramentum in Pascha dari non debeat. Cap. XVII.

ITem placuit, vt per solennissimos Paschales dies sacramentum catechumenis non detur, ni solum salis, quia si fideles per illos dies sacramentum non mutãt, nec catechumenos oportet mutare. *Ex cõcil. Carthagi. cap. 5.*

De catechumenis à baptisterio remouendis. Cap. XVIII.

AD baptisterium catechumeni nunquam admittendi sunt, nisi ipsi baptizentur. *Ex cõcil. Arausico, ca. 17*

De catechumenis segregandis, & informandis. Cap. XIX.

AFidelium benedictione catechumeni, etiã inter domesticos ordines, in quantum caueri potest, segregãdi, informandique sunt, vt se & signandos, vel benedicendos semotim offerant. *Ex eodẽ, cap. 18.*

De catechumenis peccantibus. Cap. XX.

CAtechumenus, si ingrediatur Ecclesiam, & in ordine eorum, qui instruuntur, assistat, hic autem deprehensus fuerit peccans, siquidem genu flectit, audiat, vt nõ delinquat vlterius. Si verò & audiens peccauerit, expellatur. *Ex cõcil. Neocæsa. cap. 6.*

De illis qui nuper sunt baptizati, quòd promoueri non debeant. Cap. XXI.

DE his qui nuper sunt illuminati baptismate, quòd eos in sacerdotali non conueniat ordine promoueri. *Ex cõcil. Laodiẽsi, cap. 3.*

De presbyteris, si in trinitate iuxta præceptum domini non baptizauerint. Cap. XXII.

SI quis episcopus aut presbyter iuxta præceptum domini non baptizauerit in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, sed in tribus sine initio principiis, aut in tribus filiis, aut in tribus paracletis abiiciatur. *Ex canone apostolo.*

De eadem re. Cap. XXIII.

SI quis episcopus aut presbyter, non trinam mersionem vnius mysterii celebrauerit, sed semel mergit in baptismate, quod dari videtur in morte domini, deponatur: Nõ enim dixit dominus: In morte mea baptizate, sed: Euntes *Ex eodẽ.*

docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filii, & spiritus sancti.

Quòd in baptismo, & in confirmatione, si necesse fuerit, vnus patrinus possit esse. Cap. XXIIII.

Ex decr. Ygini papæ, ca 10

IN catechumeno, & in baptismo, & in confirmatione vnus pater potest fieri, si necessitas cogit: non est tamen consuetudo Romana, sed per singula singuli suscipiunt.

Vt vnus patrinus, vel patrina ad suscipiendum infantem accedat. Cap. XXV.

Ex decr. Leonis papæ apud S. Medardum.

VT non plures ad suscipiẽdum de baptismo infantem accedant, quàm vnus, siue vir, siue mulier. In confirmationibus quoque idipsum fiat.

Vt ille qui non est baptizatus, vel confirmatus, à baptismo nullum recipiat. Cap. XXVI.

Ex cõcil. Mogũti. cap. 2.

IN bapismo vel in chrismate non potest alium suscipere in filiũ ipse qui non est baptizatus, vel confirmatus.

Vt nullus patrinus fiat, nisi rectè credat. Cap. XXVII.

Ex cõcil. Parisiẽsi, cap. 2.

VT nemo à sacro fonte aliquem suscipiat, nisi Orationem dominicam & Symbolum, iuxta suam linguam & intellectum teneat, & coram ptesbytero decantet, & intelligant omnes pactum, quod cum Deo pepegerunt.

Vt presbyteri à patrinis requirant, si Symbolum teneant. Cap. XXVIII.

Ex cõcil. Vvomarcien. 4. cap. 1.

ANnuncient presbyteri, vt neque viri, neque fœmine de sacro fonte filiolos, vel filiolas suscipiãt, nisi memoriter Symbolum, & Orationem dominicam tenuerint.

De Symbolo octo dies ante Pascha publicè in omnibus Ecclesiis recitando. Cap. XXIX.

Ex cõcil. Agathẽ. cap. 1.

SYmbolum etiam placuit ab omnibus Ecclesiis vna, id est, octo dies ante dominicam resurrectionem, publicè in Ecclesia competentibus tradi.

De gentilibus infirmis, si baptismum desiderãt. Caput XXX.

Ex eodẽ concilio, cap. 3.

GEntiles, si in infirmitate desiderauerint sibi manum imponi, si fuerint ex aliqua parte honesta vita, placuit eis manum imponi, & fieri Christianos.

De grauidâ baptizanda. Cap. XXXI.

Ex cõcil. Neocæsa. cap. 6.

GRauidam oportet baprizari, quando voluerit. Nec enim in hoc quæ parit nascẽti cõmunicat, propter ea quòd vniuscuiusq; propositũ in cõfessione declarat.

De paruulis infirmis baptizandis. Cap. XXXII.

DE paruulis verò, qui nuper materno vtero æditi sunt, placuit cõstitui, vt si infirmi, vt assolet, fuerint, & lac maternum non appetunt etiam eadem die qua nati sunt, si oblati fuerint, baptizentur. *Ex cocil. Haberge rũda. ca. 5.*

De illis qui in ægritudine baptizentur. Cap. XXXIII.

SI quis ergo in ægritudine fuerit baptizatus, presbyter ordinari nõ debet, Nõ enim fides ilius est volũtaria, sed ex necessitate descendit, nisi fortè postea ipsius studium, & fides huius probabilis videtur, aut hominum raritas cogit. *Ex cõcil. Neocæsa, cap. 12.*

De illis qui paruulos recentes negant esse baptizandos. Cap. XXXIIII.

ITEM placuit, vt quicunque paruulos recentes ab vteris matrum baptizãdos negat, aut dicit, in remissionem quidem peccatorum eos non baptizari sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quòd lauacro regenerationis expietur, vnde sit consequens, vt in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum nõ vera, sed falsa intelligatur, anathema sit, quoniam non aliter intelligendum est quòd ait Apostolus: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum Ecclesia catholica vbique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in seipsis adhuc cõmittere potuerunt, ideo in peccatorũ remissionẽ veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quòd generatione traxerũt. *Ex cõcil. Africano, ca. 66*

De infirmis baptizatis. Cap. XXXV.

QVOD oporteat eos qui in ægritudine percipiunt baptisma, postquam cõualuerint fidem perdiscere, & scire cuius muneris participes facti sint. *Ex cõcil. Laodicen. cap. 47.*

De ægrotantibus, si baptismum desiderant, & post obmutescunt. Cap. XXXVI.

VT ægrotantes, si pro se respondere non possunt, quũ volũtatis eorum testimonium sui, qui periculo proprio adfuere dixerint, baptizentur, & vt scœnicis atque hystrionibus, cæterisque huiusmodi personis reconciliatio non negetur. *Ex cõcil. Africano, ca. 12.*

De mortuis non baptizandis. Cap. XXXVII.

Ex cõcil. Carthag. cap. 6. CAuendum est, ne mortuos etiam baptizari posse fi
trum infirmitas credat, quibus nec Eucharistiam d
re animaduertat.

De subitò obmutescente, si testes habuerit, baptizando. Cap. XXXVIII.

Ex cõcil. Arausico, ca. 11. SVbitò obmutescens, prout statutũ est, baptizari, & p
nitentiam accipere potest, si voluntatis præterita
stimonium aliorũ verbis habet, aut præsentes in suo

De his qui apud hæreticos baptizantur in nomine sanctæ trinitatis. Cap. XXXIX.

Ex cõcil. Rotoma. cap. 3. BAptisma vnum est, sed in Ecclesia catholica, cuius
membra effecti sumus, vbi vna fides est, vbi in no
ne patris, & filii, & spiritus sancti datur. Et ideo qui ap
illos hæreticos baptizati sunt, qui in sanctæ trinitatis
fessione baptizant, & veniunt ad nos, recipiantur quid
quasi baptizati, ne sanctæ trinitatis inuocatio, vel confe
sio annulletur, sed doceantur integrè, & instruantur se
su sanctæ trinitatis, & mysterio quòd in sancta Eccles
netur: & si consentiunt credere, vel adquiescunt confite
purgatæ fidei integritate, firmentur manus impositio
Si verò paruuli sunt hebetes, qui doctrinam non capia
respondeant pro illis, qui eos offerunt iuxta morem bap
zandi, & ita interrogentur, vt sciant quid respondere
beant, & sic manus impositionem accipiant.

De eadem re. Cap. XL.

Ex cõcil. Vvorma cie. ca. 5. QVicunq; baptizatus fuerit ab hæreticis in nom
patris, & filii, & spiritus sancti, nullo modo rebap
zari debet, sed per solam manus impositio
purgandus est.

Vt baptismus in trinitate susceptus non iteretur. Cap. XLI.

Ex cõcil. Carthag. cap. 1. VT baptismum in trinitate susceptum nõ iteretur. E
go si vobis placet, consideremus primum titulum
rebaptizatis, & sanctitatem vestram postulo, vt mentis
stræ placita producatis ad descendentem in aquam, &
terrogatum in trinitate secundum Euangelii fidem

apostolorum doctrinem,& confessum bonam conscientiam in Deum de resurrectione Iesu Christi, liceat iterum interrogari in eadem fide,& in aqua iterum tingi? Vniuersi episcopi dixerunt,absit,absit:illicitam esse sancimus rebaptizationem,& satis esse alienum à syncera fide,& à catholica disciplina.

De illis qui nesciunt qua fide baptizati sunt.
Cap. XLII.

HI autem de quibus scripsisti,qui se baptizatos sciunt, sed cuius fidei fuerint,qui eos baptizauerunt se nescire profitentur,quoniam quolibet modo formam baptismatis acceperunt,baptizandi non sunt,sed per manus impositionem,virtutẽ spiritus sancti,quam ab hæreticis accipere non potuerunt,catholicis copulandi sunt. *Ex decr. Leonis papæ episcopis per Siciliã cõstitutis missis,ca.29*

De presbytero,qui grammaticam ignorabat, & tamen in Trinitate baptizabat.
Caput XLIII.

VIrgilius & Sedonius religiosi viri apud Bauariorum prouinciam degentes,suis nos literis visunt,per quas intimauerunt,quòd tua reuerenda fraternitas iniungeret eis Christianos denuò baptizare. Quod audientes,nimis sumus conturbati,& in admirationem quandã incidimus, si haberetur,vt dictum est.Retulerunt quippe,quòd fuerit in eadem prouincia sacerdos,qui Latinam linguam penitus ignorabat,& dum baptizaret,nesciens Latini eloquij infringere linguam diceret:Baptizo te in nomine patria, & filia,& spiritus sancti,ac per hoc tua reuerenda fraternitas considerauit rebaptizare. Sed sanctissime frater, si ille qui baptizauit,non errorem introducens,aut hæresim, sed pro sola ignorantia Romanæ loquutionis infringendo linguam,vt præfati sumus,baptizans dixisset, non possumus consentire,vt denuò baptizentur:quia quod tua bene compertum habet,sancta fraternitas,quicunque baptizatus fuerit ab hæreticis in nomine patris,& filii,& spiritus sancti,nullo modo rebaptizari debet,sed per solam manus impositionem purgari debet. Nam sanctissime frater, si ita est,vt nobis relatum est, non amplius à te illis prædicetur aliquid huiusmodi,sed vt sancti patres docent & prædicant,tua sanctitas studeat conseruare. *Ex epist. zachariæ papæ ad Bonifacium Mogũt. archiepiscopum.*

De illis qui aliquam habent dubitationem baptismatis, vt rebaptizentur. Cap. XLIIII.

Ex decr. Leonis papæ, ad Rusticũ Narbonem episcopũ missis, ca. 27.

SI nulla exstãt indicia inter propinquos aut familia nulla inter clericos, aut vicinos, quibus hi de qu quæritur baptizati fuisse doceantur, agendum est vt scantur, ne manifeste pereant. In quibus quod non ditur gestum, ratio non finit vt videatur iteratum. autem possunt meminisse quod ad Ecclesiam venie cum parentibus suis, possunt recordari an quod eorum rentibus dabatur acceperint. Sed si hoc etiam ab ipsa moria alienum est, conferendum eis videtur, quod c tum esse nescitur, quia nõ temeritas interuenit præs tionis, vbi est diligentia pietatis.

De infantibus si certos testes habere non possunt, eos non esse baptizatos. Cap. XLV.

Ex concil. Africano. ca. 39

ITem placuit de infantibus quoties non inuenia certissimi testes qui eos baptizatos esse sine dub tione testentur, neque ipsi sunt per ætatem, de trad bi sacramentis idonei respondere, absq; vllo scrupul esse baptizandos, ne ista trepidatio eos faciat sacra torum purgatione priuari. Hinc enim legati Mauri fratres nostros consuluerunt, quia multos tales ab ris redimunt.

De presbyteris per quorum negligentiam sine baptismate aliquis mortuus fuerit. Cap. XLVI.

Ex decre. Syxti papæ, cap. 5.

PErpendant presbyteri quanti discriminis sit a innocentium per eorum negligentiam à regn excludit. Si enim gaudium est in cœlo super vno pecc re pœnitentiam agente, quid putas, quãta ira & ind tio super illum erit, qui per suam negligentiam iam radisi innocentibus claudi? Et ideo presbyteri summ ligentia caueant, ne animas pro quibus sanguis Chri fusus est, per suam incuriam à cœlesti beatitudine sep sed si, quod absit, euenerit, graui pœnitentiæ luctu vitæ suæ se submittat, per cuius euenerit neglectum

Vt nullus presbyter in propria prouincia, vel in alia quam infirmo baptismum denegare præsumat. Caput XLVII.

Ex decre. Martini pap. ca. 3.

QVicunq; presbyter in propria prouincia aut in vel vbicunq; inuentus fuerit, commẽdatum

firmum baptizare noluerit, vel pro intentione itineris, vel de aliqua excusatione, & sic sine baptismo moritur, deponatur.

De illis qui denuo baptizati sunt. Cap. XLVIII.

HIs verò, de quibus similiter dilectio tua nos credidit consulendos, qui ad iterandum baptismum vel metu coacti, vel errore traducti sunt, & nunc se contra catholicæ fidei sacramentum egisse cognoscunt, ea est custodiēda moderatio, qua in societatem nostram non nisi per pœnitentiæ remedium, & per impositionem episcopalis manus, communionis recipiant Vnitatem. Tempora autem pœnitudinis habita moderatione tuo constituenda iudicio, prout conuersorum animos inspexeris esse deuotos, pariterque etiam habentes ætatis senilis intuitum, & periculorum quorumque aut ægritudinum respicientes necessitates. In quibus si quis ita grauiter vrgeatur, vt dum adhuc pœniter, de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem solicitudinem cōmunionis gratia subueniri. *Ex decr. Leonis papæ, ad Nicetā episcopum Aquileiēsem, cap. 47.*

De hoc si paruulus ægrotans ad quemlibet presbyterorum baptismi gratia defertur. Cap. XLIX.

SI paruulus ægrotans ad quemlibet presbyterorum baptismi gratia de cuiuslbet parochia allatus fuerit, ei baptismi sacramentum non denegetur. Si quis hoc munus petenti concedere detrectauerit, & ille paruulus absque baptismatis, gratia mortuus fuerit, nouerit ille se, qui eum non baptizauit, pro eius anima rationem redditurum, & apud synodum acerrime corrigendum. *Ex decr. Eugenij papæ, ca. 6.*

De illis qui bis vel ter cōfirmati vel baptizati sunt. Cap. L.

DIctum nobis est, quod quidam de plebe bis, aut ter, ab episcopis ignorantibus tamen eisdem episcopis confirmentur. Vnde nobis visum est, eandem cōfirmationem, sicut nec baptismum, iterari minimè debere: quia bis vel amplius baptizatos aut confirmatos, non seculo sed soli domino sub habitu regulari vel clericali religiosissimè famulari decretum est. *Ex conci. Terraconensi, ca. 6.*

De illis qui bis ignorantes baptizati sunt. Cap. LI.

QVi bis ignorantes baptizati sunt non indigent pro eo pœnitere, nisi quod secundum canones non possunt ordinari, nisi magna aliqua necessitas cogat. Qui autem non ignari iterum baptizati sunt, *Ex pœnitentiali. Theodo. cap. 14.*

quasi iterum Christum crucifixerint, septem annos pœniteant, quartam, & sextam feriam, & tres Quadragesimas pœniteant. Si pro vitio aliquo fuerit, similiter. Si pro nequitia putauerint, tribus annis similiter pœniteant.

De paruulorum animabus, qui sine baptismate moriuntur. Cap. LII.

Ex epist. Grego. papæ scripta Secũdmo seruo Dei reclusо.

IN extremo verò epistolæ requisisti quid eis respondendum sit, qui dilectionem tuam de paruulorum animabus requirunt, qui sine gratia baptismatis moriuntur, discentes: Si corpus originali tenetur culpa, vnde anima quæ à Deo datur rea erit, quæ adhuc in actuali delicto non consensit corpori? Sed hac de re dulcissima mihi tua charitas sciat, quia de origine animæ inter sanctos patres quisitio non parua versata est, sed vtrum ipsa ab Adam descenderit, an certè singulis detur, incertum remanet, eámque in hac vita insolubiliter fassi sunt esse quæstionem. Grauis est enim quæstio, nec valet ab homine comprehendi: quia si de Adæ substantia anima cum carne nascitur, quur non etiam cum carne moritur? Si vero cum carne quæ ab Adam prolata est, obligata peccato tenetur. Sed quum hoc sit, incertum non est, quia nisi sacra baptismatis gratia fuerit renatus homo, omnis anima originalis peccati vinculis est obstricta. Hinc est scriptum est: Non est mundus in conspectu eius, nec vnius diei infans super terram. Hinc Dauid ait: In iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Hinc ipsa Veritas dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum. Hinc Paulus apostolus ait: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Quur ergo infans qui nihil peccauit in conspectu omnipotentis Dei esse non valet mundus, quur Psalmista ex legitimo coniugio prolatus, in iniquitate conceptus est? Quæ nisi quia qui mundatus aqua baptismatis non fuerit mundus non est? Quur in Adam omnes homo moritur, si originalis peccati vinculis non tenetur? Sed quia genus humanum in parente primo velut in radice putruit, aridi tatem erexit in ramis, & inde omnis homo cum peccato nascitur, vnde primus homo permanere voluit in-

cato. De his autem subtilius ac latius loqui debueram, sed dum me & curarum tumultus præmunt, & harum portitor vt laxaretur importunus extitit, vnde multa debui, pauca locutus sum.

De energumenis baptizatis. Cap. LIII.

ENergumeni baptizati de purgatione sua curantes, si se solicitudini clericorum tradunt, monitisque obtemperant, omnimodis communicent, sacramenti ipsius virtute vel muniendi ab incursu dæmonis quo infestantur, vel purgandi, quorum iam ostenditur vitæ purgatio. *Ex cõcil. Arausico, cap. 13.*

De energumenis & catechumenis baptizandis. Caput LIIII.

ENergumenis & catechumenis in quantum vel necessitas exegerit, vel opportunitas permisserit, de baptismate consulendum. *Ex eodẽ cap. 14.*

De rebaptizatis. Cap. LV.

CVM rebaptizatis fideles religiosi nec in cibo participent. *Ex cõcil. Euerdẽsi, cap. 14.*

De presbytero qui rectè baptizatum denuò baptizauerit, & non rectè baptizatum ab hæreticis non baptizauerit. Cap. LVI.

EPiscopus aut presbyter si eum qui secundum veritatem habuerit baptisma denuo baptizauerit, aut si pollutum ab impiis, & non rectè baptizatũ nõ baptizauerit, deponatur, tanquam deridens crucẽ & mortẽ domini, nec sacerdotes veros à falsis sacerdotibus iure discernens. *Ex cõcil. Lugdunẽ, cap. 47.*

Vt diaconi suam mensuram custodiant. Cap. LVII.

DIacones quoque propriam constituimus seruare mensuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatum, quippiam tentare permittimus: nihil eorum suo ministerio penitus applicare, quæ primis ordinibus propriæ decreuit antiquitas. Absque episcopo & presbytero baptizare non audeant, nisi prædictis fortasis officiis longius constitutis, necessitas extrema compellat, quòd & laicis Christianis facere plerumque conceditur. *Ex decre. Gelasii papæ. ca. 7.*

De inordinato si quasi ordinatus baptizare præsumpserit. Cap. LVIII.

Ex decr. Hormisdæ papæ, cap. 4.

SI quis baptizat, aut aliquid diuinum officium exercerit per temeritatem non ordinatus, abiiciatur ab ecclesia, & nunquam ordinetur.

Vt presbyteri populum admoneant vt suos infantulos ad confirmationem episcopo præsentent. Caput LIX.

Ex cõcil. Vvormaciẽ. ca. 2.

ANnuncient presbyteri populis, vt quam citius tuerint, suos infantulos ad confirmandum episcopo præsentari faciant. Quòd si neglexerint, & presbyter populus canonicis disciplinis subiaceant.

Vt omnes perfectæ ætatis, ieiuni ad confirmationem veniant. Cap. LX.

Ex cõcil. Aureliã. cap. 5.

VT ieiuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis & moneantur confessiones facere prius, vt tunc donum sancti spiritus valeant accipere, & quia nullus quam erit Christianus, nisi confirmatione episcopali acceperit chrismatus.

De duobus sacramentis, id est, baptismo & manus impositione. Cap. LXI.

Melchiad. papa Hispaniarũ episcopis hæc scribit, ca. 6.

DE his verò super quibus rogitastis vos informari est, vtrum maius esset sacramentum manus impositionis episcoporum, aut baptismus, scitote vtrunque sacramentum esse sacramentum. Et sicut vnum à maioribus fieri est, à summis pontificibus quòd à minoribus perfici potest, ita & maiori veneratione venerandum & tenendum est. Sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta, vt inuicem nisi morte præueniẽte nullatenus possint segregari, & vnum sine altero ritè perfici non potest.

Vt omnes Christiani ad confirmationem festinent. Cap. LXII.

Ex conci. Vvorma. cap. 6.

VT ad prædicationem & confirmationem episcopi omnes deuote conueniant, eique fideliter ministrent & obediant.

Item de manus impositione. Cap. LXIII.

Eusebius papa fratribus per

MAnus quoque impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus. Nec tempore apo-

rum ab aliis quàm ab ipsis apostolis legitur, aut scitur peractum esse: neque ab aliis, sicut iam dictum est, quam ab illis qui eorum locum tenent vnquam perfici potest aut fieri debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter Ecclesiastica vnquam reputabitur sacramenta. *Campaniam & Tusciam constitutis scribit.*

Item de confirmatione. Cap. LXIIII.

PRæcipimus vt ad accipiendum per manus impositionem pontificis spiritus sancti donum, sollicitè & deuotè omnes concurrant, & episcopo suo ea quæ necessaria sunt fideliter ministrent, eique ab omnibus & per omnia obediatur. *Ex cõcil. Mogũti, cap. 5.*

Quòd omnes fideles accepto baptismate chrisma percipere debeant. Cap. LXV.

QVod oporteat eos qui baptizantur post lauachrum chrisma cœleste percipere, & regni Christi participes inueniri. *Ex cõcil. Laodicẽsi cap. 48.*

Vt omnes renati fonte baptismatis, donum sancti spiritus per manus impositionem accipere debeant. Caput LXVI.

OMnes enim fideles per manus impositionem episcoporum, post baptismũ accipere debẽt spiritum sanctũ, vt pleni Christiani inueniantur. Dei, quia quũ spiritus. De spiritu sancto accipim⁹ vt spiritales efficiamur: quia animalis homo nõ percipit ea q̃ sunt spiritus sancti: infunditur, cor fidele ad prudẽtiam, ad constantiã dilatatur. De spiritu sancto accipimus, vt sapiamus inter bonũ & malũ discernere, iusta diligere, iniusta respuere, vt inuidiæ ac superbiæ repugnemus, vt luxuriæ, ac diuersis illecebris, & fœdis indignisque cupiditatibus resistamus. De spiritu sancto accipimus, vt amore & gloriæ ardore succensi erigere à terrenis mentem ad superna & ad diuina valeamus. *Ex epist. Anteri pap. c. 15*

Vt episcopi non nisi ieiuni confirmationes faciant, excepta causa infirmitatis Cap. LXVII.

VT episcopi non nisi ieiuni per impositionem manuum spiritum sanctum tradant exceptis infirmis, & morte periclitantibus. Sicut autem duobus temporibus, Pascha videlicet & Pentecoste, à ieiunis celebrari debet baptismus, ita etiam traditionem sancti spiritus à ieiuniis pontificibus conuenit celebrari. *Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 6.*

Vt episcopis in campo, si necesse sit, liceat confirmare, melius est autem in Ecclesia, aut in atrio Ecclesiæ. Cap. LXVIII.

Ex cõcil. Remensi, cap. 10.

EPiscopo liceat in campo, si necesse sit, confirmare

Vt à solis episcopis baptizati sint consignandi. Caput LXIX.

Ex decr. Innocẽtii pap. Decẽtio epi. missis. cap 3.

DE consignandis verò infantibus manifestum est, ab alio quàm ab episcopo fieri licere, nam presbyteri licet sint secundi sacerdotes, põtificatus tamen apicem non habent. Hoc autem pontificibus solis deberi, vt vel consignent', vel paracletum spiritum tradant, non solùm ecclesiæ consuetudo Ecclesiastica demonstrat, verùm illa lectio Actuum apostolorum, quæ asserit Petrum & Ioannem esse directos, quo iam baptizatis tradant spiritum sanctum. Nam presbyteris seu extra episcopum seu præsente episcopo cum baptizant', chrismate baptizatos vngere licet, sed quod ab episcopo fuerit consecratum, non tamen frontem ex eodem oleo signare, quòd solis debetur episcopis, cùm tradunt spiritum paracletum.

Vt presbyteri baptizatos in frontibus chrismate signare non audeant. Cap. LXX.

Ex rege Greg. ad Ianuariũ episcop. Caralitanũ, c. 200 Ex epist. Gelasii pa. ca. 5.

PResbyteri baptizatos infantes signare in frõtibus chrismate nõ præsumant, sed presbyteri baptizatorum gant in pectore, vt episcopi postmodũ confirment infron

De presbyteris qui pro baptismate precia requirunt. Cap. LXXI.

BAptizandis consignandisque fidelibus precia præfigãt, nec illationibus quibuslibet impositis exigere cupiant renascentes: quoniam quòd gratis accepimus gratis dare mandamur. Et ideo nihil à prædictis præexigere moliantur, quo vel paupertate cogente deterreri vel indignatione reuocati, redẽptionis suæ causas adire despiciant, certũ habentes, quòd qui prohibita deprehenderint admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subituri proprij sint honoris.

De presbyteris qui veteri chrismate baptizare præsumunt. Cap. LXXII.

Ex cõcil. Lugdun. cap. 3.

SI quis de alio chrismate, quàm de illo nouo quod pro episcopi largitione vel concessione accepit, baptizat

nisi præoccupante morte tentauerit, pro temeritatis ausu ipse in se suæ damnationis protulisse sententiam manifestatur.

Vt presbyter in sua plebe sine chrismate ire non debeat. Cap. LXXIII.

NVllum presbyterorũ in plebe sibi commissa sine chrismate vnquam debere progredi: quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari. De eo autem qui in baptismate quacunque necessitate faciente non chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdotis perficietur. *Ex cõcil. Vasensi, cap. 5.*

De presbytero qui se deprehenderit non esse baptizatum. Cap. LXXIIII.

SI quis presbyter ordinatus deprehenderit se non esse baptizatum, baptizetur & ordinetur iterum, & omnes quos prius baptizauit. *Ex cõcil. apud Cõpendium, cap. 5.*

De presbyteris quomodo in cœna domini de chrismate, de oleo sanctificato, de oleo infirmorum facere debeant. Cap. LXXV.

VT presbyter in cœna domini ampullas tres secum deferat, vnam ad chrisma, alteram ad oleum ad catechumenos inungendos, tertiam ad infirmos iuxta sententiam apostolicam, vt quando quis infirmatur inducat presbyteros Ecclesiæ, &c. *Ex cõcil. Meldensi cap. 1.*

De eadem re. Cap. LXXVI.

PResbyteri qui diœcesanas Ecclesias regunt, non à quibuslibet episcopis, sed à suo, nec per iuniorem clericum, sed per seipsos, aut per illum qui eiusdem ordinis sit, ante Paschæ solennitatem chrisma petant. *Ex cõcil. apud Valentias, cap. 2.*

De eadem re. Cap. LXXVII.

VT nemo episcoporũ, vel quilibet minister Ecclesiasticus, propter sacrum chrisma aliquid muneris accipiat, neque denarios, vel quælibet munuscula, quæ per ministros episcoporum, à presbyteris inordinabiliter exiguntur. *Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 5.*

De eadem re. Cap. LXXVIII.

PEr singula territoria presbyteri vel ministri ab episcopis nõ prout libitum fuerit à vicinioribus, sed à suis propriis per annos singulos petant chrisma, appropin- *Ex cõcil. Vasensi, cap. 10.*

quante solennitate Paschali, nec per quemcunque alium quam per seipsos, aut per vicarios eiusdem ordinis: quia inhonorum est, inferioribus summa committi. Optimum autem est, vt ipse suscipiat, qui in tradendo vsurus est.

De presbyteris qui pro accipiendo chrismate ad ciuitates venire solent.

Caput LXXIX.

Ex cõcil. Meldẽsi. cap. 6.

DE presbyteris, qui accipiendi chrismatis gratia ad ciuitates in cœna domini venire soliciti erant, sancitum est, vt de his qui longè positi sunt, de octo vel decem vna ab archidiacono eligatur, qui acceptũ chrisma sibi & sociis diligenter perferat. Hi verò qui non longius à ciuitate quàm quatuor aut quinque milibus habitant, more solito ad accipiendum chrisma per se veniant. Discendi verò gratia, alio non Quadragesimali tempore ad ciuitatem conuocentur, propter plebes sibi commissas.

De chrismate quòd semper sub sera esse debeat.

Cap. LXXX.

Ex cõcil. Turonẽ. cap. 3.

PRæterea & illud omnimodis obseruãdum est, vt sacrum chrisma, & oleum consecratum semper sub sera sit, nec illud vnde Christo incorporamur, & vnde omnes fideles sanctificantur, vnde reges & sacerdotes inunguntur, aliquis infidelis, aut immundus tangat, aut aliquis perfidus ad Dei iudicium subuertendum surripiat, quòd experimento didicimus.

De Iudeis quomodo ante baptismum examinari debeant. Cap. LXXXI.

Ex cõcil. Agatẽsi cap. 35.

IVdæi quorum perfidia frequenter ad fomitem redit, si legem catholicam venire voluerint, octo menses inter catechumenos Ecclesiæ limen introeant, & si pura fide venire noscuntur, tunc demum baptismatis gratiam mereantur. Quòd si casu aliquo periculum infirmitatis intra præscriptum tempus incurrerint, & desperati fuerint, baptizentur.

De Iudæis vt nullus eis vim ad credendum debeat inferre. Cap. LXXXII.

Ex cõcil. Toletã. 5 cap. 57.

DE Iudæis autem hoc præcepit sancta synodus, ne quis deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult Deus misereatur, & quem vult indurat. Nõ enim tales iniqui saluandi sunt sed volentes, vt integra sit forma iustitiæ, secut homo propria arbitrij voluntate serpenti obedi-

periit, sic vocante se gratia Dei propriæ mentis conuersione homo quisque credendo saluatur. Ergo non vi, sed libera arbitrij facultate, vt conuertantur saluandi sunt, non potius impellendi. Qui autem iampridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisenandi, quia iam constat eos sacramentis diuinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis domini & sanguinis exti sse participes, oportet vt fidem etiam quam vi vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen domini blasphemetur, fidesque quam susceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur.

Vt Iudæorum filii baptizati ab eorum consortio separari debeant. Cap. LXXXIII.

IVdæorum filios vel filias baptizatos, ne parentum vltrà inuoluantur erroribus ab eorum consortio separari decernimus, deputatos aut monasteriis, aut Christianis viris, aut mulieribus Deum timentibus, vt sub eorum conuersatione cultum fidei discant, atque in melius constituti, tam in moribus quàm in fide proficiant. *Ex cod. 5 cap. 60.*

Vt nulla communio sit Hebræis ad fidem Christianam translatis, cum aliis nondum baptizatis. Cap. LXXXIIII.

SAepe malorum cõsortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos qui ad vitia proni sunt? Nulla igitur vltra communio sit Hebræis ad fidem Christianam translatis, cum his qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne fortè eorum participatione subuertantur. Quicunque igitur amodo ex his qui baptizati sunt infidelium consortia non vitauerint, & hi Christianis donentur, & illi publicis cædibus deputentur. *Ex cod. 5 cap. 62.*

De Iudæis qui apostatauerint. Cap. LXXXV.

PLerique qui ex Iudæis dudum ad Christianã fidem promoti sunt, nunc blasphemantes Christum, non solùm Iudaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed etiam & abominandas circunciſiones exercere noscũtur. De quibus, consultu pissimi ac religiosissimi domini nostri Sisenandi regis, hoc sanctum decreuit concilium, vt huiusmodi transgressores pontificali autoritate correcti, ad cultũ Christiani do- *Ex eodẽ cõcilio. 5. cap. 59.*

gmatis reuocentur, vt quos voluntas propria non em-
dat, animaduersio sacerdotalis coerceat. Eos autem qui
circunciderunt, si filij eorũ sunt, à parentũ consortio se-
parẽtur, si serui, pro iniuria corporis sui libertati tradã-

De seruis Iudæorum. Cap. LXXXVI.

Ex eodẽ. 13. ca. 9. ITem vt si Iudæorum serui necdum conuersi ad Chri-
gratiam conuolauerint, libertati donentur.

De mancipiis Iudæorum quæ ad baptismum confugiunt. Cap. LXXXVII.

Ex conci. apud Aruernen. cap. 30. LIcet prioribus canonibus iam fuerit definitum, vt
mancipiis paganis quæ apud Iudæos sunt si ad Eccle-
siam confugerint, & baptismum petierint, etiam ad qu-
scunque Christianos refugerint, taxato, & oblato à fi-
libus iusto precio ab eorum dominio liberentur: ideo fi-
tuimus hoc, vt tam iusta constitutio, ab omnibus cath-
licis obseruetur.

Item de mancipiis Iudæorum, aut Christianis, aut ad fidem Christianam venire desiderantibus. Caput LXXXVIII.

Ex cõcil. Matiscẽ. cap. 16. PRæsenti concilio Deo autore sancimus, vt nullũ Chri-
stianum mancipium Iudæo deinceps seruiat, sed da-
tis pro quolibet bono mancipio duodecim solidis, ipse
mancipium quicunque Christianorum, seu ad ingenuita-
tem, seu ad seruitium licentiam habeat redimendi, si
Christianum fieri desiderat & non permittitur, similiter
faciat: quia nefas est, vt quod Christus dominus sangui-
sui effusione redemit, blasphemum Christianæ religio-
in vinculis tenere. Quòd si adquiescere his quæ statuim-
quicunque Iudæus noluerit, quàm diu ad pecuniam co-
stitutam venire distulerit, liceat mancipium ipsum ca-
Christianis vbicunque voluerit habitare.

De illis qui de hæresi ad fidem venire desiderant. Caput LXXXIX.

Ex conci. Aralatẽs. cap. 9. SI ad Ecclesiam aliquis de hæresi venerit, interroge-
eum de Symbolo, & si viderint eum in patre, & filio &
spiritu sancto esse baptizatum, manus ei tantùm impone-
tur, vt accipiat spiritum sanctum.

De Iudæis, si Christianum mancipium circunciderint. Cap. XC.

SI quis Iudæorum Christianum mancipium, vel cuiuslibet sectæ alterius, emerit & circũciderit, à Iudæi ipsius potestate sublatus in libertate permaneat. *Ex cõcil. apud Theogonis villam habito, ca. 4.*

Quid sanctus Gregorius de Iudæis præceperit. Cap. XCI.

IOseph præsentium lator Iudæus, insinuauit nobis de loco quodam, in quo ad celebrandas festiuitates suas Iudæi in Terracinensi castro consistentes, conuenire cõsueuerant, quòd tua eos fraternitas expulisset, & in aliũ locũ pro colendis similiter festiuitatibus suis, te quoque nescẽte, & consentiente migrauerint, & nunc de eodem loco, etiam expelli se denuo conqueruntur. Quod si ita est, volumus tua fraternitas ab huiusmodi se querela suspendat, & loco quem, sicut prædiximus, cum tua conscientia quo congregentur, adepti sunt, eos, sicut mos fuit, ibidẽ liceat conuenire. Hos enim, qui à Christiana religione discordant, mansuetudine, benignitate admonendo, suadendo, ad vnitatem fidei necesse est congregare, ne quos dulcedo prædicationis, & præuẽtus futuri iudicis terror ad credendum inuitare poterat, minis & terroribus repellantur. Oportet ergo, vt ad audiẽdum de te verbum Dei benignè conueniant, quàm austeritate quæ supra modum extenditur, expauescant. *Ex reg. Greg. ad Ioannem Terracinẽsem epi scopum.*

De illis baptizatis, qui pro periculo mortis à diaconibus baptizati fuerint. Cap. XCII.

SI quis diaconus regens plebem, sine episcopo vel presbytero, aliquos pro periculo mortis baptizauerit, episcopus eos per benedictionem & cõfirmationem perficere debebit. Quòd si antè de seculo recesserit, sub fide qua quisque credit, poterit esse iustus. *Ex cõcil. Turonico cap. 3.*

De illis qui presbyteros cogunt denarios pro balsamo dare. Cap. XCIII.

QVidam fratres dixerũt consuetudinis antiquæ fuisse in eorũ Ecclesiis, vt pro balsamo emendo ad chrisma faciendum, siue pro luminaribus Ecclesię concinnandis, binos vel quaternos denarios presbyteri darent. Vnde omnes vno consensu statuimus, vt sicut pro dedicandis basilicis, & dandis ordinibus nihil accipiẽdum est, ita *Ex cõcil. Cauallõ. cap. 5.*

etiã pro balſamo, ſiue luminarib⁹ emẽdis nihil pre
chriſma accepturi dent. Epiſcopi itaq; de Eccleſię fa
tibus balſamũ emãt, & luminaria ſinguli in Eccleſiis

De chriſmatis panno. Cap. XCIIII.

Ex cõcil. apud Belluacũ, cap. 8. SI quis voluerit chriſmatis pannum iterũ linire, &
alium baptizatum mittere, non eſt abſurdum.

Quòd catechumeni cùm baptizatis manducare non debeant. Cap. XCV.

Ex cõcil. Mogũti. cap. 5. CAtechumeni manducare non debent cum bap
tis, neque oſculum eis dare, quantò minus gem

De ſcrutinio faciendo. Cap. XCVI.

Ex cõcil. Romano, cap. 15. DE ſcrutinio faciendo decreuimus, vt in epiſcop
vbi conuentus eſt populi, & cleri, & poſſibilita
mittit, ibi celebretur.

De miniſterio baptiſmatis. Cap. XCVII.

Ex cõcil. Mogũti. cap. 9. BAptiſterii & catechumenorum ventilata eſt ratio
cerdotes plenius intelligant qualiter condignis
nibus efficiant Chriſtianum.

*Quòd bigamus vocetur, qui ante baptiſmum vxorem, &
aliam poſt baptiſmum habuit. Cap. XCVIII.*

Ex decr. Innocẽtij papæ, ca. 52. DEinde ponitur, nõ dici oportere bigamum, cu
catechumenus habuerit, atque amiſerit vxor
baptiſmum fuerit aliam ſortitus, eámque primam
quæ nouo homini copulata ſit: quia illud coniugi
baptiſmi ſacramentum cum cæteris criminibus ſit
tum, Quod cùm de vna vtique dicitur, certi, ſi tr
buerit in veteri poſitus homine vxores, erit ei quæ p
ptiſmum quarta eſt, ſic interpretantibus prima. V
æquè nomen accipiet, quæ quarto ducta eſt loco. Q
iſtud non videat contra Apoſtoli eſſe præceptum,
Vnius vxoris virum oportere fieri ſacerdotẽ? Sed
tur, quòd in baptiſmo totũ, quicquid in veteri hom
ſtum eſt, ſit ſolutum. Dicite mihi, cum pace veſtra
crimina tantùm dimittuntur in baptiſmo? An &
ſecundum domini præcepta, ac Dei inſtituta comp
Vxorem ducere crimen eſt, aut non eſt crimen? Si

est,ergo,præfata venia dixerim, erit author in culpa, qui vt crimina committerentur,in paradiso cùm ipse eos iungeret,benedixit. Si verò non est crimen, quia quod Deus iunxit,nefas sit crimen appellari,& Salomon addidit: etenim à Deo præparatur viro vxor,quomodo creditur inter crimina esse dimissum,quod Deo authore legitur cõsummatum? Quid de talium filiis percensetur? Nunquid non erunt admittendi in hæreditatis consortio, qui ex ea susceptisunt,quæ ante baptismum fuit vxor? Eruntque appellandi, vel naturales,vel spurii,quia non est legitimum matrimonium,nisi illud, vt vobis videtur,quod post baptismum assumitur? Ipse dominus cùm interrogarerur à Iudæis,si liceret dimittere vxorem,atq; exponeret fieri non debere,addidit: Quod verò Deus coniunxit, homo nõ separet. Ac ne de his loquutus esse credatur,quæ post baptismum sortiuntur, meminerint hoc,& à Iudæis esse interrogatum, & Iudæis esse responsum. Quæ verò & solicitus quæro, si vna eademque sit vxor eius,qui antè catechumenus,postea sit fidelis, filiósque ex ea, quum esset catechumenus,susceperit, ac postea alios cùm fidelis, vtrum sint fratres appellandi, an non? Habeant postea defuncto patre cum cæteris herciscundæ hæreditatis consortium, quibus filiorũ nomen regeneratio spiritalis creditur abstulisse? Quòd quum ita sentire, atque iudicare absurdum est, quæ malum ratio est hoc defendi,& vacua magis opinione iactari, quàm aliqua authoritate roborari, quum nõ possit inter peccata deputari,quod lex præcepit, & Deus coniunxit? Nunquid si quis catechumenus virtutibus studuerit, humilitatem sequutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemosynas fecerit,morti destinatos qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit,quæro,si hæc quum factus fuerit, fidelis amittit, quia per baptismum totum,quod vetus homo gesserit, putatur auferri? Aspiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus atque eleemosynis reuelationẽ, Petrumq; ipsum vidisse. Nunquid per baptismum hæc illi ablata sunt propter quæ ei baptisma esse concessum videtur? Si ita creditur mihi credite nõ modicũ erratur : quia quicquid bene gestum fuerit, & secundum præcepta legalia custoditum non potest facientibus deperire. Nuptiarum ergo copu-

la,quia Dei mandato perficitur,nõ potest dici peccat
& quod peccatum non est,solui inter peccata omnino
di non debet,eritque integrum æstimare,aboleri nõ p
prioris nomen vxoris,quum non dimissum sit pro pec
to,quod ex Dei sit voluntate completum.

De episcopis & presbyteris,& diaconibus rebaptizatis. Cap. XCIX.

Ex decr. Felicis papæ, ca.1.

COmmunis dolor & generalis est gemitus,quòd in Africam rebaptizatos etiam episcopos,presbyte diaconósque cognouimus. Quæ res sine dubio ad ve quoque peruenit notitiam sanctitatis,qualiter in Afri nis regionibus astutia diaboli seuierit in populum Ch stianum, atque in id multiplici deceptione prorupe non modò vulgus incautũ,sed ipsos quoq; in mortis p funda demerserit sacerdotes, nullus non orbis ingem nulla terra nescivit. Vnde in grãdi mœrore positi, dis lare non possumus pereuntium atque à nobis exigẽd discrimen animarum. Quapropter competens adhibe est tãlibus medela vulneribus, ne immatura curandi cilitas,mortifera captis peste nihil profit,sed segniu ctata pernicies reatu nõ legitimæ curationis inuolu riter saucios & medentes. In primis itaque venienti vos,& remedium postulantis solicitè discutienda est p fessio,& persona decepti,vt medela possit congruens d beri: & qui satisfacturus Deo per pœnitẽtiam rebapti tum se legitimè doluerit, vtrum ad hoc facinus concu rit,an impulsus accesserit,requiratur,sciens quòd se de piat ipse qui fallit,nihilque per nostram facilitatem d bunalis excelso iudicio derogari,cui illa sunt rata, q pia,quæ vera,quæ iusta sunt. Et aliter necessitatis, ali tractanda est ratio voluntatis. Deterior est autem c illius,qui fortè precio solicitat9 est,vt periret. Nihil intentatum relinquit inimicus. Cui ne de sua licea dere captura,succurrendum est irretitis, & contere venantis est laqueus,vt infucatim lamentantibus lapsi tam iustitiæ moderatione, quàm compunctione pœn ad aulam quam reliquerant,sit ingressus. Nec pudeat san,aut pigeat,in dictis ieiuniorum, gemituumque tem ribus obedire,aut aliis obseruãtiæ salubrioris obtempe re præceptis:quia humilibus datur gratia,nõ superbis.

ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis in Christo fieri quærit erectus. Et per dispẽsationis nostræ ministerium, quod vestrã sequi cõuenit charitatẽ, nec alicui fas est, vel velle, vel posse transcẽdere, causas eius, qui contra apostolicam doctrinã, ad iterationẽ se nimis infaustã baptismatis dedit, vel eius qui aliquibus argumẽtis excusandũ callidè propriũ putauerit esse consensum, sacerdotali vigore & humanitate tractemus, vt in eis fides, quæ nisi est vna, iam nulla est, adiutorio dñi iudicis ad salutem, sine nostræ properationis offensione, reparetur: quia quum peccatoris à nobis satisfactio protrahitur, nõ præter nostrã laudẽ atq; lætitiã, mens eius ad veniã purgatior inuenitur. Et ideo memineritis hanc super his nos habere sententiã, vt seruata discretione peccantiũ, non eadem cuncti qui lapsi sunt, lance pensentur: quoniam maioris castigationis est exigendus vsurã, cui domus dñi cõmissa fuerit disciplina. Vt ergo ab Ecclesiæ summatibus inchoẽmus, eos quos episcopos, presbyteros, vel diaconos fuisse constiterit, & seu optantes forsitan, seu coactos lauacri illius vnici, salutarisq; claruit feciſſe iacturã, & Christum, quem non solùm dono regenerationis, verũetiam gratia præcepti honoris induerãt, exuisse, quum cõstet neminẽ ad secundam tinctionem venire potuisse, nisi se palam Christianũ negauerit, & professus fuerit esse paganum, quod quum generaliter sit in omnibus execrandũ, multò magis in episcopis, presbyteris, & diaconibus auditu saltem dictúq; probatur horrẽdum: sed quia idẽ dñs, atq; Saluator clementissimus est, & neminẽ vult perire, vsq; ad exitus sui diem in pœnitentia, si resipiscunt, iacere conueniet, nec orationi non modò fideliũ, sed ne catechumenorũ quidem omnimodis interesse. Quibus cõmunio laica in morte redhibẽda est. Quam rem diligentius explorare vel facere pro baptismo sacerdotis cura debebit. De clericis autẽ, & monachis, aut puellis Dei, aut secularibus seruari præcipimus hũc tenorem, quẽ Nicæna synodus circa eos qui lapsi sunt, vel fuerunt, seruãdum esse constituit, vt scilicet, qui nulla necessitate, nullius rei timore atq; periculo, se vt rebaptizarẽtur hæreticis impiè dediderunt: si tamẽ eos ex corde pœniteat, tribus annis inter audientes sint. Septẽ verò annis subiaceant inter pœnitẽtes manibus sacerdotum: duobus

etiam ad oblationes modis omnibus nō ſinantur,ſed
tummodo popularibus in oratione ſocientur, nec
datur Deo colla ſubmittere,qui eum non timuit,ab
re. Quod ſi,vtpote mortales, intra metas præſcripti
ris cœperit vitæ finis vrgere, ſubueniendum eſt imp
ti,& ſeu ab epiſcopo,qui pœnitētiam dederit,ſeu a
qui tamē datā eſſe probauerit,aut ſimiliter à presb
viaticum abeunti de ſeculo non negetur.Pueris aut
bus quòd adhuc inueſtes ſunt, à puritate vocabulū
clericis,ſeu laicis,aut etiam ſimilibus puellis,qui
rātia ſuffragatur ætatis,aliquandiu ſub manus imp
ne detentis,reddēda cōmunio eſt, nec eorū expect
nitētia quos excipit à coërcitione cenſura. Quod
bis proinde conſtitutū,ne hi quibus in terreni labe
gij,plus minúsve reſtat ad vitā,dum adhuc in pœni
ſunt,pœnitenda fortè cōmittant. Quòd ſi ante præ
pœnitentiæ tempus,deſpectus à medicis,aut euide
mortis preſſus indiciis,recepta quiſquā cōmunion
tia conualeſcit,ſeruemus in eo quod Nicæni canon
dinauerūt,vt habeatur inter illos,qui in oratione
municant,donec impleatur ſpaciū tēporis eidē pr
tum. Nec catechumenos noſtros, qui ſub tali profe
baptizati ſunt,prætermimus: quia nō eſt cauſa diſſi
cut ijdem ſancti canones ordinarūt, eius qui quoli
do Chriſtū,quem ſemel cōfeſſus eſt,abiuraret. Trib
nis inter audientes ſint,& poſtea cum catechume
mittantur orare,per manus impoſitionē communi
tholicæ gratiā recepturi,exceptis ſanè tantūmodo
pis,presbyteris,diaconibus,quibus ſolo mortis ſuæ
re reconciliandū eſſe iam diximus:cæteros,id eſt,
ricos,ſiue monachos,ſeu laicos, ſexus vtriuſque per
quos violentia & periculis coactos, iteratione ba
tis ſubiiſſe.conſtiterit,vel qui aliquo cōmento,hum
cinoris piaculis dixerint non teneri,in pœnitētia
ennium durare decernimus,& per manus impoſit
ſocietatē recipi ſacramenti, illo per omnia cuſto
ex his vnquam,qui in qualibet ætate alibi quàm in
ſia catholica,aut bapti ati,aut rebaptizati ſunt,ad
ſiaſticam militiā prorſus permittantur accedere.
ſatis eſſe debet,quòd in catholicorū numerum ſum

pti, quoniam de suo ordine & cõmunione videbitur ferre iudicium, quisquis hoc violarit antistitum: vel qui non remouerit eum quẽ ex his ad ministerium clericale obrepsisse cognouerit, Curandum verò maximè, & omni cautela est prouidendum ne quis fratrum coepiscoporumq; nostrorum, aut etiam presbyterorum in alterius ciuitate, vel diœcesi pœnitentem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum qui conciliatum se esse dixerit, sine episcopi vel presbyteri testimonio & literis, aut in parochia presbyter, aut episcopus in ciuitate, suscipiat. Quòdaliqua dissimulatione neglectum, culpam tangit etiam clericorum, qui in locis in quibus hoc minus curatum fuerit commorantur. His itaque ritè dispositis, & ad Ecclesiarum vestrarum noticiam, nostra deliberatione perlatis, parere vos conuenit. Quibus licet ad animarum reparationem nihil deesse videatur, tamen si cui noui aliquid, & quod præterire nos potuit fuerit reuelatum, secundum beatum Paulum apostolum tacente priore fidenter insinuet: quia spiritus sanctus vbi vult spirat, maximè cum sua causa tractatur. Nec nos pigebit audire, & si qua sunt omissa non arrogãter abnuere, sed rationabiliter ordinare. Datũ Iduum Martiarum die, Dynamio, & Sibidio quartum consulibus.

De eo qui per ignorantiam ordinatur antequam baptizetur. Cap. C.

SI quis per ignorantiam ordinatur antequam baptizetur, debent ab eo baptizati baptizari, & ipse non ordinetur, sed Romanus potifex iudicat non hominem qui baptizat, sed spiritum Dei sub ministrare gratiam baptismi, licet paganus sit qui baptizat. *Ex dictis S. Isidori episcopi.*

De illis qui gratiam sancti spiritus vendere conantur. Caput CI.

DIctum est solere in quibusdam locis pro perceptione chrismatis nummos dari: solere quoque pro baptismo & communione. Hoc symoniacæ hæresis semen detestata est sancta synodus, & anathematizauit, & vt de cętero nec pro ordinatione, nec pro chrismate, vel baptismo, vel pro balsamo, nec pro sepultura, vel communione, quicquam exigatur: sed gratis dona Christi, gratuita dispensatione donentur. *Ex conci. Triburẽ. cui interfuit rex Arnolphus, cap. 22.*

Finis Libri Quarti.

IVDEX CAPITVLO
rum Libri Quinti.

Quòd omne crimen sacrificiis Deo obl
deleatur, quæq; in sacrificiis debeant
hiberi, quæ reiici. Cap

Quòd in Eucharistia nec pura aqua nec purum vinum
ferri debeat.

Vt in sacrificio panis & vinũ cũ aqua mixtũ offeratur.

Vt nihil aliud in sacrificio offeratur nisi panis & vi
aqua mixtum.

De passione domini in cõsecratione corporis misc

Quæ species ad altare non ad sacrificium sed ad ben
ctionem simplicem offerantur.

De eadem re.

Nihil in sacrificio præter quod dñs statuit offerẽdũ.

Vt presbyteri vas mundum habeant vbi corpus dom
cum diligentia recondatur.

Vt presbyter Eucharistiam in promptu habeat.

Tot oblationes quot populo sufficiant offerendas, re
in crastinum non reseruandas.

Oblationes de sabbato in sabbatum innouandas.

Vt præsente & præcipiente presbytero, diaconus po
lum communicet.

Quòd discretio magna esse debeat de perceptione
poris & sanguinis dominici.

De quotidiana perceptione Eucharistiæ.

De eadem re.

Laici ter minimum in anno communicẽt.

An Eucharistiam qui semper peccat, semper accipere
beat.

Quòd singulis diebus dominicis in Quadragesima
les communicandi sint.

Vt in cœna dni Eucharistiæ perceptio nõ negligatur.

De histrionibus & magis, an communionem cum ca
fidelibus accipere debeant.

Quàm diu vnusquisque ante sacram communionem
vxore se abstinere debeat.

Quòd inter catholicos nõ cõnumeretur, qui in istis

b^s, Pascha, Pẽtecoste, Natali dñi nõ cõmunicauerit. xxiii.
Vt oblatio altaris singulis dominicis diebus fiat. xxiiii.
De eadem re. xxv.
De diaconibus quòd presbyteris communionem dare nõ debeant. xxvi.
De eulogiis populis à presbytero dandis. xxvii.
Oratio simplex eulogiæ. xxviii.
De pane qui offerendus est. xxix.
De presbyteris qui corpus dominicum ad deferendum infirmis mulierculis tradunt. xxx.
Vt defunctis Eucharistia non detur. xxxi.
Vt oblationes in maioribus festis ab omnibus &c. xxxii.
Quòd ministris altaris supra altare solis communicare liceat. xxxiii.
Vt nullus infra presbyterum ordinatus rem à presbytero consecratam alteri porrigat. xxxiiii.
De illis qui post aliquam degustationem sacrificium acceperint. xxxv.
Vt presbyter illiteratus Missã celebrare nõ debeat. xxxvi.
Pro vnius oblatione alterius non spernendam. xxxvii.
Vt dissidentium fratrũ oblationes nõ recipiãtur. xxxviii.
Vt refutãda sint eorũ dona qui pauperes opprimũt. xxxix.
De presbyteris immolantibus. xl.
De eadem re. xli.
De presbyteris quibus solet dormiendo sæpe semen effluere. xlii.
De eadem re. xliii.
De presbyteris villanis si in ciuitate offerre audeãt. xliiii.
De eadem re. xlv.
De illis qui per ebrietatem Eucharistiã euomuerint. xlvi.
De hoc si aliquid de calice sacri sanguinis stillauerit. xlvii
De illo qui euomit sacrificiũ & à canib^s cõsumitur. xlviii.
De eadem re. xlix.
De Eucharistia inueterata. l.
De illis qui non bene custodierint corpus & sanguinem domini. li.
De eadem re. lii.
De mulierẽ quæ peperit, vt communicet si voluerit. liii.

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLÆSIAE VVORMA-
cienſis Epiſcopi, de Sacramẽto Cor-
poris & Sanguinis Domini, De-
cretorum Liber V.

ARGVMENTVM LIBRI.

Liber hic quæ ad ſacramentum Euchariſtiæ ſpectant pleniſsimè tractat, adeo vt nihil quòd ad hanc rem attinet requiras.

Quòd omne crimen ſacrificiis Deo oblatis deleatur, quæque in ſacrificiis debeant adhiberi, quæ reiici. Caput I.

Ex decre. Iulij papæ epiſcopis per Aegyptũ miſsis.

QVum omne crimen atque peccatum obla-
tis Deo ſacrificiis deleatur, quid de cru-
ro pro delictorum expiatione dominico
bitur, quando in ipſa ſacrificij oblatio
erratur? Audiuimus enim quoſdam ſcis-
matica ambitione detentos, cõtra diuinos ordines & a-
ſtolicas inſtitutiones, lac pro vino in diuinis ſacrificiis
dicare. Alios quoque intinctam Euchariſtiam populis
complemento communionis porrigere. Quoſdam etiã
non expreſſum vinum in ſacramento dominici calicis
ferre, ſed oblatis vuis populos communicare. Alios
pannum lineum muſto intinctum, per totũ annum re-
uare, & in tempore ſacrificij cum aqua partem eius lau-
& ſic offerre. Quòd quam ſit Euangelicæ atque apoſto-
cæ doctrinę contrarium, & conſuetudini eccleſiaſticæ
uerſum, non difficilè ab ipſo fonte veritatis probabitur,
quo ordinata ipſa ſacramentorum myſteria proceſſerũt.
Quum enim magiſter Veritatis verùm ſalutis noſtræ
crificium ſuis commẽdaret diſcipulis, non illis lac, ſed

nem tantùm, & calicem ſub hoc ſacramẽto cognoſcimus, dediſſe. Legitur enim in Euangelica veritate: Accepit Ieſus panem & calicem, & benedicens dedit diſcipulis ſuis. Ceſſet ergo lac ſacrificando offerri, quia manifeſtũ & euidens exemplum Euangelicæ veritatis illuxit, quòd præter panem & vinum aliud offerri non liceat. Illud verò quod pro complemento communionis intinctam tradunt Euchariſtiam populis, nec hoc prolatum ex Euãgelio teſtimonium receperũt, vbi apoſtolis corpus ſuum & ſanguinem commendauit, ſeorſum enim panis, & ſeorſum calicis cõmendatio memoratur. Nam intinctum panem aliis Chriſtum præbuiſſe non legimus, excepto illi tantùm diſcipulo, quem intincta bucella magiſtri proditorem oſtenderet, non quæ ſacramenti huius inſtitutionem ſignaret. Nam quod de expreſſo botro, id eſt, de vuarum granis populus communicatur, valde eſt omnino confuſum, ſed ſi neceſſe fuerit, botrus in calice cõprimatur, & aqua miſceatur: quia calix dominicus iuxta canonicum præceptum vino & aqua permixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, in vino verò oſtendi ſanguinem Chriſti. Ergo cùm in calice vinum aqua miſceatur, Chriſto populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credidit copulatur, & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & vini ſic miſcetur in calice domini, vt cõmixtio illa non poſsit ſeparari. Nã ſi vinum tãtùm quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis: ſi verò aqua ſit ſola, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Ergo quãdo botrus ſolus offertur, in quo vinitantùm efficentia demõſtratur, ſalutis noſtræ ſacramẽtum negligitur, quod per aquã ſignificatur. Non enim poteſt calix domini eſſe aqua ſola, aut vinũ ſolum, niſi vtrunque miſceatur. Et ideo, quia iam ex hoc plurima & multiplex maiorum emanauit ſententia, deinceps omnis talis error atq; præſumptio ceſſare debet, ne peruerſorum inordinata compago, ſtatum veritatis eneruet. Et ideo nullũ deinceps licitum erit aliud in diuinis ſacris offerre, niſi iuxta antiquorum ſententiam conciliorum, panem tãtùm, & calicem vino & aqua permixtum. De cætero aliter quã præceptum eſt faciens, tam diu ſacrificando ceſſabit, quã diu legitima pœnitentiæ ſatisfactione correptus, ad gradus ſui officium redeat quod amiſit.

Quòd in Eucharistia nec pura aqua, nec purum vinum offerri debeat. Cap. II.

Ex cõcil. Vuormaciẽ. ca. 2.

IN Eucharistia non debet pura aqua offerri, vt quidam ebrietatis causa falluntur, sed vinum cum aqua mixtum quia & vinum fuit in redẽptionis nostræ mysterio, cùm dicit: Non bibam de hoc genimine vitis, & aqua mixtũ, quod post cœnam dabat. Sed de latere eius aqua cum sanguine egressa, vinum de vera carnis eius vite cum aqua expressa ostendit. Quum igitur magister veritatis verum salutis nostræ sacrificium suis commendaret discipulis, panem tantùm & calicem sub hoc sacramẽto præbuisse cognoscitur ideoque præter panem & vinum cum aqua mixtum, aliud offerri nõ debet. Calix enim dominicus vino & aqua commixtus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinem Christi. Ergo quando in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credidit copulatur & iungitur. Quæ copulatio & cõiunctio aquæ & vini sic miscetur in calice domini, vt commixtio illa nõ possit separari. Nam si vinum tantùm quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis. Si verò aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Non potest enim calix domini esse aqua sola aut vinum solum, nisi vtrunque sibi misceatur.

Vt in sacrificio panis & vinũ cum aqua mixtum offeratur. Cap. III.

Ex cõcil. Cartha. cap. 23.

VT in sacramentis corporis & sanguinis domini nihil amplius offeratur, quàm quod ipse dominus dicit, hoc est, panis & vinum aqua mixtum: nec amplius in primitiis offeratur Deo vino & frumento.

Vt nihil aliud in sacrificio offeratur, nisi panis & vinum aqua mixtum. Cap. IIII.

Ex cõcil. Africa. cap. 4.

VT in sacramentis corporis & sanguinis domini nihil amplius offeratur quàm quod ipse dominus tradidit, hoc est, panis & vinũ aqua mixtum. Primitiæ verò, ceu mel & lac quod vno die solennissimo in infantum mysterio solet offerri, quamuis in altari offerantur, suam tamen habeant propriam benedictionem, vt à sacramento corporis dominici & sanguinis distinguantur, nec amplius in primitiis offeratur, quàm de vuis & frumentis.

De passione domini in cõsecratione corporis miscenda. Cap. V.

IN sacramentorum quoque oblationibus, quæ inter Missarum solennia domino offeruntur, passio domini miscenda est, vt eius, cuius corpus & sanguis conficitur, passio celebretur, ita vt repulsis opinionibus superstitionum, panis tantùm & vinum aqua permixtum in sacrificio offerantur. Nõ debet enim, vt à patribus accepimus, & ipsa ratio docet, in calice domini aut vinũ solum, aut aqua sola offerri, sed vtrumq; permixtũ, quia vtrumq; ex latere eius in sua passione profluxisse legitur. Ipsa verò Veritas nos instruxit, calicẽ & panẽ in sacramento offerre, quãdo ait: Accepit Iesus panem & benedixit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite & manducate, hoc est corpus meũ quod pro vobis tradetur. Similiter, postquã cœnauit, accepit calicem, deditque discipulis suis, dicens: Accipite & bibite ex eo omnes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Crimina enim atque peccata oblatis his domino sacrificiis delentur. Idcirco & passio eius in his commemoranda est, qua redempti sumus, & sæpius recitanda, atque hæc domino offerenda. Talibus hostiis delectabitur & placabitur dominus, & peccata dimittet ingẽtia. Nihil enim in sacrificiis maius esse potest, quàm corpus & sanguis Christi, nec vlla oblatio hac potior est, sed hæc omnes præcellit: quæ pura conscientia domino offerenda est, & pura mente consummanda, atque ab omnibus veneranda. Et sicut potior est cæteris: ita potius excoli, & venerari debet. *Ex decr. Alexan. pap. c. 5.*

Quæ species ad altare non ad sacrificandum, sed ad benedictionem simplicẽ offerantur. Cap. VI.

OFferri nõ liceat aliquid ad altare præter nouas spicas, & vuas, & oleum ad luminaria, & fabas, & thymiama ad incensum, tempore quo sancta celebratur oblatio. *Ex cano. apostol. cap. 4.*

De eadem re. Cap. VII.

HAEC species quas non licet offerre super altare iuxta constitutionem apostolorum eorumque successorum, ad domum sacerdotum deferantur, & à sacerdotibus benedicantur, & simplici benedictione benedicta demum à populis sumantur. Fabæ tantùm & vuæ, nouæ spicæ, & *Ex decr. Melchia. pap. ca. 1*

oleum, & odoramenta ad incensum, & cætera quæ apostoli constituerunt super altare offerantur.

Nihil in sacrificio præter quod dominus statuit offerendum. Cap. VIII.

Ex cano. apostolo. cap. 3.

SI quis episcopus, aut presbyter, præter ordinationem dominialia quædam in sacrificio offerat, super altare, id est aut mel, aut lac, aut pro vino siceram, aut confecta quædam aut volatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra constitutionem domini faciens, deponatur.

Vt presbyteri vas mundum habeant, vbi corpus domini cum diligentia recondatur. Cap. IX.

Ex cõcil. Turonẽ. cap. 4.

VT omnis presbyter habeat pixidem, aut vas tanto sacramento dignum, vbi corpus dominicum diligenter recõdatur, ad viaticũ recedentibus à seculo. Quæ tantã sacra oblatio intincta debet esse in sanguine Christi, vt veraciter presbyter possit dicere infirmo, corpus & sanguis dñi proficiat tibi, &c. Semperque sit super altare obserata propter mures & nefarios homines, & de septimo in septimũ diem semper mutetur, id est, illa à presbytero sumatur, & alia quæ eodem die consecrata est, in locum eius subrogetur, ne fortè diutius reseruata, mucida, quod absit, fiat.

Vt presbyter Eucharistiam in promptu habeat. Caput X.

Ex cõcil. Vvorma. cap. 5.

VT presbyter semper Eucharistiam habeat paratam, quando quis infirmatus fuerit, aut paruulus infirmus fuerit statim eum cõmunicet, ne sine cõmunione moriatur.

Tot oblationes quot populo sufficiant offerendas, relictas in crastinum non reseruandas. Cap. XI.

Ex epist. Clemẽtis pa. c. 28.

CErtè tanta in altari holocausta offerentur, quanta populo sufficere debeãt: quòd si remanserit in crastinum non reseruentur, sed cum timore & tremore clericorum diligentia consumantur. Qui autẽ residua corporis domini quæ in sacrario relicta sunt consumunt, non statim ad communes sumendos cibos conueniant, nec putent sanctis portioni commiscere cibum qui per aqualiculos digestus in secessum emittitur. Si igitur mane dominica porrigitur vsque ad sextã ieiunẽt ministri qui eam cõsumpserint. Et tertia vel quarta hora acceperint, ieiunent vsque ad vesperam. Sic secreta sanctificatione, æterna custodienda sunt sacramenta.

Oblationes de sabbato in sabbatum innouandas. Cap. XII.

ILlud etiam annectendum videtur, vt oblationes quæ in altari offeruntur, de sabbato in sabbatum semper innouentur: quia panes propositionis qui super mensam domini ponebantur, à sabbato in sabbatum semper mutabantur, ne diu seruati mucidi fiant, &, vt quidam sæuiunt, igne concrement. Quòd si aliquis diabolo instigante hoc facere præsumpserit, anathema sit. *Ex cõcil. Aureli. cap. 4.*

Vt præsente & præcipiente presbytero, diaconus populum communicet. Cap. XIII.

VT diaconus præsente presbytero Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogit, iussus eroget. *Ex cõcil. Cartha. cap. 38.*

Quod magna discretio esse debeat de perceptione corporis & sanguinis dominici. Caput XIIII.

INperceptione corporis & sanguinis dominici magna discretio adhibenda est. Cauendum est enim ne si nimiũ in longum differatur ad perniciem animæ pertineat, dicente domino: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Si verò indiscrete accipiatur, timendum est illud quod ait Apostolus: Qui manducat & bibit corpus & sanguinem domini indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Iuxta eiusdem apostoli vocem, probare se debet homo, & sic de panè illo edat, & de calice bibat, vt videlicet abstinens aliquot diebus ab operibus carnis, & purificans corpus animámque suam præparet se ad percipiendum tantùm sacramentum exemplo Dauid, qui, nisi confessus fuerit se abstinuisse ab operè coniugali, ab hæri & nudius tertius, nequaquam panes propositionis à sacerdote accepisset. *Ex eipst. Clemẽtis pa. ca. 32*

De quotidiana perceptione Eucharistiæ. Caput XV.

QVotidie Eucharistiæ communionem percipere, nec laudo, nec vitupero: Omnibus tamen dominicis diebus comunicandũ hortor. Si tamen metus in affectu peccandi est, grauari magis dico Eucharistiæ pceptione, quã purificari. Et ideo quãuis quis peccato mordeatur peccãdi nõ habeat de cæterovolũtatẽ, & cõmunicaturus satisfaciat lachrymis & oratiõibus, & cõfidens de dñi miseratiõe, accedat ad *Ex dictis Augustí.*

Eucharistiã intrepidus & securus. Sed hoc de illio dico mortalia peccata non grauant.

De eadem re. Cap. XVI.

Ex dictis eiusdẽ ad Ianuariũ

DIxerit quispiam, non quotidie accipiendam Eucharistiam, alius affirmet quotidie. Faciat vnusquisq; quòd secundum fidem suam piè credit esse faciendum. Nam qui enim litigauerunt inter se, aut quisquam eorum se alteri præposuit, Zachæus & ille Centurio, quum alter eorum gaudens in domo sua susceperit dominum, alter dixerit Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum: ambo saluatorem honorificantes, quamuis non vno modo: ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consequuti. Ad hoc vidit quòd manna secundum propriam voluntatem in ore cuiusque sapiebat.

Laici ter minimum in anno communicent.

Caput XVII.

Ex epist. Fabii pa. cap. 4.

VT si non frequentius, vel ter laici homines communicent in anno, nisi fortè quis maioribus quibusliberis minibus impediatur, id est, in Pascha & Pentecoste, & Natali domini.

An Eucharistiam qui semper peccat, semper accipere debeat. Cap. XVIII.

Ex dictis Cypria. & aliorũ sanctorũ patrum.

SAnctus Cyprianus dixit: Eucharistia quotidie ad cibum salutis accipitur. Sanctus Ambrosius dixit: Si quotidie cunque effunditur sanguis Christi in remissionem peccatorũ effunditur, debeo semper accipere qui semper peccat debeo semp habere medicinã S. Hylarius episcop⁹ dixit: tanta nõ sunt peccata vt excõmunicetur quis, nõ se debet medicina corporis dñi separare. Vnde timendũ est, ne abstractus à Christi corpore, alienus remaneat à salute. manifestũ est eos viuere, qui corpus eius attingunt ipso dicente: Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & bibe ritis eius sanguinem, nõ habebitis vitam in vobis Qui etiam peccare quieuit communicare non desinat.

Quòd singulis diebus dominicis in Quadragesima fideles communicandi sint. Cap. XIX.

Ex dictis Siluerii pap. ca. 3

SIngulis diebus dominicis in Quadragesima, præter eos qui excommunicati sunt, & præter illos qui in publica pœnitentia sunt, sacramenta corporis & sanguinis Christi sumenda sunt: & in cœna domini, in vigilia Paschæ, &

die resurrectionis domini,& Pentecostes,& in Natali domini, penitus ab omnibus communicandum est.

Vt in cœna domini Eucharistiæ perceptio non negligatur. Cap. XX.

IN cœna domini à quibusdam perceptio Eucharistiæ negligitur. Quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus,exceptis his quibus pro grauibus criminibus inhibitum est, percipiẽda sit, ecclesiasticus vsus demonstrat, quum etiam pœnitentes eadem die ad percipiẽda corporis & sanguinis dominici sacramenta, reconcilientur. *Ex decr. Sotheris pap.cap. 5.*

De histrionibus & magis,si communionem cum cæteris fidelibus accipere debeant. Cap. XXI.

CYprianus Eucratio confratri salutem. Pro dilectione tua & reuerentia,vt ad consulendum me existimasti frater charissime,quid mihi videatur de histrione,& mago illo,qui apud vos constitutus,adhuc in artis suæ dedecore perseuerat,& magister & doctor erudiendorum,imò perdẽdorum puerorum id quod malè didicit, cæteris quoque insinuat,an tali sacra cõmunione cum cæteris Christianis debeat dari,aut nobiscum communicare: puto nec maiestati diuinæ,nec Euãgelicæ disciplinæ cõgruere,vt pudor & honor Ecclesiæ,tã turpi & infami contagione fœdetur. *Ex epist. sancti Cipria.epiſco.ad Eucratium.*

Quandiu vnusquisque ante sacram communionem ab vxore se abstinere debeat. Cap. XXII.

OMnis homo ante sacram communionem à propria vxore abstinere debet tres,aut quinq;,aut septẽ dies. *Ex cõcil. Eliberta. cap.3.*

Quòd inter catholicos non connumeretur, qui in istis tribus temporibus,Pascha, Pentecoste, Natali domini, non cõmunicat. Cap. XXIII.

SEculares verò,qui in Natali domini,Pascha,& in Pẽtecoste non communicauerint, catholici non credãtur,nec inter catholicos habeantur. *Ex canone Agathen.*

Vt oblatio altaris singulis dominicis diebus fiat. Caput XXIIII.

DEcernimus,vt in omnibus dominicis diebus altaris oblatio, ab omnibus viris, vel mulieribus fiat, tam panis,quàm vini,vt per has immolationes à peccatorum suorum fascibus liberentur. *Ex decr. Fabij papæ,ca.5.*

De eadem re. Cap. XXV.

Ex decr. eiusdem, cap. 10.

OBlationē quoque & pacem in Eccleſia facere iugiter admoneatur populus Chriſtianus: quia ipſa oblatio ſibi & ſuis magnum remedium eſt animarum, & in ipſa pace vera vnanimitas & concordia demonſtratur.

De diaconibus quòd presbyteris communionem dare non debeant. Cap. XXVI.

Ex Nicæ. concilio, cap. 18.

PEruenit ad magnum, ſanctūq; concilium, quòd in quibuſdam locis & ciuitatibus presbyteris gratiam ſacrē cōmunionis diaconi porrigant, quod nec regula, nec conſuetudo tradidit, vt ab his qui poteſtatem non habēt offerendi, illi qui offerunt Chriſti corpus accipiant. Nec hoc & illud innotuit, quòd quidam diaconi ante epiſcopos ſacra oblata contingant. Hæc igitur omnia reſecētur, & ſua diaconi menſura permaneant, ſcientes quòd epiſcoporum quidem miniſtri ſint, inferiores autem presbyteris habeantur. Per orbem ergo poſt presbyteros gratiam ſacrē communionis accipiant, aut epiſcopo eis, aut presbytero porrigente. Sed nec ſedere in medio presbyterorum diaconis liceat: quia ſi hoc fiat, præter regulam & ordinē putabatur exiſtere. Si quis autem etiam poſt has definitiones obedire noluerit, à miniſterio ceſſare debebit.

De eulogijs populo à presbyteris dandis. Cap. XXVII.

Ex decr. Pij papæ, cap. 4.

VT de oblationibus quæ offeruntur à populo, & conſecrationi ſuperſunt, vel de panibus quos offerūt fideles ad Eccleſiam, vel certè de ſuis presbyter conueniens ter partes inciſas habeat in vaſe nitido, vt poſt Miſſarum ſolennia, qui communicare non fuerunt parati, eulogia omni die dominico, & in diebus feſtis inde accipiant, de illa, vnde eulogias presbyter daturus eſt, antè in hæc verba benedicat.

Oratio ſimplex eulogiæ. Cap. XXVIII.

DOmine ſancte pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris hunc panem tua ſancta & ſpirituali benedictione, vt ſit omnibus ſalus mētis & corporis, contra omnes morbos & vniuerſas inimicorū inſidias: tamen, Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiū tuum panem vitæ, qui de cœlo deſcendit, & dat vitā & ſalutem mundo, & tecum viuit & regnat, Per, &c.

De pane qui offerendus est. Cap. XXIX.

PAnes quos deo in sacrificiũ offertis, aut à vobismetipsis, aut à vestris pueris coram vobis nitidè ac studioſè fiant, & diligenter obseruetur, vt panis, & vinum, & aqua, sine quibus Missæ nequeunt celebrari, mundissimè atque studioſè tractentur, & nihil in eis vile, nihil nõ probatũ inueniatur, iuxta illud quod ait scriptura: Sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. *Ex decr. Anitÿ papæ, ca. 3.*

De presbyteris qui corpus dominicum ad deferendum infirmis mulierculis tradunt. Cap. XXX.

PEruenit ad notitiam nostram, quòd quidam presbyteri intantum paruipendant diuina mysteria, vt laico, aut fœminæ sacrum corpus domini tradant ad deferendum infirmis, & quibus prohibetur, ne sacrariũ ingrediãtur, nec ad altare appropinquent, illis sancta sanctorũ cõmittuntur. Quod quàm sit horribile, quàm deteſtabile omnium religioſorum animaduertit prudentia. Igitur interdicit per omnia synodus, ne talis temeraria præsumptio vlterius fiat, sed omnimodis presbyter per semetipsum infirmum communicet. Quòd si aliter fecerit, gradus sui periculo subiacebit. *Ex cõcil. Remensi, cap. 2.*

Vt defunctis Eucharistia non detur. Cap. XXXI.

ITem placuit, vt corporibus defunctorũ Eucharistia nõ detur, Scriptũ est enim: Accipite, & edite. Cadauera autem, nec accipere possunt, nec edere: Et nec iam mortuos homines baptizari faciat presbyterorum ignauia. *Ex cõcil. Carthagi. cap. 6.*

Vt oblationes in maioribus festis ab omnibus æquanimiter fiant. Cap. XXXII.

INsynodo Matiscensi decretum est, vt in omnibus diebus dominicis, aliisq; festiuitatibus oblatio ab omnibus, qui ad Missam conuenerint, vtriusque sexus offeratur in Ecclesia, singuli singulas oblationes offerentes. Finita Missa à presbytero oblationes acipiant. Omnis autem qui hanc diffinitionem per inobedientiam euacuare præsumpserit, anathemate percellatur. *Ex cõcil. Matiscẽ. cap. 50.*

Quòd ministris altaris supra altare solis communicare liceat. Cap. XXXIII.

SOlis autem ministris sacro ordini deditis ad altare accedere, & communicare liceat. *Ex cõcil. Laodicẽ. cap. 19.*

De eadem re. Cap. XXV.

Ex decr. eiusdem, cap. 10.

OBlationē quoque & pacem in Eccleſia facere iugiter admoneatur populus Chriſtianus: quia ipſa oblatio ſibi & ſuis magnum remedium eſt animarum, & in ipſa pace vera vnanimitas & concordia demonſtratur.

De diaconibus quòd presbyteris communionem dare non debeant. Cap. XXVI.

Ex Nicæ. concilio, cap. 18.

PEruenit ad magnum, ſanctūq; concilium, quòd in quibuſdam locis & ciuitatibus presbyteris gratiam ſacrē cōmunionis diaconi porrigant, quod nec regula, nec conſuetudo tradidit, vt ab his qui poteſtatem non habēt offerendi, illi qui offerunt Chriſti corpus accipiant. Nec hoc & illud innotuit, quòd quidam diaconi ante epiſcopos ſacra oblata contingant. Hæc igitur omnia reſecētur, & ſua diaconi menſura permaneant, ſcientes quòd epiſcoporum quidem miniſtri ſint, inferiores autem presbyteris habeantur. Per orbem ergo poſt presbyteros gratiam ſacrē communionis accipiant, aut epiſcopo eis, aut presbytero porrigente. Sed nec ſedere in medio presbyterorum diaconis liceat: quia ſi hoc fiat, præter regulam & ordinē putabatur exiſtere. Si quis autem etiam poſt has definitiones obedire noluerit, à miniſterio ceſſare debebit.

De eulogijs populo à presbyteris dandis. Cap. XXVII.

Ex decr. Pij papæ, cap. 4.

VT de oblationibus quæ offeruntur à populo, & conſecrationi ſuperſunt, vel de panibus quos offerūt fideles ad Eccleſiam, vel certè de ſuis presbyter conueniens ter partes inciſas habeat in vaſe nitido, vt poſt Miſſarum ſolennia, qui communicare non fuerunt parati, eulogia omni die dominico, & in diebus feſtis inde accipiant, de illa, vnde eulogias presbyter daturus eſt, antè in hæc verba benedicat.

Oratio ſimplex eulogiæ. Cap. XXVIII.

DOmine ſancte pater omnipotens æterne Deus, benedicere digneris hunc panem tua ſancta & ſpirituali benedictione, vt ſit omnibus ſalus mētis & corporis, contra omnes morbos & vniuerſas inimicorū inſidias: tamen, Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filiū tuum panem vitæ, qui de cœlo deſcendit, & dat vitā & ſalutem mundo, & tecum viuit & regnat, Per, &c.

De pane qui offerendus est. Cap. XXIX.

PAnes quos deo in sacrificiũ offertis, aut à vobismetipsis, aut à vestris pueris coram vobis nitidè ac studioſè fiant, & diligenter obseruetur, vt panis, & vinum, & aqua, sine quibus Missæ nequeunt celebrari, mundissimè atque studioſè tractentur, & nihil in eis vile, nihil nõ probatũ inueniatur, iuxta illud quod ait scriptura: Sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite. *Ex decr. Anitÿ papæ, ca. 3.*

De presbyteris qui corpus dominicum ad deferendum infirmis mulierculis tradunt. Cap. XXX.

PEruenit ad notitiam nostram, quòd quidam presbyteri intantum paruipendant diuina mysteria, vt laico, aut fœminæ sacrum corpus domini tradant ad deferendum infirmis, & quibus prohibetur, ne sacrariũ ingrediãtur, nec ad altare appropinquent, illis sancta sanctorũ cõmittuntur. Quod quàm sit horribile, quàm deteſtabile omnium religioſorum animaduertit prudentia. Igitur interdicit per omnia synodus, ne talis temeraria præsumptio vlterius fiat, sed omnimodis presbyter per semetipsum infirmum communicet. Quòd si aliter fecerit, gradus sui periculo subiacebit. *Ex cõcil. Remensi, cap. 2.*

Vt defunctis Eucharistia non detur. Cap. XXXI.

ITem placuit, vt corporibus defunctorũ Eucharistia nõ detur, Scriptũ est enim: Accipite, & edite. Cadauera autem, nec accipere possunt, nec edere: Et nec iam mortuos homines baptizari faciat presbyterorum ignauia. *Ex cõcil. Carthagi. cap. 6.*

Vt oblationes in maioribus festis ab omnibus æquanimiter fiant. Cap. XXXII.

INsynodo Matiscensi decretum est, vt in omnibus diebus dominicis, aliisq; festiuitatibus oblatio ab omnibus, qui ad Missam conuenerint, vtriusque sexus offeratur in Ecclesia, singuli singulas oblationes offerentes. Finita Missa à presbytero oblationes acipiant. Omnis autem qui hanc diffinitionem per inobedientiam euacuare præsumpserit, anathemate percellatur. *Ex cõcil. Matiscẽ. cap. 50.*

Quòd ministris altaris supra altare solis communicare liceat. Cap. XXXIII.

SOlis autem ministris sacro ordini deditis ad altare accedere, & communicare liceat. *Ex cõcil. Laodicẽ. cap. 19.*

Vt nullus infra presbyterum ordinatus, rem à presbytero consecratam alteri porrigat. Cap. XXXIIII.

Ex decr. Siluestr. pap. cap. 7.

NVllus acolytorum, vel subdiaconorum rem consecratã à presbytero iam aliis porrigat: quia aliud est minister, aliud adsistens, nisi tantùm supportet, quod eis cerdos imposuerit, ore suo benedictum.

De illis qui post aliquam degustationem sacrificium acceperint, Cap. XXXV.

Ex decr. eutychij. papæ, ca. 2.

QVi acceperit sacrificiũ post cibum, aut post aliqua paruissimã refectionem, nisi pro viatico, pueri tr dies, maiores septẽ, clerici vigĩti dies pœnitẽ

Vt presbyter illiteratus Missam celebrare non debeat. Cap. XXXVI.

Ex decr. Fabiani papæ, ca. 10.

SAcrificium non est accipiendum de manu sacerdoti qui orationes, vel lectiones, & reliquas obseruation in Missa, secundum ritum implere non potest.

Pro vnius oblatione alterius non spernendam. Cap. XXXVII.

Eugenij papæ, ca. 17.

PRESBYTER pro vnius oblatione, alterius no spernat.

Vt dissidentium fratrum oblationes non recipiantur. Cap. XXXVIII.

Ex cõcil. Africano, ca. 93

OBlationes dissidentium fratrum, neque in sacrari neque in gazophylacio recipiantur.

Vt refutanda sint eorum dona, qui pauperes opprimunt. Cap. XXXIX.

Ex eodẽ, cap. 94.

EOrum, qui pauperes opprimunt, dona à sacerdotib refutanda.

De presbyteris immolantibus. Cap. XL.

Ex cõcil. Ancirano, cap. 1.

PResbyteros immolantes, & iterum luctamen adeuntes, si hoc non per illusionem aliquam, sed ex veritate fecerunt, nec ante parentes & affectantes, atque suadentes, vt æstimarẽt quidem tormentis aptari, sed his visu tantùm & habitu subiici, hos placuit honorem quidem propriæ sedis retinere: offerre autem, aut alloqui populum, aut omnino sacerdotalibus fungi officiis non licere.

De eadem re. Cap. XLI.

Diaconi similiter, qui immolauerunt, honorē quidem habeant, cessent verò ab omni sacro mysterio, siue à pane, siue à calice offerēdo, vel prædicando. Quòd si quidam episcoporum conscii sunt laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adimere, penes ipsos erit potestas. *Ex eodē cap. 12.*

De presbyteris, quibus solet dormiendo sæpe semen effluere. Cap. XLII.

SI post illusionem, quæ per somnium solet accidere, vel corpus domini quilibet accipere valeat, vel si sacerdos sit, sacra mysteria celebrare? *Interrogatio August. Anglorū apostoli. Respōsio Grego.*

De eadem re. Cap. XLIII.

ET quidem hunc, testamentum veteris legis, sicut in superiori capitulo iam diximus, pollutum dicit, nisi lotum aqua ei vsque ad vesperum intrare Ecclesiam non cōceditur. Quod tamen aliter populus spiritalis intelligēs, sub eodē intellectu accipiet, quo præfati sumus: quia quasi per somniū illuditur, qui tentatus immundicia veris imaginibus in cogitatione inquinatur. Sed lauandus est aqua, vt culpas cogitationis lachrymis abluat, & nisi prius ignis tentationis recesserit, reum se quasi vsque ad vesperum cognoscat. Sed est in eadē illusione necessaria valde discretio, quæ subtiliter pensari debeat, ex qua re accidat menti dormientis. Nam aliquando ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate, vel infirmitate, aliquādo ex cogitatione contingit. Et quidem quum ex naturę superfluitate, vel infirmitate euenerit, omnimodo hæc illusio non est timēda: quia hanc animus nescius pertulisse magis dolendus est, quàm fecisse. Quum verò vltra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorū receptacula grauantur, habet exinde animus aliquem reatū, non tamen vsque ad prohibitionem percipiendi corporis Christi vel missarum solennia celebrandi, quum fortasse, aut festus dies exigit, aut celebrari mysterium, pro eo quòd sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit, mutatis vestibus cantet. Nam si adsunt alii, qui implere mysterium valeant, illusio per crapulam facta à perceptione

sacri mysterii prohibere non debet, sed ab immolatione sacri mysterii abstinere, vt arbitror, humiliter debet, si tamen dormientis mentem turpi imaginatione non concusserit. Nam sunt quibus ita plerunque illusio nascitur, vt eorum animus, etiam in somno corporis positus, turpibus imaginationibus non fœdetur. Qua in re vnum ibi ostenditur, ipsa mens rea non tamen sit, vel sua iudicio libera: quum se & dormienti corpore nihil meminit vidisse, tamen in vigiliis corporeis meminit in ingluuiem cecidisse. Sin verò ex turpi cogitatione vigiliis, oritur illusio dormientis, patet animo reatus sum. Videt enim à qua radice inquinatio illa processerit: qui quod cogitauit, sciens, hoc pertulit, nesciens. Propter talem pollutionem, à sacro mysterio eo die abstinere oportet. Sed pensandum est, ipsa cogitatio vtrum in suggestione, ac in delectatione, vel, quod maius est, in peccati consensu ceciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum, videlicet, suggestione, delectatione, consensu. Suggestio quippe fit per diabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum: quia & primam culpam serpens suggessit, Eua, velut caro, delectata est, Adam vero velut spiritus consensit. Et necessaria est magna discretio inter suggestionem, atque delectationem, inter delectationem atque consensum, iudicem sui præsidem animum. Quum enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente, si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omnino perpetratum non est. Quum verò delectari caro cœperit, tunc peccatum incipit nasci, si autem etiam ad consensum ex deliberatione cõsentit, tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestione igitur peccati si mens est in delectatione, fit nutrimentum, in consensu perfectio. Et sæpe contingit, vt hoc quod malignus spiritus seminat in cogitatione, caro in delectationem trahat, nec tamen animus eidem delectationi consentiat: cùm caro delectari sine animo nequeat, ipse tamen animus carnis voluptatibus reluctans, in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus, vt ei ex ratione cõtradicat, ne consentiat, & tamen delectatione ligatus sit, se ligatum se vehementer ingemiscat. Vnde & ille cœlitus exercitatus præcipuus miles gemebat, dicẽs: Video aliam

legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducẽtem in lege peccati, quæ est in membris meis. Si autem captiuus erat, minimè pugnabat. Quapropter & captiuus erat, & pugnabat. Igitur legi mentis eius lex quæ in membris est repugnabat. Si autem pugnabat, captiuus non erat. Itaque est homo, vt ita dixerim, captiuus & liber. Liber ex iustitia, captiuus ex delectatione quam portat inuitus.

De presbyteris villanis si in ciuitate offerre audeant. Cap. XLIIII.

PResbyteri ruris in Ecclesia ciuitatis episcopo præsente, vel presbyteris vrbis ipsius, offerre non possunt, nec panem sanctificatum dare, calicemque porrigere. Si verò absentes hi fuerint, & ad dandam orationem vocentur, soli dare debebunt. *Ex cõcil. Neocæsa. cap. 13.*

De eadem re. Cap. XLV.

PResbyteri qui conregionales non sunt, in Ecclesiis, præsentibus episcopis vel presbyteris ciuitatis, offerre non poterunt, nec panem dare, in oratione autem calicem dabunt. Quòd si absentes sunt ciuitatis sacerdotes, & fuerint inuitati in orationem, soli possunt dare. *Ex decre. Sotheris papæ. ca. 13.*

De illis qui per ebrietatem Eucharistiam euomuerint. Cap. XLVI.

SI quis per ebrietatem vel voracitatem Eucharistiam euomuerit, XL. dies pœniteat: Clerici, vel monachi, seu diaconi, XL. dies pœniteant, presbyteri, LXX. dies, Episcopi, XC. Si pro infirmitatis causa euomuerit, VII. dies pœniteat. *Ex pœnitentiali Bedæ.*

De hoc, si aliquid de calice sacri sanguinis stillauerit. Caput XLVII.

SI verò per negligentiam de calice aliquid stillauerit in terram, linguabitur, tabula radetur. Si nõ fuerit tabula, vt non cõculcetur, locus corradetur, & in igne cõsumetur, & cinis intra altare recõdetur, & sacerdos quadraginta dies pœniteat. Si super altare stillauerit calix, sorbeat minister stillam, & tres dies pœniteat. Si per linteum altaris ad aliud stilla peruenerit, quatuor dies pœniteat. Si vsque tertium, nouem dies. Si vsq; quartũ, quindecim dies: *Ex decre. Pij papæ, cap. 3.*

& linteamina quæ tetigerunt stillã tribus ministerabluæ vicibus, calice subterposito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur.

De illo qui euomit sacrificium, & à canibus consumitur. Cap. XLVIII.

Ex pœnitentiali Theodo. QVi euomuerit sacrificium & à canibus consumitur, annum vnum pœniteat: sin autẽ, quadraginta dies pœniteat. Si in die quando communicauerit sacrificium euomuerit, si ante mediam noctem, tres superpositiones faciat. Si post mediam noctem, duas. Si post Matutinas, vnam.

De eadem re. Caput XLIX.

Ex pœnitentiali Romano. SI verò sacrificium euomuerit, quadraginta dies pœniteat. Si infirmitatis causa, septem dies: Si in ignem proiicit, centum Psalmos cantet: si verò canes lambuerint talem vomitum, centum dies qui euomit, pœniteat.

De Eucharistia inueterata. Cap. L.

Ex cõcil. Aureliã. cap. 5. OMne sacrificium sordida vetustate perditum, igne comburendum est, & cinis iuxta altare sepeliendus.

De illis qui non bene custodierint corpus & sanguinem domini. Caput LI.

Ex eodẽ cap. 6. QVi non bene custodierit sacrificium, & mus, vel aliquod aliud animal comederit illud, quadraginta dies pœniteat. Qui autem perdiderit illud in Ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, XX. dies pœniteat. Perfundens aliquid super altare de calice quando offertur, VI. dies pœniteat, aut si abundantius, VII. dies pœniteat. Qui autem perfundit calicem dum solennitas Missæ celebratur, XL dies pœniteat. Si verò celebrata Missa presbyter neglexerit accipere sacrificium, similiter XL. dies pœniteat, & qui acceperit sacrificium pollutus nocturno tempore, VII. dies. Diaconus obliuiscens oblationem offerre donec offeratur linteamen, quando recitantur nomina pausantium, similiter pœniteat. Qui negligentiam erga sacrificium fecerit, vt vermibus consumptum ad nihilum deuenerit, III. qua-

drageſimas cum pane & aqua pœniteat. Si integrum inuentum fuerit, in eo vermis comburatur, & cinis ſub altari condatur, & qui neglexerit, quaternis diebus ſuam negligentiam ſoluat. Si cum amiſsione ſaporis decoloratur ſacrificium, XX. dies expleantur ieiunio, conglutinatum verò, VII. dies qui merſit, pœniteat.

De eadem re. Cap. LII.

SI ceciderit ſacrificium de manibus offerentis terrate- nus vt non inueniatur, omne quodcunque inuentum fuerit in loco in quo ceciderit cõburetur, & cinis vt ſupra, abſcondatur, & cui acciderit, medium annum pœniteat. Si verò ſacrificium inuẽtum fuerit, locus ſcopis mundetur, & ſtramen vt ſupra, ignetur, & cinis vt ſupra, recõdatur & ſacerdos XX. dies pœniteat. *Ex pœnitentiali Romano.*

De muliere quæ pepererit, vt communicet ſi voluerit.
Caput LIII.

MVlier enixa, ſi vult, communionem percipiat, *Ex conci. Carthag.*

Finis Libri Quinti.

INDEX

CAPITVLORVM

Libri Sexti.

S I quis ſpontanea voluntate homicidium perpetrauerit, iuxta decreta Melchiadis papæ, & Triburienſis concilij ſtatuta, talem pœnitentiã accipere debet. Cap. i.
Quid in primo anno obſeruare debeat. ii
Quid in ſecundo & tertio anno obſeruare debeat. iii.
Quid in reliquis quatuor annis obſeruare debeat. iiii.
De homicidiis & calumniis epiſcoporum, & reliquorum ordinum. v.
De eadem re. vi.
De eadem re. vii.
De interfectoribus ſacerdotum. viii.
De presbyteris depoſitis, & ſic occiſis. ix.
De presbyteris qui ſine orario occidentur. x.
De presbytero interfecto ad quem eius compoſitio pertineat. xi.
De illis qui per inſidias homicidium perpetrauerint. xii.
Item de homicidio ſponte commiſſo. xiii.
De eadem re. xiiii.
De homicidio non ſpontè commiſſo. xv.
De eadem re. xvi.
De illo qui domino ſuo præcipiente homicidium fecerit. xvii.
De illo qui ſeruum ſuum interfecerit. xviii.
De fœmina quæ furore zeli accenſa ancillam ſuam verberauerit, & ſic perierit. xix.
De eadem re. xx.
De illis qui in opere neceſſario caſu homicidium perpetrauerint. xxi.
De eadem re. xxii.
De illis qui in publico bello homicidia cõmittunt. xxiii.

De illis qui de homicidio sunt infamati, si negauerint. xxiiii.
De insano si homicidium perpetrauerit. xxv.
De illis qui veneficio homicidia committunt. xxvi.
De illo per cuius delationem aliquis interfectus fuerit. xxvii.
Quòd tria genera sint homicidarum. xxviii.
Quòd homicidæ ab ecclesiastica communione sint submouendi. xxix.
De eadem re. xxx.
De illis quorum consilio homicidia fiunt. xxxi.
De illis qui pro vindicta parentum homicidia committunt. xxxii.
De illo qui propter cupiditatẽ Iudæũ interfecerit. xxxiii.
De parricidis & fratricidis. xxxiiii.
De eadem re. xxxv.
De illis qui infantes suos non sponte interficiunt. xxxvi.
De illo qui vxorem legitimam sine iudicio interfecerit. xxxvii. xxxvii.
De eadem re. xxxviii.
De eadem re. xxxix.
De eadem re. xl.
De vxore mariti mortem conciliante. xli.
De hoc, si plures vnum impugnauerint. xlii.
De vindicta non prohibenda. xliii.
De illis qui post baptismum capitalem protulerint sententiam. xliiii.
De illis qui in confractione idolorum occisi fuerint. xlv.
De eo qui matrem suam occiderit, qualiter pœnitere debeat. xlvi.
Si quis clericus homicidium fecerit, ab ordine cessare debebit. xlvii.
De eo, si quis in hostem contra paganos dimicans, interficit captiuos Christianos. xlviii.
De eo qui Christianum mancipium seduxerit, & sic vendiderit. xlix.

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA-*cienſis Epiſcopi, de Homicidiis, Decretorum Liber VI.*

ARGVMENTVM LIBRI.

Liber hic de Homicidiis ſponte & non ſponte commiſſis, de parricidiis, de fratricidiis, de illis qui vxores legitimas, & ſeniores ſuos interficiunt, & de cæde eccleſiaſticorum tractat, quæque ſingulis hiſce homicidij generibus ſit pœnitentia iniungenda, oſtendit.

Si quis ſpontanea voluntate homicidium perpetrauerit, iuxta decreta Melchiadis papæ, & Triburienſis cõcilij ſtatuta, talẽ pœnitẽtiã accipere debet. Cap. I.

Ex cõcil. Triburi. cap. 4.

IN primis, vt licentiam non habeat Eccleſiam intrandi, illos proximos XL dies nudis pedibus incedat, & nullo vehiculo vtatur. In laneis veſtibus ſit abſque fœmoralibus, arma non ferat, & nihil ſumat in his quadraginta diebus niſi tantùm panem & ſalem, & puram bibat aquam. Et nullã communionem cum cæteris Chriſtianis, neque cum alio pœnitente habeat in cibo & potu, antequam quadraginta dies adimpleantur. Et ex cibo quem ſumit, nullus alius manducet. Conſiderata verò perſonæ qualitate, vel infirmitate, de pomis, vel holeribus ſeu leguminibus, prout viſum fuerit, aliquid pro miſericordia indulgeatur, maximè, ſi quis coactus & non ſpontè homicidium fecerit, & ei omnimodis ex canonica autoritate interdicatur, vt in his diebus cum nulla fœmina miſceatur, nec ad propriam vxorem accedat, nec cum aliquo homine dormiat. Iuxta Eccleſiam ſit, ante cuius ianuas peccata ſua defleat diebus & noctibus, & non de loco ad locum pergat, ſed in vno loco his qua-

quadraginta diebus sit. Et si fortè habuerit insidiatores vitæ suæ, interim differatur ei pœnitentia, donec ab episcopo pax ei ab inimicis concedatur, & si in infirmitate detentus fuerit, ita vt non possit dignè pœnitere, differatur pœnitentia donec sanitati restituatur. Si autem longa ægritudine detentus fuerit, ad sententiam episcopi pertinebit, quomodo reum & infirmum sanare disponat. Completis XL. diebus aqua lotus, vestimenta & calciamenta accipiat, & capillum incidat.

Quid in primo anno obseruare debeat.

Caput II.

IN primo anno post quadraginta dies, totũ illum annum à vino, medone, & mellita ceruisia, à carne, & caseo & pinguibus piscibus abstineat, nisi festis diebus qui in illo episcopio à cuncto populo celebrantur. Et nisi fortè in magno itinere, vel in hoste, vel diu ad dominicam curtem vel infirmitate detentus sit, tunc liceat vno denario, vel precio vnius denarij, aut tres pauperes pascendo, tertiam feriam, quintam feriam, & sabbatum redimere, ita duntaxat, vt vnare de tribus vtatur. Postquam domum venerit, aut sanitati fuerit restitutus, nullam licentiam habeat redimendi. Completo anni circulo in Ecclesiam introducatur, & pacis osculum ei concedatur. *Ex eodẽ cap. 5.*

Quid in secundo & tertio anno obseruare debeat.

Caput III.

IN secundo & tertio anno similiter ieiunet, nisi quòd tertiam feriam, quintam & sabbatum, potestatem habeat redimendi prætaxato precio vbicunque est. Cætera diligenter omnia obseruet vt in primo anno. *Ex eodẽ cap. 6.*

Quid in reliquis quatuor annis obseruare debeat.

Caput IIII.

QVatuor anni deinde restant, per quos singulos ieiunet tres Quadragesimas. Vnam ante Pascha cum cæteris Christianis, abstinendo de vino, medone, mellita ceruisia, carne, & sagimine, & ouis, & pinguibus piscibus. Alteram, ante natiuitatem sancti Ioannis. Si aliquid remanet de quadraginta diebus, post Missam sancti Ioannis impleat. Tertiam, ante Natalem domini ieiunet, vt supradictum est. Et in quatuor supradictis annis, tertia, quinta feria, & sabbato, vtatur quicquid vult, & secundam, & quartam feriam redi- *Ex eodẽ cap. 7.*

mere potest precio iam supradicto, sextam feriam omnino dis obseruet in pane & aqua, & nequaquam redimat. His expletis, sacram communionem accipiat.

De homicidiis, & calumniis episcoporum, & reliquorum ordinum. Cap. V.

Ex cõcil. apud Theodonis villã habito. cap. 3.

IN concilio apud Theodonis villam, vbi interfuerunt XXXII. episcopi, Histolphus Moguntiensis archiepiscopus cum suis suffraganeis, Hetti Treuerensis archiepiscopus cum suis suffraganeis, Ebo Remensis archiepiscopus cum suis suffraganeis, cum nunciis reliquorum episcoporum Galliæ & Germaniæ, ob nimiam præsumptionem quorundam tyrannorum in sacerdotes domini debacchantium propter factum quod in Vvasconia nouiter acciderat episcopo Ioanne, inhonestè & inauditè mordridato, decretum est, vt communi consensu & humili deuotione supplicarentur auribus principis, si suæ pietati complaceret, vt calumnia in Christi sacerdotes peracta, iuxta synodalica determinaretur pleniter statuta, hoc idem episcoporũ iudicio placeret, si ex toto secundum potestatem eorum posset definiri, id est, vt canonica ferirentur sententia, hi videlicet qui timorem domini postponentes, in ministros suos grassare præsumerent. Quòd si verò pietati eius complaceret iuxta capitula regum præcedẽtium, vbi eorum prouisione misericorditer in offensis pecuniæ quantitatem interponit pro consolatione sanctæ Ecclesiæ, vt præfatæ res per pœniam ab imperatoribus sacerdotibus ad defensionem ecclesiam, & per pœnitentiam determinarentur episcoporum iudicio, si pietas illius collaudare voluerit, sic definiri eis complaceret. Si quis subdiaconum calumniatus fuerit, vulnerauerit, vel debilitauerit, & conualuerit, quinque quadragesimas sine subditis annis pœniteat, & trecentos solidos cum sua cõpositione, & episcopalibus bannis episcopo cõponat. Si autẽ mortuus fuerit, singulas supradictas Quadragesimas cum sequentibus annis pœniteat, & CCC. solidos, cum tripla sui compositione, & episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si diaconum calumniatus fuerit, & conualuerit, sex Quadragesimas sine subditis annis pœniteat, & CCCC. solidos cum compositione sua & episcopalibus bannis episcopo componat. Si autem mortuus fuerit, singulas supra dictas sex Quadragesimas

cum sequentibus annis pœniteat,& DC. solidos cum triplici sua compositione, & episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si quis presbyterum calumniatus fuerit, & spassauerit, sex Quadragesimas sine subditis annis pœniteat, & DC. solidos cum triplici sua compositione, & episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si autem mortuus fuerit, duodecim annorum pœnitentia secundum canones ei imponatur, & DCCCC. solidos cum triplici compositione sua, & episcopalibus bannis triplicibus componat. Si quis episcopo insidias posuerit, comprehenderit, vel in aliquo dehonestauerit, decem Quadragesimas cum subditis annis pœniteat, & presbyteri occisi triplicem compositionem componat. Si autem casu & non spõte occiditur, cum comprouincialium episcoporum consilio homicida pœniteat. Si quis autem sponte eum occiderit, carnem non comedat, vinum non bibat cunctis diebus vitæ suæ, cingulum militare deponat, absque spe coniugij in perpetuum maneat. Aistolphus Moguntiensis archiepiscopus dixit: Si principibus placuerit, aliisque suis fidelibus, rogemus vt collaudetur & subscribatur. Et collaudatum est, & subscriptum est, tam à principe, quàm à cæteris omnibus.

De eadem re. Cap. VI.

Ex cõcil. Triburiẽsi, cap. 1. Capitulũ ecclesiast. apud Triburiam à Carolo et primis Galliæ et Germaniæ collaudatũ et subscriptum.

PLacuit nobis & fidelibus nostris, vt sicut ab episcopis & reliquis sacerdotibus ac Dei seruis, alio anno apud Theodonis villã admoniti fuimus & rogati, vt episcopi & eorum ministri quos Deus suo non humano iudicio reseruauit, iuxta sanctorum canonum, sanctorumque patrum, ac capitularium præcedentium regum coram positorum statuta, & Dei sacerdotes, eorumque cooperatores, quorum intercessionibus supplicationibus sancta Dei Ecclesia constare videtur, intacti permaneant. Constituimus, vt si quis subdiaconum calumniatus fuerit, & conualuerit, pœnitentia canonica pœniteat, & CCC. solidos episcopo componat. Et si mortuus fuerit, iuxta id quod canones præcipiunt pœniteat, & CCCC. solidos episcopo componat. Si diaconum quis calumniatus fuerit, & conualuerit, pœniteat secundum canones, & CCCC. solidos episcopo componat. Si non conualuerit, iuxta præcepta syno-

dalica pœniteat, & DC. solidos episcopo componat. Si presbyterum quis malè tractauerit, & spasmauerit, secundum eius episcopi sententiam pœniteat, & DCCCC. solidos episcopo componat. Si autem mortuus fuerit, vt synodus diiudicauerit, pœniteat, & mille CC. solidos episcopo componat. Si quis episcopo insidias posuerit, comprehenderit, vel in aliquo dehonestauerit, pœniteat secundum canonum statuta, & presbyteri non occisi triplicem compositionem cum instilis quæ in superiori capitulo scriptæ, & cõfirmatæ esse videntur, componat. Si quis per inductriam episcopum occiderit, iuxta id quod apud Theodonis villam à XXXII. episcopis decretum est, & quod ibi à nobis & à primatibus partius Germaniæ, & Galliæ, benigna collaudatione collaudatum est, & subscriptum est, pœniteat, & pecuniã à nobis concessam Ecclesiæ viduatæ persoluat. Et hoc de nostro adiecimus, vt si quis in his supradictis sanctorum canonũ nostrorum decreti sanctionibus episcopis, inobediens & contumax extiterit, primùm canonica sententia feriatur. Deinde in nostro regno beneficium nõ habeat, & alodis eius in bannum mittatur, & si annum vnum & diem in nostro banno permanserit, ad fiscum nostrum redigatur, & captus in exilium relegetur, & ibi tam diu custodiatur & cõstringatur, donec coactus Deo, & sanctæ Ecclesiæ satisfaciat, quod prius gratis facere noluerat. Et si omnibus vobis ista complacuerint, dicite. Et tertiò ab omnibus conclamatũ est, placet. Et imperatores, & pene omnes Galliæ & Germaniæ principes subscripserunt, singuli singulas facientes cruces, & Ecclesiasticus ordo Deo & principibus laudes referentes Hymnum, Te Deum laudamus, decantabant, & sic soluta est synodus.

De eadem re. Cap. VII.

Ex cõcil. Mogũti. cap. 24.

QVi presbyterum occiderit, XII. annorum ei pœnitentia secundum canones imponatur, aut si negauerit, si liber est, cum LXXII. iuret. Si autem seruus super duodecim vomeres feruentes se expurget. Coniugij noxæ vsque ad vltimum vitæ tempus militiæ cingulo careat, & absque spe coniugij maneat.

De interfectoribus sacerdotum. Cap. VIII.

Ex cõcil. Vuormaciẽ. ca. 3.

QVi sacerdotem voluntariè occiderit, carnem non comedat, & vinum non bibat cunctis diebus vitæ suæ

Ieiunet vsque ad vesperam, exceptis diebus festis atq; dominicis, arma non sumat, equum non ascendat, Ecclesiam per quinque annos non ingrediatur, sed ante fores Ecclesiæ stet. Post quinque annos Ecclesiam ingrediatur, nondum verò communicet, sed inter audiētes stet. Quum autem fuerit duodecimi anni cursus finitus, communicandi ei licētia concedatur, & equitandi tribuatur remissio. Maneat autem in reliquis obseruationibus tres dies per hebdomadam, vt perfectius purificari mereatur.

De presbyteris depositis, & sic occisis. Cap. IX.

NVnciatū est nobis, quòd aliqui olim dixerūt se fuisse sacerdotes, & postea degradati pro suis peccatis pœnitentiam agendo, suffragia sanctorum per diuersa loca transeuntes quæsierunt, trucidati sint: Huiuscemodi interfectoribus omnem ecclesiasticam dignitatem denegamus, donec dignam pœnitentiam pro reatu suo secūdum iudicium episcoporum exoluant: quia grauius aliis homicidis pœnitere debent. *Ex cōcil. Turonico. cap. 3.*

De presbyteris qui sine orario occiduntur. Cap. X.

VT presbyteri non vadant, nisi stola vel orario induti. Et si in itinere spoliantur, vel vulnerantur, aut occiduntur, non stola vestiti, simplici emendatione sua soluantur. Si autem cum stola, triplici. *Ex cōcil. Triburi. cui interfuit rex Arnulphus, ca. 26.*

De presbytero interfecto, ad quem eius compositio pertineat. Cap. XI.

PResbyteri interfecti compositio episcopo ad cuius parochiam pertinebat, soluatur, ita videlicet, vt medietatem Vvirigeldi eius episcopus vtilitatibus Ecclesiæ cui præfuit, tribuat, & alteram medietatem in eleemosynam eius iustè dispertiat, quia nullus nobis eius hæres proximior videtur, quàm ille qui ipsum domino sociauit. *Ex eodē, cap. 5.*

De illis qui per insidias homicidium perpetrauerint. Cap. XII.

SIquis voluntariè, & per insidias hominem interfecerit, iugi pœnitentiæ se submittat. Et si hoc publicè actum cōstat, si laicus est, à communione orationum quinquennio remoueatur. Post quinquēnium tantùm in orationum communionem recipiatur, non autem offerat, nō *Ex cōcil. Hāneten. cap. 2.*

corpus domini contingat. In quo perdurans quatuordecim annis, tunc ad plenam communionem cum oblationibus recipiatur.

Item de homicidio sponte commisso. *Cap. XIII.*

Ex cõcil. Ancirano, ca. 21. QVI voluntariè homicidium fecerint, pœnitentiã quidem iugiter submittant sè, perfectionem vero circa vitæ exitum consequantur.

De eadem re. *Cap. XIIII.*

Ex cõcil. Parisiẽsi. cap. 6. SI quis homicidium sponte commiserit, & non violenter resistens, sed vim faciens, innocentẽ & simpliciter gradientem interfecerit, vsque ad finẽ vitæ suæ grauiter poeniteat, sic tamen, vt si pœnitentiã bene peregerit, in extremo ei communionis viaticum non negetur.

De homicidio non sponte commisso. *Cap. XV.*

Ex cõcil. Ancirano, ca. 22 DE homicidiis non sponte commissis prior quidem definitio, post septennem pœnitentiam, perfectionem consequi præcipit. Secunda verò quinquennii tempore explere.

De eadem re. *Cap. XVI.*

Ex cõcil. Hãnetẽ. cap. 2. SI quis casu non volẽs, homicidium perpetrauerit, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat. Quibus peractis, biennio ab oratione fidelium segregetur, non communicet, nec offerat, post biennium in communionem oblationis suscipiatur: offerat autem, non tamen communicet. Post quinquennium ad plenam communionem recipiatur, abstinẽtia ciborum in arbitrio sacerdotis manente.

De illo qui domino suo præcipiente homicidium fecerit. *Cap. XVII.*

Ex eodẽ, cap. 25. SI quis liber iubẽte domino suo seruum eius occiderit, vt homicidium sponte commissum pœniteat.

De illo qui seruum suum interfecerit. *Cap. XVIII.*

Ex cõcil. Agathẽ. cap. 62. SI quis seruum proprium, sine conscientia vel iudicio publico occiderit, vt homicidium sponte commissum pœniteat.

De fœmina quæ furore zeli accensa ancillam suam verberauerit, & sic perierit. Cap. XIX.

SI qua domina furore zeli accensa, flagellis verberauerit ancillam suam, ita vt infra diem tertium animã cruciatu effundat, eo quod incertum sit volũtate, an casu occiderit: si voluntate, post septem annos, si casu, per quinquénii tempora, acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti. Quòd si infra tẽpora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem. *Ex cõcil. Elibertã. cap. 5.*

De eadem re. Cap. XX.

SI quis hominem publicè pœnitentem interfecerit, vt homicidium spõtè commissum dupliciter pœniteat, & nisi in fine non communicet. *Ex decr. Siluestr. papæ.*

De illis qui in opere necessario casu homicidium perpetrauerint. Cap. XXI.

SAEpe contingit, vt dum quis operi necessario insistens arborem incidat, aliquis subtus ipsam veniẽs deprimatur. Et ideirco, si voluntate vel negligẽtia incidentis arborem factum est, vt homicida pœnitentiæ debet omnino submitti. Quòd non voto, sed incuria illius, non denique sententia contingit, sed dum ille operi necessario fortassis incũberet, iste insperatus ocurrit sub arbore, & sub ipsa oppressus est, incisor arboris non tenetur pro homicida. *Ex cõcil. Vvormac. cap. 5.*

De eadem re. Cap. XXII.

SI duo fratres in sylua arbores succiderint, & appropinquante casura vnius arboris, frater fratri dixerit caue, & ille fugiens in pressuram arboris inciderit, & mortuus fuerit, viuens frater innocens de sanguine germani diiudicetur. *Ex cõcil. Triburi. cap. 17.*

De illis qui in publico bello homicidia cõmittũt. Cap. XXIII.

OPortet autem diligẽtius eos admonere, qui homicidia in bello perpetrata pro nihilo ducunt, excusantes non ideo necesse habere de singulis facere pœnitentiam, eo quod iussu principũ peractum sit, & Dei iudicio ita finitum. Scimus enim, quòd Dei iudicium semper iustum est, & nulla reprehẽsione dignum. Sed tamẽ oportet eos considerare, qui hanc necem nefariam cupiũt, vtrum se coram oculis Dei, quasi innoxios excusare possint, qui *Ex cõcil. Mogũti. cap. 2.*

propter auaritiam, quæ omnium malorum radix est, & illo
lorum seruituti comparatur, atque propter fauorem dom
norum suorum temporalium, æternum dominum com
pserunt, & mandata illius spernentes, non casu, sed per in
dustriam homicidium fecerunt. Nam de his legimus, qu
homines non spontè interfecerunt, Deum per legislato
vrbes refugii deputasse, ad quas confugientes saluarent
ab vltore sanguinis proximi sui, & non morerentur. Vn
in Deuteronomio scriptũ est: Hæc erit lex homicidæ, c
vita seruanda est: Qui percusserit proximum nescien
heri, & pridiustertius nullum contra eum habuisse odi
comprobatur, sed abiisse simpliciter cum eo in syluam
ligna cædẽda, & in succisione lignorum securis fugerit
manu, aut ferrum lapsum de manubrio amicum eius pe
cusserit, & occiderit, hic ad vnam vrbium supradictar
confugiat & viuat, ne proximus eius, cuius sanguis effu
est, stimulo doloris percutiat animam eius. De eo verò q
per industriam aliquem occiderit, in Exodo scriptum e
Si quis de industria, & per insidias occiderit proximum
altari meo euelles eum, vt moriatur. Et in Deuteronomi
Si quis odio habens proximum suum, insidiatus fuerit
tæ eius, & surgens, percusserit eum, & mortuus fuerit, &
gerit, ad vnam de supradictis vrbibus, mittent seniores c
uitatis illius, & rapient eũ de loco refugii, & tradent
in manus proximi eius, cuius sanguis effusus est, & mori
tur, nec misereberis eius. Si ergo illum quem dominus d
gnum morte esse iudicauit reum non esse quis dicit, qu
modo contrarius legi Dei non existit, qui hoc quod De
præcepit, cassum esse contendit? Sed inter hæc sciend
est, quòd magna distantia est inter legitimum principe
& seditiosum tyranum: inter eum qui subuertere nitit
Christianæ pacis tranquillitatem, & illum qui armis co
tra iniquitatem certat defendere æquitatem.

De illis qui de homicidio sunt infamati, si negauerint. *Cap. XXIIII.*

Ex cõcil. Turonẽ. cap. 2.

VBi manifestari potest quemlibet hominẽ perpetrasse homicidium secundum canonicam authoritatẽ, con
dignum pœnitentiæ iudicium illi ingeratur. Si autem m
nifestis indiciis non potest probari eum homicidam esse,

nec ipse vult confiteri, omnipotentis Dei iudicio, cui omnia occulta manifesta sunt, reseruetur: ei tamen indicetur publicè à presbytero, quòd communione ecclesiastica indignus sit, & ea carere debeat, donec perpetratum crimen confiteatur, & per confessionem, & per pœnitẽtiam condignam, ab hoc crimine se absoluere certet.

De insano, si homicidium perpetrauerit. Cap. XXV.

SI quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mẽtem peruenerit, leuior ei pœnitentia imponenda est, quàm ei qui sana mente tale quid commiserit. Cui quãuis pœnitentia sit imponẽda, quia ipsa infirmitas causa peccati fuisse creditur: tantum tamen lenior, quàm ei qui sanus aliquem occiderit, quantum inter sanum & insanum, & irrationabile à rationabili constat esse discriminis. *Ex eodẽ, cap. 7.*

De illis qui veneficio homicidia committunt. Cap. XXVI.

SI quis verò veneficio interfecerit alterum, eò quòd sine idololàtria perficere scelus non potuit, nisi in fine impartiendam non esse illi communionem. *Ex cõcil. Eliberta. cap. 5.*

De illo per cuius delationem aliquis interfectus fuerit. Cap. XXVII.

DElator si quis extiterit fidelis, & per delationẽ eius aliquis fidelium fuerit præscriptus vel interfectus, placuit eum nõ nisi in fine accipere communionem. Si leuior causa fuerit, intra quinquennium accipere communionem poterit. Si catechumenus fuerit, post quinquẽnij tempora admittatur ad baptismum. *Ex eodẽ, cap. 1.*

Quòd tria genera sint homicidarum. Cap. XXVIII.

HOmicidarũ verò tria genera esse dicebat, & pœnam eorum parilem fore docebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita & detractores eorum, eosque odiẽtes, homicidas esse manifestabat. Quia occidit, qui odit fratrem suũ: & qui detrahit, pariter homicida esse mõstratur. Omnes enim à carnalibus desideriis quæ militant aduersus animam abstinere, & bonam eorum cõuersationem ac innocentẽ omnibus monstrare rogabat. Ex corde enim cunctos attentius inuicem diligere insinuabat. Seniores venerari, & iuniores diligere, Episcopos sacerdo- *Ex epist. Clemẽtis papæ, ca 16.*

corpus domini contingat. In quo perdurans quatuordecim annis, tunc ad plenam communionem cum oblationibus recipiatur.

Item de homicidio sponte commisso. *Cap. XIII.*

Ex cõcil. Ancirano, ca. 21. QVI voluntariè homicidium fecerint, pœnitentiã quidem iugiter submittant sè, perfectionem vero circa vitæ exitum consequantur.

De eadem re. *Cap. XIIII.*

Ex cõcil. Parisiẽsi. cap. 6. SI quis homicidium sponte commiserit, & non violenter resistens, sed vim faciens, innocentẽ & simpliciter gradientem interfecerit, vsque ad finẽ vitæ suæ grauiter poeniteat, sic tamen, vt si pœnitentiã bene peregerit, in extremo ei communionis viaticum non negetur.

De homicidio non sponte commisso. *Cap. XV.*

Ex cõcil. Ancirano, ca. 22 DE homicidiis non sponte commissis prior quidem definitio, post septennem pœnitentiam, perfectionem consequi præcipit. Secunda verò quinquennii tempore explere.

De eadem re. *Cap. XVI.*

Ex cõcil. Hãnetẽ. cap. 2. SI quis casu non volẽs, homicidium perpetrauerit, quadraginta dies in pane & aqua pœniteat. Quibus peractis, biennio ab oratione fidelium segregetur, non communicet, nec offerat, post biennium in communionem oblationis suscipiatur: offerat autem, non tamen communicet. Post quinquennium ad plenam communionem recipiatur, abstinẽtia ciborum in arbitrio sacerdotis manente.

De illo qui domino suo præcipiente homicidium fecerit. *Cap. XVII.*

Ex eodẽ, cap. 25. SI quis liber iubẽte domino suo seruum eius occiderit, vt homicidium sponte commissum pœniteat.

De illo qui seruum suum interfecerit. *Cap. XVIII.*

Ex cõcil. Agathẽ. cap. 62. SI quis seruum proprium, sine conscientia vel iudicio publico occiderit, vt homicidium sponte commissum pœniteat.

nec ipse vult confiteri, omnipotentis Dei iudicio, cui omnia occulta manifesta sunt, reseruetur: ei tamen indicetur publicè à presbytero, quòd communione ecclesiastica indignus sit, & ea carere debeat, donec perpetratum crimen confiteatur, & per confessionem, & per pœnitẽtiam condignam, ab hoc crimine se absoluere certet.

De insano, si homicidium perpetrauerit. Cap. XXV.

SI quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mẽtem peruenerit, leuior ei pœnitentia imponenda est, quàm ei qui sana mente tale quid commiserit. Cui quãuis pœnitentia sit imponẽda, quia ipsa infirmitas causa peccati fuisse creditur: tantum tamen lenior, quàm ei qui sanus aliquem occiderit, quantum inter sanum & insanum, & irrationabile à rationabili constat esse discriminis. *Ex eodẽ, cap. 7.*

De illis qui veneficio homicidia committunt. Cap. XXVI.

SI quis verò veneficio interfecerit alterum, eò quòd sine idololàtria perficere scelus non potuit, nisi in fine impartiendam non esse illi communionem. *Ex cõcil. Eliberta. cap. 5.*

De illo per cuius delationem aliquis interfectus fuerit. Cap. XXVII.

DElator si quis extiterit fidelis, & per delationẽ eius aliquis fidelium fuerit præscriptus vel interfectus, placuit eum nõ nisi in fine accipere communionem. Si leuior causa fuerit, intra quinquennium accipere communionem poterit. Si catechumenus fuerit, post quinquẽnij tempora admittatur ad baptismum. *Ex eodẽ, cap. 1.*

Quòd tria genera sint homicidarum. Cap. XXVIII.

HOmicidarũ verò tria genera esse dicebat, & pœnam eorum parilem fore docebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita & detractores eorum, eosque odiẽtes, homicidas esse manifestabat. Quia occidit, qui odit fratrem suũ: & qui detrahit, pariter homicida esse mõstratur. Omnes enim à carnalibus desideriis quæ militant aduersus animam abstinere, & bonam eorum cõuersationem ac innocentẽ omnibus monstrare rogabat. Ex corde enim cunctos attentius inuicem diligere insinuabat. Seniores venerari, & iuniores diligere, Episcopos sacerdo- *Ex epist. Clemẽtis papæ, ca 16.*

tes suos, ac cunctos reliquos Ecclesiæ ministros, atque omnem plebem sibi cõmissam, verbis & mandatis diuinis instruere & armare. Hosq; omnes eorum episcopos tota animi virtute diligere, vt oculos suos, qui oculi sunt illorum, eorum præceptis in omnibus obedire, etiam si ipsi aliter quod absit, agãt quàm deceat: memores scilicet illius dominici præcepti: quæ dicũt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite.

Quòd homicidæ ab ecclesiastica communione sint submouendi. Cap. XXIX.

Ex cõcil. Agathẽ. cap. 10.

ITaque censuimus homicidas à communione ecclesiastica submouendos, nisi pœnitentiæ satisfactione, admissa crimina diluerint.

De eadem re. Cap. XXX.

Ex cõcil. Turonico, ca. 7.

HOmicidis penitus non communicandum, donec per confessionem pœnitentiæ ipsorũ crimina diluãtur.

De illis quorum consilio homicidia fiunt. Caput XXXI.

Ex dictis Augustí.

PEriculosè se decipiunt, qui existimant eos tantùm homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, & non potius eos, per quorum consilium, & fraudem, & exhortationem homines extinguuntur. Nam Iudæi dominũ quaquam propriis manibus interfecerũt, sicut scriptũ est. Nobis non licet interficere quenquam, sed tameu illis domini mors imputatur, quia ipsi eum lingua crucifixerunt dicẽtes: Crucifige eum. Vnde vnus Euangelista dicit, dominum crucifixum esse hora tertia, alius sexta: quia Iudæi crucifixerunt eum hora tertia lingua, manibus hora sexta milites. Qui ergo hominem tradit, ille eum interficit dicente: Maius peccatum habet, qui me tradidit tibi. Vnde Psalmista, Filii hominum, dentes eorum arma & sagittæ, linguæ eorum gladius acutus. Subiiciãt ergo se pœnitentiæ, quorum consilio sanguis funditur, si veniã promereri voluerint.

De illis qui pro vindicta parentum homicidia committunt. Cap. XXXII.

Ex pœnitentiali Theodori.

QVi pro vindicta fratris, aut aliorum parentum occiderit hominem, ita pœniteat, vt homicidia sponte commissa, cùm ipsa veritas dicat: Mihi vindicta, & ego retribuam.

De illo qui propter cupiditatem Iudæum interfecerit. Cap. XXXIII.

QVi odij meditatione vel propter cupiditatem Iudæum, vel paganum occiderit, quia imaginem Dei, & ſpem futuræ conuerſionis extinxerat, XL. dies in pane & aqua pœniteat. *Ex cõcil. Mogũti. cap. 6.*

De parricidis & fratricidis. Cap. XXXIIII.

STatuimus, vt parricidæ & fratricidæ per vnius anni circulum ante fores Eccleſiæ orantes domini clementiam perſeuerent. Cõpleto anni circulo introducantur in Eccleſiam, tamen inter audientes, vſque dum vnius anni ſpatium finiatur, ſtent. His itaque peractis, ſi pœnitentiæ fructus in eis conſpicitur, corporis & ſanguinis domini participes fiant, vt non obdurentur deſperatione. Carnem non manducent omnibus diebus vitæ illorum, Ieiunent autem vſque ad nonam quotidie, exceptis feſtis diebus atque dominicis. Abſtineant autem ſe à vino, medone, atque mellita ceruiſia, tres dies per hebdomadã. Arma portare non audeant, niſi contra paganos. Et vbicunque ire maluerint, nullo vehiculo deducantur, ſed pedibus propriis pergant. Ab vxoribus ſi habuerint non ſeparentur. Tempus autem huius pœnitentiæ in epſcoporum ponimus arbitrio, vt ſecundum conuerſationem illorum, aut extendere, vel minuere valeant. *Ex conci. Triburi. cap. 5.*

De eadem re. Caput XXXV.

PArricidium autem quàm ſit deteſtabile crimẽ, iudicio facto inter Cain & Abel fratrem ſuum dominus ipſe oſtendit, cùm ad Cain parricidam ait: Maledictus eris ſuper terram, quæ aperuit os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua. Cùm operatus fueris eam, non dabit tibi fructus eius, & vagus & profugus eris ſuper terrã. In quo etiam poſuit ſignum, vt tremens & gemens & profugus ſemper viueret, nec auderet vſpiam ſedes habere quietis. Sed quia modernis temporibus parricidæ profugi diſcurrunt per diuerſa loca, & variis vitiis atq; gulæ illecebris diſeruiunt, melius nobis videtur, vt in vno loco manẽtes pœnitẽtia diſtricta ſemetipſos caſtigẽt, ſi forte à dñi pietate indulgẽtiã facinoris ſui percipere mereãtur. Non *Ex conci. Mogũti. cap. 11.*

enim eis licebit vltra militiæ cingulum sumere, & nuptias atq; coniugij copula vti, quia sacri canones hoc eis non consentiunt.

De illis qui infantes suos non sponte interficiunt.
Caput XXXVI.

Ex cõcil. Triburi. cap.21.

SI quis filium suum non spontè occiderit, iuxta homicidia non spontè commissa pœniteat.

De illo qui vxorem legitimam sine iudicio interfecerit. *Cap.* XXXVII.

Ex decre. Pij papæ, cap.26.

QVicunque propriam vxorem absque lege, vel sine causa & certa probatione interfecerit, aliamque duxerit vxorem, armis depositis publicam agat pœnitentiã. Et si contumax fuerit, & episcopo suo inobediens extiterit, anathematizetur, quousque consentiat. Eadem lex erit illi, qui seniorem suum interfecerit.

De eadem re. *Cap.* XXXVIII.

Ex cõcil. Mogũti. cap.1.

SI maritus vxorem, aut vxor maritũ interfecerit, æqui iudicium sit super eos, dicente domino: Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Et post pauca: Ita, inquit, paruum audietis vt magnum, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudiciũ est. Idcirco vterque eorum in huiusce modi criminis actione si negauerit, pari iudicio examinetur. Si negauerit & non potest vinci manifestis indiciis, si liber est, iuret cum duodecim: si seruus, feruenti ferro se purget. Sin autem vxor moriens maritum vno vel duobus audientibus de morte eius inculpauerit, non ideo erit victus, sed si liber est cum LXXII. iuret: si seruus, super XII. vomeres feruentes se purget. Eadem lex erit marito, vxorem accusanti.

De eadem re. *Cap.* XXXIX.

Ex conci. Elibertã. cap.85.

SI mulier maritum suum causa fornicationis veneno interfecerit, aut quacunque arte perimere facit, quia dominum & seniorem suum occidit, seculum relinquat, & in monasterio pœniteat.

De eadem re. *Cap.* XL.

Epistola. Paulini

ADmonere te cum lachrymis & multo gemitu cupio fil. Heistulfe, si tamen filius dici debeas, qui tam

crudeliter infelix homicidium perpetrasti. Nam occidisti vxorem tuam partem corporis tui, legitimo tibi matrimonio sociatam sine causa mortis, non tibi resistentem, non insidiantem quoquo modo vitæ tuæ. Non inueniſti eam cum alio viro nefariam rem facientem sed incitatus à diabolo, impio inflāmatus furore, latrocinij more, atrocior & crudelior omni bestia, eam gladio tuo interemisti. Et nunc post mortem eius addis iniquitatem super iniquitatem, filiorum tuorum improbe prędo, qui matri non pepercisti, & filios tuos ideo orphanos feciſti, vt superinduceres mortis causam post mortem: & per vnum homicidam, & reprobum testem incusare vis mortuam: hoc nec Euangelium, nec vlla diuina humanaq; lex concedit, vt vnius testimonio etiam idoneo, aliquis condemnetur, vel iustificetur: quāto magis per istum tam flagitiosum & sceleſtum nec illa viua debuit cōdemnari, nec tu poteris post eius mortem excusari? Prius causa criminis subtiliter erat inuestiganda, & tunc si rea fuisset inuenta, secundum legis tramitē debuit excipere vltionis vindictam. Nā etsi verū, quod absit, fuisset, sicut ille adulter mentitus est, post VII. annos pœnitentia peracta, dimittere eam per approbatam causam poteras si voluisses, occidere eam nullatenus debuisti. Duo consilia proponimus tibi. Accepta tecum deliberatione duorum, elige magis quod placeat. & miserere animæ tuæ. Et tu hic in isto angusto tempore positus, ne sis tu ipse tuimet homicida, & in æternum pereas, relinque hoc malignum seculum quod te traxit ad tam immaniſsimum peccati facinus. Ingredere monasterium, humiliare sub manu abbatis, & multorum fratrum precibus adiutus, obserua cuncta simplici animo quæ tibi ab abbate fuerint imperata, si fortè ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis. Istud consilium vt certisſimè scias leuius & salubrius est, vt sub alterius custodia lugeas deflenda peccata. Secundum autem consilium tale est. Arma depone, & cuncta secularia negocia dimitte. Carnem & sagimen omnibus diebus vitæ tuæ non comedas, excepto vno die Resurrectionis domini, & vno die Pentecostes, & vno die Natalis domini cæteris temporibus in pane & aqua, & interdum leguminibus & holeribus pœniteas: in ieiuniis, in vigiliis, & in orationibus, & in eleemosynis perseue-

Poro Iuuenſis epiſcopi ad Heiſtulfum.

ra omni tempore. Vinum, medonem, & mellitam ceruisiam nunquam bibas, nisi in illis prædictis tribus diebus. Vxorem ne ducas, concubinam non habeas, adulterium non facias, absque spe coniugij perpetuò permaneas. Nũquam te laues in balneo, equum non ascendas, causam tuam & alterius in conuentu fidelium non agas, in conuiuiis lætantium nunquam sedeas, in Ecclesia segregatus ab aliis Christianis post ostium humiliter stes, ingredientium & egredientium orationibus suppliciter te commendes, communione sacri corporis & sanguinis domini cunctis diebus vitæ tuæ indignum te existimes. In vltimo termino vitæ tuæ pro viatico, si obseruaueris consilium, vt accipias, tibi concedimus. Sunt & alia multa duriora quæ tibi iuxta pondus tanti facinoris essent adiicienda: sed si hæc omnia quæ suprà misericorditer dicta sunt, perfecto corde Deo auxiliante perfeceris, & custodieris, confidimus de immensa Dei clemẽtia, remissionem tuorum peccatorum habiturum, & secundum boni iustíque pastoris imperium, resoluat te sancta Ecclesia ab hoc vinculo peccati in terris, vt per ipsius gratiam qui eam suo sanguine redemerat, sis solutus in cœlis. Si autem aliter feceris, & sanctæ matris Ecclesiæ salubre consilium despexeris, ipse tibi sis iudex, & in laqueo diaboli quo irretiti teneris maneas, sanguisque tuus sit super caput tuum: nos alienati cõsortio tuo, & sub indissolubili anathemate permaneas, donec Deo, & sanctæ Ecclesiæ satisfacias.

De vxore mariti mortem conciliante. Cap. XLI.

Ex cõcil. apud Verberias, cap. 3.

SI qua mulier mortem viri sui cum aliis conciliata est, & ipse vir aliquem illorum se defendendo occiderit, & si hoc probare potest ille vir eam ream esse consilij, potest vt nobis videtur, ipsam vxorem dimittere, & si voluerit aliam vxorem accipere, ipsa autem insidiatrix, pœnitentiæ subiecta, absque spe coniugij maneat.

De hoc, si plures vnum impugnauerint. Cap. XLII.

Ex eodẽ concilio, cap. 98.

SI quatuor aut quinque homines seu etiam plures, contra vnum hominem rixati fuerint, & ab his vulneratus mortuus fuerit, quicunque eorum ei plagam imposuit, secundum statuta canonum vt homicida iudicetur, reliqui

autem qui eum impugnabant volentes eum interficere, similiter pœniteant. Qui nec eum impugnabant, nec vulnerabant, nec consilio, nec auxilio cooperatores fuerunt, sed tantùm adfuerunt, extra noxam sint.

De vindicta non prohibenda. Cap. XLIII.

DE vindicta non prohibenda in nouo testamẽto, Hieronymus de personis dignis ad vindictam ait: Qui percutit malos in eo quòd mali sunt, & habet causam interfectionis vt percutiat pessimos, minister Dei est. Item, Lex & ministri eius coërceant inimicos & constringant. Apostolus inquit: Regi quasi præcellenti, & ducibus tanquàm ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Item Hieronymus: Homicidas & sacrilegos punire, non est effusio sanguinis. Augustinus ait: Quæ ista est vanitas? Vni parcere, & omnes in discrimen adducere? Polluuntur enim omnes vno peccante. Vnde & in lege iubetur: Maleficos non patiaris viuere. Vnde Propheta: Mortificabant animas quæ non moriuntur. Vnde Gregorius: Non moriẽtem quippe mortificat, qui iustum damnat, & non victurum viuificare nititur, qui reum à supplicio soluere conatur. Helias nanque multos affecit morte, propria manu, nece & igne diuinitus inspirato. In nouo etiam testamento Petrus Ananiam & Saphyram terrificè multauit.

Ex dictis Aposto. Hierony. Augusti. Grego.

De illis qui post baptismum capitalem protulerunt sententiam. Cap. XLIIII.

QVęsitum est etiam super his, qui post baptismum administrauerunt, & aut tormenta sola exercuerunt, aut etiam capitalem protulerunt sententiam. De his nihil legimus à maioribus definitum, meminerant enim à Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, & Dei ministrum esse datum in huiusmodi vindicem. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod ab autore Deo viderent esse concessum? De his ergo ita vt hactenus seruatum est sic habemus, ne aut disciplinam euertere, aut contra autoritatem domini venire videamur. Ipsis autem in ratione reddenda, gesta sua omnia seruabuntur.

Ex dictis Innocenty papæ, cap. 23.

De illis qui in confractione idolorũ occisi fuerint. Cap. XLV.

Ex cõcil. Elibertã. cap. 70.

SI quis idola fregerit, & ibidem occisus fuerit, quia in Euãgeliis scriptũ nõ est, neq; inuenitur sub apostolis vnquã factũ, placuit in numerũ eum nõ recipi martyrum.

De eo qui matrem suam occiderit, qualiter pœnitere debeat. Cap. XLVI.

Ex epist. Nicolai papæ ad Radoldũ S. Argẽteæ Retẽsis Ecclesiæ episcopum.

NIcolaus episcopus seruus seruorũ Dei, reuerendissimo & sanctissimo Radoldo episcopo sanctæ Argẽteæ Retensis Ecclesiæ. Dũ vniuersis mundi partibus credentiũ agmina principis apostolorũ liminibus properant, quidam vir nomine Thiothart venit vestræ beatitudinis epistolam gerens, quam nostro contulit præsulatui, cuius paginam perlegentes, matricidã illum esse cognouimus, quo facto multis fletib⁹ lachrymisq; profusis, valde doluimus. Idcirco præcipimus & patrum almorũ censuris statuimus, vt sub pœnitentiæ iugo permaneat, ita vt vnũ per annum Ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores basilicæ orans ac deprecans Deum perseueret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo verò anni circulo, introeundi in Ecclesiam licentiam habeat, tamen inter audientes stet, & nondum cõmunicet. Completis autem trium annorũ circulis, sacræ communionis illi gratia concedatur. Oblationes verò nõ offerat, nisi postquam aliorum septem annorum curricula expleãtur. In his autem omnibus annis atque temporibus carnem non manducet, nec vinum bibere præsumat, exceptis festis diebus atq; dominicis, & à Pascha vsque Pẽtecostes, & quocunq; ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, sed pedibus proficiscatur, arma non sumat nisi contra paganos. Ieiunet autem tres dies per hebdomadam vsque ad vesperum. A propria quidem ac legitima sua coniuge non separetur, ne fornicationis voragine corruat, quod ne fiat optamus. Si autem ante trium annorum cursum finis vitæ illius appropinquauerit, corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi particeps fiat: sin autem, vt supra statuimus efficiatur, tamen filius conuersationem & lachrymarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus & optimis operibus pullulare, humanius circa eum vestra solicitudo peruigil appareat, mitísque omnibus demonstretur. Optamus vos in Christo bene valere.

Si quis clericus homicidium fecerit, ab ordine ceſſare debebit. Cap. XLVII.

SI quis clericus, quãuis nimiũ coactus, homicidiũ fecerit, ſiue ſit presbyter, ſiue diaconus, deponatur. Legimus in canonibus apoſtolorũ, quod epiſcopus, presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus eſt, deponatur: quanto magis is qui hoc immane ſcelus fecerit, ab ordine ceſſare debebit? Qui enĩ Chriſtũ ſequi deſiderat, debet ſicut ipſe ambulauit & ipſe ambulare. Qui cùm malediceretur, non maledicebat. Quum percuteretur, non repercutiebat. Cùm pro nobis pateretur, non comminabatur. Et ipſe in Euangelio ſuo præcepit: Si quis te percuſſerit in vnã maxillam, præbe illi & alterã. Nõ enim debemus occidere, cùm dñs dicat: Audiſtis quia dictũ eſt antiquis, nõ occides: qui autẽ occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Nec malũ pro malo reddere, ſed ſicut Apoſtolus Romanis ſcribens, ait: Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum. Si quis clericorum præſens erit, vbi homicidiũ factum fuerit, & neq; conſenſu, neque conſultu, nec in aliquo homicidij reatu pollutus eſſe conuincitur, nihil ei obſit quin cõſecratus in gradu permaneat. Non conſecratus, ſi aliâs dignus ſit, promotus accedat.

Ex cõcil. Triburiẽſi, cui interfuit rex Arnolphus cap. 11.

De eo ſi quis in hoſtem contra paganos dimicans interficit Chriſtianos captiuos. Cap. XLVIII.

SAepe fit victoria Chriſtianorũ, victa eſt pars paganorũ. Quare vna cum interfectis paganis perẽpti fuerint Chriſtiani captiui à barbaris, quia in impetu belli nequeũt diſtingui. Idcirco iuſtũ decernentes, ſtatuimus, cum interfectoribus miſericordius agendum, ita vt XL. diebus pœnitentiæ indulgentius tranſactis, penes epiſcopũ ſit autoritas & poteſtas vt perpendat culpam, agat indulgentiam.

Ex eodẽ. concil. cui interfuit rex Arnolphus. cap. 34.

De eo qui Chriſtianũ mancipiũ ſeduxerit & ſic vendiderit. Cap. XLIX.

ITem interrogatum eſt, quid de eo faciendũ ſit, qui Chriſtianum hominem ſeduxerit, & ſic vendiderit. Reſponſumq; eſt ab omnibus, homicidij reatum ipſum hominem ſibi contrahere.

Ex cõcil. apud Cõfluẽtiam cui interfuit Henricus & Carolus reges, cap. 7.

FINIS Libri Sexti.

INDEX CAPITVLO-rum Libri Septimi.

Vòd infames vocentur qui ex consanguineis nascuntur. Cap. i.
Quòd nulli liceat de propria cognatione vxorem ducere ii.
De incestuosis. iii.
De eadem re. iiii.
De eadem re. v.
Ne aliquis fideliũ ad propinquã sanguinis sui accedat. vi.
Quòd æqualiter nõ coniungendus sit in matrimonio viris suis consanguineis & vxoris. vii.
Quòd vno modo parẽtela viri & mulieris in coniunctione consideranda sit. viii.
In quo geniculo abstinendum sit. ix.
In quo ramusculo cõsanguinitatis legitima connubia fieri possint. x.
Quòd consanguinitas vsque ad septimum geniculum conseruari debeat. xi.
De eadem re. xii.
De eadem re. xiii.
De eadem re. xiiii.
De eadem re. xv.
De eadem re. xvi.
Vt duobus vel tribus testibus testimonia dicentibus consanguinei separentur. xvii.
De eadem re. xviii.
Quid sanctus Gregorius Augustino anglorum prædicatori propter temeritatem nouæ fidei permiserit. xix.
Quòd sanctus Gregorius hoc Anglorum genti specialiter non generaliter permiserit. xx.
Quòd extranei nisi ex necessario diſsidium inter consanguineos facere non debeant. xxi.
De eadem re. xxii.
De eadem re. xxiii.
De eadem re. xxiiii.
Sacramentum de parentela, quomodo inquirendũ sit. xxv.
Iuramentum testium. xxvi

Sacramentum de inceſtuoſo diſsidio. xxvii.
Hæc capitula de ſeptem gradibus cõſanguinitatis ſanctus Iſidorus diligenti inquiſitione deſcripſerat, & in figura inferius depicta apertius ordinauerat. xxviii.
Capitulum L. de ſeptem gradibus.
Capitulum II.
Capitulum III.
Capitulum IIII.
Capitulum V.
Capitulum VI.
Capitulum VII.
De inceſtuoſis qui admonitiones ſacerdotum cõtemnunt. xxix.
Quòd infra ſextam generationem coniugia nõ fiant. xxx.

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA-*cienſis Epiſcopi, de Inceſtu, Decretorum Liber* VII.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de inceſta conſanguinitatis copulatione agitur, & in quo gradu coire dirimiq́ue coniugia debeant, quæq́ue pro ratione delicti inceſto pollutis pœnitentia iniungi debeat, oſtenditur.

Quòd infames vocentur qui ex cõſanguineis naſcuntur. Cap. I. *Ex epiſt. Caliſt. papæ fratribus per Galliam cõſtitutis miſſa. c. 1*

C Oniunctiones autem conſanguineorum fieri prohibete, q̃ eas & diuinæ leges & ſeculi prohibent. Leges ergo diuinę, hæc agentes, & eos qui ex eis prodeunt nõ ſolùm, eiiciunt, ſed & maledictos appellãt. Leges verò ſeculi ĩfames tales vocant, & ab hæreditate repellũt. Nos verò ſequẽtes patres noſtros, infamia eos notamus, & infames eſſe cẽſe-

mus: quia infamiæ maculis aſperſi ſunt, nec eos quos lege ſeculi reiiciunt, nos in teſtimoniũ ſuſcipere debemus. Eos autem conſanguineos dicimus, quos diuinæ, & ſeculi leges conſanguineos appellant: & in hereditatem ſuſcipiunt, nec repellere poſſunt. Talium enim coniunctiones nec legitimæ ſunt nec permanere poſſunt, ſed ſunt repellendæ. Quiſquis ergo non eſt legitimè coniunctus, vel abſque dotali titulo & ſine benedictione ſacerdotis conſtat eſſe copulatus, ſacerdotes vel legitimè cõiunctos criminari, vel in eos teſtificari minimè poteſt: quoniam omnis inceſti macula pollutus infamis eſt, & accuſare ſupradictos non permittitur. Non ſolùm ergo hi reiiciendi ſunt, & infames efficiuntur, ſed etiam omnes eis conſentientes.

Quòd nulli liceat de propria cognatione vxorem ducere. Cap. II.

Ex cõcil. Vuorma. cap. 2.

IN copulatione fidelium generationum numerũ rodeſtinimus ſed id ſtatuim⁹, vt nulli liceat Chriſtiano de propria conſanguinitate ſeu cognatione vxorem accipere, vſquedum generatio recordatur, cognoſcitur, aut memoria retinetur.

De inceſtuoſis. Cap. III.

Ex cõcil. Hilerdẽſi cap. 10.

DE his qui ſe inceſta pollutione commaculant, placuit vt quouſque in ipſo deteſtando & illicito carnis contubernio perſeuerant, vſque ad Miſſam tantùm catechumenorum in Eccleſia admittãtur. Cum quibus etiam nec cibum ſumere vlli Chriſtianorum, ſicut Apoſtolus inſinuat, oportet.

De eadem re. Cap. IIII.

Ex cõcil. Agathẽ. cap. 8.

DE inceſtis coniunctionibus nihil prorſus veniæ reſeruamus, niſi cùm adulterium ſeparatiõe ſanauerint. Et ſi ſanare noluerint, anathematizentur.

De eadem re. Cap. V.

Ex cõcil. Aureli. cap. 1.

INceſtuoſi dum in ipſo deteſtando atq; nephando ſcelere manent non inter fideles Chriſtianos, ſed inter gẽtiles aut catechumenos habeantur, id eſt, cum Chriſtianis non ſumant potum, non cibum ſed ſoli hoc faciant, non oſculentur aut ſalutentur ab eis. Sed ſi ſuis ſacerdotibus inobe-

dientes extiterint,& à tam nefando scelere se segregare, atque ad publicam pœnitentiam redire noluerint, inter eos habeantur,qui spiritu periclitantur immundo,vel etiã inter eos de quibus per se Veritas ait: Si te non audierit,sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et si aliter eorum morte præuentus fuerit, alter quandiu viuat,grauiter pœniteat, & sine spe coniugii maneat.

Ne aliquis fidelium ad propinquam sanguinis sui accedat. Cap. VI.

NAm & hæc salubriter præcauenda sancimus,ne quis fidelium propinquam sanguinis sui,vsquequo affinitatis liniamenta successione generis cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari,quoniam scriptum est: Omnis homo ad proximam sanguinis sui nõ accedat, vt reuelet turpitudinẽ eius. Et iterum: Anima quę fecerit quippiam ex istis,peribit de medio populi sui. Sanè quibus cõiunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris coniugii libertatem. *Ex cõcil. Toletan. 2. cap. 5.*

Quòd æqualiter coniungendus sit in matrimonio vir suis cõsanguineis, & vxoris. Cap. VII.

EQualiter vir coniungatur in matrimonio consanguineis suis,& consanguineis vxoris suæ. *Ex decr. Iulij papæ.*

Quòd vno modo parentela viri & mulieris in coniunctione consideranda sit. Cap. VIII.

SAnè consanguinitas quæ in proprio viro obseruanda est,hæc nimirum in vxoris parentela de lege nuptiarũ custodienda est: quia constat eos duos fuisse in carne vna, communis illis vtraque parentela esse credenda est, sicut scriptum est: Erunt duo in carne vna. *Ex cõcil. Matiscẽ. cap. 3.*

In quo geniculo abstinendum sit. Cap. IX.

ISidorus in Etymologiis suis vsque ad septimam generationem consanguinitatis abstinendum,& sic legitimo connubio coniungendum asseruit. Inde reor eũ fecisse,quòd genealogiæ seriem retexens, quousque ordinem numerandi perducere posset,eò cognitionẽ sanguinis seruandam æstimauit. Sicq; ad iuuocationem generis & amicitiæ ius confirmandum, redire ad connubium sanciuit, quando iam cognationis ordo numerari desinit. *Ex dictis sancti Isidori.*

In quo ramusculo consanguinitatis legitima connubia fieri possint. Cap. X.

Ex dictis eiusdem.

BEatus Isidorus, de consanguinitate sic loquitur: Cui[illegible] series septem gradibus dirimitur, hoc modo: Filius [illegible] filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus. Illis seorsu[illegible] seiunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusc[illegible] li, nepos & neptis, primus: pronepos & proneptis, secun[illegible] dus: abnepos & abneptis, terti⁹: adnepos & adneptis, qu[illegible] tus: trinepos & trineptis, quintus: & trinepotis nepos, [illegible] trinepotis neptis, sextus. Hæc consanguinitas, dum se p[illegible] latim in propaginũ ordinibus dirimens, vsque ad vltim[illegible] gradum sese subtraxerit, & propinquitas esse desierit, [illegible] primùm lex in matrimonii vinculũ recipietur, & quod[illegible] modo reuocabit fugientem. Ideo autem vsque ad sex[illegible] generis gradum consanguinitas constituta est, vt sicut [illegible] sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finit[illegible] ita propinquitas generis, tot gradibus terminetur.

Quòd consanguinitas vsque ad septimum geniculum conseruari debeat. Cap. XI.

Ex epist. Greg. papæ, episcopis Galliæ missa.

PRogeniem suam vnumquẽque ad septimam obser[illegible] re decernimus generationem, & quãdiu se agnosc[illegible] affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accede[illegible] denegamus. Quòd si fecerint, separentur.

De eadem re. Cap. XII.

Ex cõcil. apud Theodonis villam habito. ca. 8.

NVllus fidelium vsque ad affinitatis lineam, id est, [illegible] que in septimam progeniem, consanguineam suã [illegible] cat vxorem, vel eam quoquo modo incesti macula poll[illegible] Si quis verò hoc temerè præsumpserit, vt incestum luat, [illegible] publicè, iuxta canonicos gradus pœniteat.

De eadem re. Cap. XIII.

Ex cõcil. Lugdun. cap. 10.

NVlli ex propinquitate sui sanguinis vsque ad septi[illegible] gradũ vxores ducant, neq; sine benedictione sac[illegible] cerdotis. Qui ante innupti erãt, à sacerdote benedicti [illegible] bere audeant.

De eadem re. Cap. XIIII.

Ex cõcil. Aurelia. cap. 10.

NVllum in vtroq; sexu permittimus ex propinquit[illegible] sui sanguinis, vel vxoris, vsq; in septimi generis g[illegible]

dum vxorem ducere, vel incesti macula commaculari.

De eadem re. Cap. XV.

IN septem gradibus omnia propinquitatũ nomina cõtinentur, vltra quos nec affinitas inuenitur, nec successio potest amplius prærogari. *Ex cõcil. Agrippin. ca. 6*

De eadem re. Cap. XVI.

DE affinitate nanque sanguinis per gradus cognationis, placuit vsque ad septimam generationem obseruare: nam & hæreditas rerũ per legales definitiones sancit vsque ad septimum gradum prætendere hæredũ successionem: nõ enim succederent, nisi eis de propagine cognationis deberetur. *Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 7.*

Vi duobus vel tribus testibus testimonium dicentibus consanguinei separentur. Cap. XVII.

VT omnis controuersia, quæ de ecclesiasticis rebus fit, secundum diuinam legem sub duobus, vel tribus testibus terminetur. Testis est dominus, quum dixit: Non vnus stet contra alium, sed in ore duorũ, vel trium testium, stet omne verbum. *Ex cõcil. Hilerdẽsi cap. 20.*

De eadem re. Cap. XVIII.

CONtradicimus quoq;, vt in quarta, vel quinta, sexta-que generatione, nullus amplius cõiugio copuletur. Vbi autem post interdictum factum fuerit inuentum, separetur. *Ex cõcil. Cabillon. cap. 5.*

Quid sanctus Gregorius Augustino Anglorum prædicatori propter teneritatem nouæ fidei permiserit. Cap. XIX.

GRegorius papa requisitus ab Augustino Anglorum gentis episcopo, quota generatione fideles debeant copulari, dispensatoriè sic rescribit. Quædam lex in Romana republica permittit, vt siue frater & soror, seu duorum fratrum Germanorum, vel duarum sororum filius & filia misceantur: sicut experimento didicimus, ex tali cõiugio sobolem non posse succrescere. Vnde necesse est, vt tertia quarta, vel quinta generatio fidelium, licenter sibi iungantur. *Ex epist. Ioannis Constãtinop. episcopi ad Felicẽ epiſcopũ Siciliæ.*

Quòd sanctus Gregorius hoc Anglorum genti specialiter non generaliter permiserit.

Caput XX.

Itẽ idem Ioã. dicit

VErùm post multum temporis à Felice Mesenæ S. liæ præsule requisitus, vtrum Augustino Gregor scripsit, vt Anglorum quarta generatione contracta trimonia minimè solùerentur. Humilimus pater Gre rius, inter cætera talem dedit rationem. Quod scripsi gustino Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet recorderis tuo, de consanguinitatis coniunctione, & Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, nec no quod cœperat, metuendo austeriora recederet, speci liter, & non generaliter certissimè scripsisse me cog scas. Vnde & mihi omnis Romana ciuitas testis en nec ea intentione hæc illis scripsi mandata, vt post firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam sanguinitatem inuenti fuerint, non separentur, aut affinitatis lineam, id est, vsque ad septimam generatio iungantur: sed quod adhuc illis neophytis existentibus primùm illicita consentire, & eos verbis ac exempli struere, & quę post de talibus egerint, rationabiliter deliter excludere oporteret. Nam iuxta Apostolũ qui Lac dedi vobis potum non escam, ista illis modò, non steris, vt præfixum est, temporibus tenenda indulsi ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum era ureretur, sed aliquantum firmaretur, & vsq; ad perfec nem custodiretur. Hæc ergo ego Ioannes idcirco pro genda curaui, vt hi qui occasione nouæ dispẽsationis licita matrimonia contra hunc eruditissimum virum santur, non generaliter quartæ generationis copulã fuisse, imò venialiter.

Quòd extranei, nisi ex necessario, discidium inter cõsanguineos facere non debeant. Cap. XXI.

Ex decr. Fabiani papæ, ca. 8.

COnsanguineos extraneorum nullus accuset, vel sanguinitatem in synodo computet, sed propinq quorum notam pertinet, id est, pater, mater, frater, sor patruus, auunculus, amita, matertera, & eorũ procre Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus & racioribus, quibus eadem propinquitas nota sit, episco

canonicè perquirat: & si inuenta propinquitas fuerit, separentur.

De eadem re. *Cap.* *XXII.*

SI quis neptem suam in coniugium duxerit, anathema sit. *Ex cõcil. Romano. Grego.*

De eadem re. *Cap.* *XIII.*

SI quis consobrinam in coniugium duxerit, anathema sit. *Eiusdem. Gregor.*

De eadem re. *Cap.* *XXIIII.*

SI quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, in coniugium duxerit, anathema sit. *Itẽ eiusd. Gregor.*

Sacramentum de parentela, quomodo inquirendum sit. *Cap.* *XXV.*

DE ista parentela quam dicunt esse inter illum N. & istam eius coniugem N. quicquid inde scis, aut audisti à tuis vicinis, aut à tuis antiquioribus propinquis, quod tu per nullum ingenium, nec propter amorẽ, nec propter timorem, aut per præmium, aut per consanguinitatem celabis episcopum tuum, aut eius missum, cui hoc inquirere iusserit, quãdocunque te ex hoc interrogauerit, sic te Deus adiuuet, & istæ sanctorum reliquiæ.

Iuramentum testium. *Cap.* *XXVI.*

ISTVD sacramentum quod iste iurauit de illa parentela, quæ inter illum N. & eius coniugem N. computatur, quod tu illud obseruabis inquantum sapis, aut audisti, sic te Deus adiuuet.

Sacramentum de incestuoso discidio, *Cap.* *XXVII.*

A B isto die in antea quòd tu per nullum ingenium, te sociabis huic tuæ consanguineæ N. cum qua contra legem, & rectam Christianitatem tuam adulterium & incestum perpetrasti, nec in coniugio, nec in adulterio illam tibi sociabis, nec cum illa ad vnam mensam manducabis & bibes, aut sub vno tecto manebis, nisi fortè in Ecclesia, aut in aliquo publico loco, vbi nulla mala suspicio possit esse, vt ibi coram testibus idoneis pro certa necessitate paucorum colloquamini. Nec aliam coniugem accipies, nisi forte post peractam pœnitentiam tibi licentia data fuerit ab episcopo tuo, aut eius misso, sic te Deus adiuuet, & istæ sanctorum reliquiæ.

Hæc capitula de septem gradibus consanguinitatis sanctus [illegible] dorus diligẽti inquisitione descripserat, & in figura inferius picta, apertius ordinauerat. Caput XXVIII.

Capitulum I. de VII. gradibus.

Isidor. de VII. gradibus cõsanguinitatis.

PRIMO gradu superiori linea continentur, pater: inferiori, filius, filia, quibusque nullæ aliæ iunguntur.

Capitulum II.

SEcundo gradu continentur superiori linea, auus, a[illegible] inferiori, nepos, neptis. In transuersa frater, soror, [illegible] personæ duplicantur. Auus enim & auia, tã ex patre, [illegible] ex matre accipiuntur. Quæ personæ sequentibus quo[illegible] gradibus similiter pro substantia earum, quæ in quo gr[illegible] subsistunt, ipso ordine duplicantur. Istæ personæ in sec[illegible] do gradu ideo duplices appellantur: quia duo aui, & pa[illegible] nus est, & maternus. Item duo genera nepotum fiunt: [illegible] ex filio, siue ex filia procreati. Frater & soror ex tran[illegible] veniunt, id est, aut frater patris, aut frater matris qui[illegible] patruus, aut auunculus nominatur. Qui & ipsi hoc cr[illegible] duplicantur.

Capitulum III.

TErtio gradu veniũt supra, proauus, proauia: infra [illegible] nepos, proneptis: ex obliquo, fratris, sororisq; fi[illegible] vel filia. Patruus, amita, id est, patris, frater, & soror. [illegible] culus, matertera, matris, frater, & soror.

Capitulum IIII.

QVarto gradu veniunt supra, abauus, abauia: i[illegible] abnepos, abneptis: ex obliquo, fratris & soror[illegible] pos, neptis, patruelis, soror patruelis, id est, [illegible] trui filius, vel filia. Consobrinus, consobrina, id est, a[illegible] culi, & materteræ filius, vel filia. Amitinus, amitina, [illegible] amitæ filius, vel filia. Itemq; consobrini: quia ex du[illegible] roribus nascũtur. Quibus accrescit patruus magnus, [illegible] ta magna, id est, aui paterni, frater & soror. Auũculus [illegible] gnus, matertera magna, id est, auiæ tam paterne, quam [illegible] ternæ, frater & soror.

Capitulum V.

QVinto gradu veniunt ſupra quidem atauus, atauia: infra adnepos adneptis: ex obliquo fratris & ſororis, pronepos, proneptis: fratres patrueles, ſorores patrueles: amitini, amitinæ: conſobrini, conſobrinę filius, vel filia, proprius conſobrinus, cõſobrina, id eſt, patrui magni, amitæ magnę, auunculi magni, materterę magnæ filius, vel filia. Quibus accreſcunt propatruus, proamita. Hi ſunt proaui materni frater & ſoror, proauunculus promatertera. Hi ſunt proauiæ paternæ, maternæq; frater & ſoror, proauique materni. Hæc ſpecies, nec aliis gradibus quàm ſcripta eſt, nec aliis vocabulis declarari poteſt.

Capitulum VI.

SExto gradu veniunt ſupra tritauus, tritauia: infra trinepos, trineptis: ex obliquo fratris & ſororis, abnepos abneptis, fratres patruelis, ſorores patruelis. Amitini amitinæ, conſobrini conſobrinæ. Patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnę. Nepos neptis proprioris conſobrini filius vel filia, qui conſobrini appellantur. Quibus ex latere accreſcũt propatrui, proamitę proauunculi, promaterteræ filius, vel filia, adpatruus, adamita. Hi ſunt abaui paterni frater & ſoro, abauunculus, abmatertera. Hi ſunt abauiæ paternæ maternæque frater & ſoror, abauique materni. Hæc quoque explanari amplius non poſſunt, quàm autor ipſe diſſeruit.

Capitulum VII.

SEptimo gradu, qui ſũt cognati recta linea, ſupra infraq; pro propriis nominibus non appellantur, ſed ex tranſuerſa linea continentur fratris ſororis adnepos adneptis, conſobrini filij, filiæq; ſucceſſionis. Idcirco gradus ſeptem conſtituti ſunt: quia vlterius per rerum naturam, nec nomina inueniri, nec vita ſuccedentibus prorogari poteſt. In his ſeptem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur, vltra quos affinitas inueniri, nec ſucceſſio poteſt amplius propagari.

De inceſtuoſis qui admonitiones ſacerdotum contemnunt. Caput XXIX.

INceſtuoſi, paricidæ, homicidæ, multi apud nos prohdolor reperiuntur: ſed aliqui ex illis ſacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in priſti- *Ex conci. Turoni. cap. 41.*

nis perdurare criminibus: quos oportet per ſecularis potentiæ diſciplinam à tam praua conſuetudine coërceri, qui per ſalutifera ſacerdotum monita noluerunt reuocari.

Quòd infra ſextam generationem coniugia non fiant.
Caput XXX.

Ex concil. apud Cõfientiam cui interfuit Henricus & Carolus reges, cap. I.

ANno dominicæ incarnationis, DCCCC. XXII. apud Confluentiam iuſſu venerabilium principum Caroli videlicet, & Henrici regum reuerendiſsimorum cõgregati ſunt epiſcopi numero VIII. Hermannus Agrippinenſis archiepſcopus, Herigerus Moguntiẽſis archiepiſcopus, Thiedo Vvirceburgenſis Epiſcopus, Luittharius Mindanenſis epiſcopus, Doto Oſneburgẽſis epiſcopus, Richgouuo Vvormacienſis epiſcopus, Richuuinus Strazburgenſis epiſcopus. Vnuuano Padebrunẽſis epiſcopus, cum abbatibus aliiſq; ſacri ordinis viris quamplurimis. Cap. I. qui ipſo cooperante & ſententias eorum confirmante domino noſtro Ieſu Chriſto in ſynodali reſidentes conuẽtu, multa vtilia ac ſanctæ Dei Eccleſiæ profutura ſaluberrimo tractantes conſilio Inter cætera quæ ſtatuerunt, hoc maximè neceſſarium, & inſtanti prohdolor tẽpore per abuſionem frequentiſsimum cognationis inceſtum, ſumma cautela vitãdum firmauerunt: Hoc eſt, ne vllus Chriſtianus infra ſextã generationem nuptias copulare præſumat.

Finis Libri Septimi.

Sequitur figura Sancti Iſidori Epiſcopi de Septem gradibus conſanguinitatis.



				Tri-taui pr̄.	Tri-ta. mr̄					
				Tri. tau⁹	Tri-tauia					
		Adpa-rui adami tę filii	adpa-truus Ada-mita	Ata uus	Ata-uia	Adauū culus Adma tertera	Ada uunc Adm ter.fi			
	Abpa-trui abami, ę nep	Abpa trui abami tę filii	Abpa truus Aba-mita	Aba uus	Aba uia	Abauū culus Abma tertera	Abauū culi Abma ter.fi.	Aba uun. Abn te. n		
ꝑ pa-tui ꝑa ꝑitę ꝑ one-potes	Prop. Proa-mitæ nepo.	Propa trui Proa-mi. fi.	Propa truus Proa-mita	Pro-au⁹	ꝓa-uia	Proa-uuncu. Proma tertera	Proa-uuncu. Proma ter. fil.	Proa-uūcu. ꝓ ma te.ne.	Proa uucu ꝓma ꝓ ne.	
Pa.m. Amit. ma. ꝓ nepo.	Pa.m. Amit. mag. nepot.	Pa.m. Ami. magnę filii	patru. mag. amit. mag.	Au⁹	auia	Auun-cu.ma. Mate. magn.	Auun-cu.ma. Mater. ma. fi.	Auū-cu.ma gn.m. ma.n.	Auū. m.m. m. ꝓ nep.	Auū mag. mat. m.ab.
Patru elini. Ami. nepo	Patru-elini Amiti-ni filii	Patru. Amit. Ami-tina.	Patr. Ami-ta	Pa-ter.	Ma ter.	Auun-culus Mater.	Conso-brinus Conso-brina	Cōso. brini. Cōso .fi	Cōso. brini Cōso br.ne.	Cōso. brini Cōso. abne.
				Fili-us	Fi-lia					
				Ne-pos	Ne-ptis					
				Pro-nep.	Pro-nept					
				abne pos	Abne ptis					
				Adne pos	Adne ptis					
				Tri.	Trit.					





INDEX

CAPITVLORVM

INDEX

CAPITVLORVM
Libri Octaui.

De illis quos vnus aut ambo parentes sanctæ religioni tradiderint. Cap. i.

De virginibus quæ sponte, non coactæ parentum imperio, habitum religionis susceperunt. ii.

De illis qui se ante legitimos annos totonderunt, & velauerunt. iii.

De illis qui semel in clero deputati sunt, aut monachorum vitam expetiuerunt. iiii.

Vt canonici q̃ in monasterio monachorũ cõuersantur, aut monachicè viuãt, aut sub canonica regula cõstringãtur. v.

Quòd monachum paterna deuotio, vel propria professio faciat. vi.

De clericis qui se fingunt monachos esse. vii.

Quòd spõtaneũ propositũ monachi mutare nõ liceat. viii.

Vt monacho sine conscientia sui abbatis votum vouere nõ liceat. ix.

De virginibus quæ ante, XII. annos, insciis mundiburdis suis, velamen sibi imposuerint. x.

Vt clerici, ex ea Ecclesia in qua semel legerint, ab alia nõ recipiantur. xi.

De virginibus necdũ velatis, quæ tamen in proposito virginali se simulauerant permanere. xii.

De sanctimonialibus si à proposito sacro deuiauerint. xiii.

De eadem re. xiiii.

Quo tpe sacrũ velamẽ sacris virginib⁹ imponi debeat. xv.

De eadem re. xvi.

De sanctimonialibus quæ alias velare præsumunt. xvii.

De virginibus qua ætate velari debeant. xviii.

Quòd desponsatam puellam alij viro non sit licitum dare, monasterium autem licet eligere, si vult. xix.

Vt aliquis incognitus non citò in monasterio monachorum recipiatur. xx.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De clericis qui monachorum propositum appetunt. xxi.
De virginibus sacris, quæ propter districtiorem vitam ad aliud monasterium ire disposuerint. xxii.
Quo vestitu virgines ad cõsecrationẽ venire debeãt. xxiii.
Vt pter sciẽtiã dñi sui seru⁹ nõ efficiatur monach⁹. xxiiii.
De illo qui seruum alienum causa religionis docet cõtemnere dominum suum. xxv.
De fugitiuis clericis. xxvi.
De secularibus si se semel per religionem totonderint, & post laici efficiuntur. xxvii.
Vt seru⁹ in monasteriũ nõ recipiat nesciẽte dño suo. xxviii
De monachis ac monachabus qui se sacrilega contagione miscuerunt. xxix.
Vt non liceat Deo sacratis nuptialia iura cõtrahere. xxx.
De his qui sanctimoniales in matrimonium acceperint, vt separati sine spe coniugij maneant. xxxi.
De virginibus quæ præuaricatæ sunt. xxxii.
Vt viduæ velum sibi imponere non debeant, inconsulto episcopo suo, & ne presbyteri eis imponere præsumant, quòd & episcopis non licet. xxxiii.
Quòd viduæ sub nulla benedictione sint velãdæ. xxxiiii.
De viduis quæ semel sacræ conuersationis velamen suscipiunt. xxxv.
De viduis, vt nullus eas velare attentet. xxxvi.
De nobilibus fœminis, quæ postquam velatæ fuerint, domi in deliciis residere delectantur. xxxvii.
De his qui velatas & Deo consecratas in coniugium duxerint. xxxviii.
De viduis, quæ professam continentiam præuaricatæ sunt. xxxix.
De eadem re. xl.
De eadem re. xli.
De fœminis quarũ mariti obierint, vt nõ citò sevelét. xlii.
Vt viduitatis professio coram episcopo fiat. xliii.
Vt nullus vetet, vel iubeat, viduas vel virgines, nubere. xliiii.
De viduis propositum relinquentibus. xlv.
Vt viduæ velatæ ad nuptias ire non debeant. xlvi.
De vidua quæ sub obtentu religionis velum ad tempus sibi impositum. xlvii

De viduis & puellis quæ in domibus propriis habitum religionis susceperunt. xlviii.
Quòd sanctus Gregorius quandam fœminam velatam quæ sacrũ propositã transgressa est cõprehendi iusserit. xlix.
De viduis velatis si voluptatib⁹ carnis inseruire accusãtur. l.
Vt sacrilegi diiudicẽtur q se sacratis fœminis miscuerũt. li.
De his q sctimoniales virgines, vel viduas velatas rapiũt. lii.
Vt clerici seu laici cum bono testimonio cum sacris puellis loqui debeant. liii.
Quòd mulieres velatæ, aut in monasteriis, aut in domibus suis habitum obseruent. liiii.
Vt adolescentiores viduæ, vel sanctimoniales, ab episcopo non negligantur. lv.
Vt vnusquisque episcopus clericos in suo episcopio vagãtes ad suum episcopum redire faciat. lvi.
De clericis vagis. lvii.
Vt monachæ monasticè viuant, & canonicè secundum canonicam vitam viuant. lviii.
Vt sanctimoniales abbatissæ suæ sint obedientes. lix.
De fœminis, q propter cõtinentiã mulieb. mutãt habitũ. lx.
De illo q virginitatẽ custodierit, nuptias aũt execrauerit. lxi.
De fœminis quæ propter religionẽ crines totõderint. lxii.
De illis qui propter continentiã palliis vestiuntur. lxiii.
De illis qui virginitatẽ obseruant, & sic extollũtur. xiiii.
Quòd non sit permittendum monachos & monachas in vno monasterio simul habitare. lxv.
Vt episcopus monasteria monachorũ & sanctimonialium frequenter visitet. lxvi.
Vt abbates in potestate episcoporum consistant. lxvii.
De monachis qui filios procreauerint. lxviii.
De sanctimonialibus quæ vim barbaricã pertulerũt. lxix.
De quadam abbatissa quæ se proclamauerat super militibus in claustro suo hospitantibus. lxx.
Quòd res Ecclesiasticæ ad laicos disponendæ non respiciant. lxxi.
De eadem re. lxxii.
Vt abbates ad synodum ire non cogantur, nisi pro rationabili re lxxiii.
Vt cõgregationes monachorum sine collaudatione episcopi fieri non liceat. lxxiiii.

De virginibus sacris quæ parentibus priuantur lxv.
Qui religiosis fœminis præponendus sit lxvi.
De sanctimonialibus quid in clausstro facere debeãt. lxvii.
Nullus laicus clausstra sanctimonialium ingrediatur, nisi ad opera exercenda lxviii.
Ianitrix clausstri non eligatur, nisi testimonium habeat bonum. lxix.
Vt abbatissa, nisi per licentiã sui episcopi, à monasterio nõ egrediatur lxx.
Vt vnus abbas duob⁹ monasteriis præesse nõ debeat. lxxi.
Vt monachi compatres non habeant. lxxii.
Quòd fœmine in conuentu docere non debeant. lxxiii.
Vt fœmina pœnitentiam dare non debeat, nec sedere inter sacerdotes in conuiuio lxxiiii.
De mulieribus virorum causas discutientibus lxxv.
Quòd abbas p humiliatiõe locũ suũ relinq̃re possit. lxxvi.
Quòd laicus in Ecclesia lectionẽ recitare nõ deb. lxxvii.
Quòd non liceat episcopo abstrahere rẽ monasterii, quamuis erga se peccauerit abbas lxxviii.
Ne monachi placita secularia adeant. lxxix.
De negocio seculari xc.
De clericis iniustè tonsuratis xci.
Vt episcopi siue abb. añ se ioca turpia fieri nõ pmittãt. xcii.
De illis qui ab episcopo seu ab aliis auaritiæ causa seducti se totonderunt xciii.
Vt abbatissa magnã curã habeat de cõgregatiõe sua xciiii.
Vt sanctimoniales in domibus suis cum aliquibus masculis manducare, vel bibere non præsumant. xcv.
Qualiter indignus abbas à suo separetur officio xcvi.
De clericis q tõsuras dimiserint, & vxores acceperit. xcvii.
De puellis quæ se ante legitimos annos sua spõtè sacræ religioni tradiderint. xcviii.
De illo qui filiam, aut neptem, vel parentem suam Deo omnipotenti offerre voluerit. xcix.
De eadem re. c.
De abbate qui fœminas in monasterio suo festiuitates celebrare permiserit. ci.

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMACIensis Episcopi, de Viris ac fœminis Deo dicatis, Decretorum Liber VIII.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de Viris & fœminis, qui Deo dicati, sacrum propositum reliquerunt, deque eorundem pœnitentia, tractatio instituitur.

De illis quos vnus aut ambo parentes sanctæ religioni tradiderint. Caput I.

Quoniam hucusque dissolutæ operationis effectus interdũ nutare fecit honestum cõstitutionis edictum, dum incognitè resolui putatur, quod indissolubili sanctionis autoritate tenetur: ideo quicquid obuiũ ex incerto occurrerit, euidenter abiici decet, vt de cętero nihil superfit, quod indubiũ nutet. Ideoq; si in qualibet minori ætate, vel religionis tonsuram, vel religioni debitã vestem in vtroq; sexu filiis, aut vnus aut ambo parentes dederint, certè vel nolentibus, aut nescientibus se susceptã, & nõ mox visam in filiis abdicauerint, sed vel coram se, vel corã Ecclesia palamq; in conuentu eosdem filios talia habere permiserint, ad secularem reuerti habitũ ipsis filiis quandoq; penitus nõ licebit, sed cõuicti quòd tonsuram aut religiosam vestẽ aliquãdo habuerint, mox ad religionis & cultum habitumq; reuocentur, & sub strenua districtione huiusce obseruantiæ inseruire cogantur. Parentibus sanis filios religioni contradere nõ amplius quã vsque ad duodecimũ ætatatis eorum annum licentia poterit esse. Posteà verò an volũtate parentũ, an suæ deuotionis sit solitariũ votũ, erit filiis licitũ religionis adsumere cultũ. Quisquis autem, vel abolitione tõsurę, vel secularis vestis assum-

Ex cõcil. Tolet. 11 cap. 6.

ptione detectus fuerit: attigisse transgressionē, excommunicationis censuram accipiat, & religioni semper inhæreat.

De virginibus quæ sponte, non coactæ parentum imperio, habitum religionis susceperunt. Cap. II.

Ex decr. Leonis papæ, c. 17.

PVellæ quæ non parentū coactæ imperio, sed spontaneo iudicio virginitatis propositū atque habitum susceperunt, si posteà nuptias eligunt, præuaricantur, etiam si nondum eis gratia consecrationis accessit. Cuius vtiq; non fraudarentur munere, si in proposito permanerent.

De illis qui se ante legitimos annos totonderunt, & velauerunt. Cap. III.

Ex cōcil. Mogūtiacui interfuit Carolus imperator & Ricolphꝰ archiepiscopus in claustro S. Albani, ca. 20

SI quis ante annos legitimos tonsuratus est sine consensu parentum suorum, & si ipsi parentes infra annum nō se reclamauerūt ad principē, aut ad proprium episcopum, aut ad missum dominicum, in ipso clericatu permaneat. Si verò post legitimos annos per vim clericus factus est, & infra annū ad sup memoratas personas minimè se reclamauit, ita in clericatu permaneat, sicut is, de quo superius dictū est. Si verò prefatæ personæ infra annū reclamationem fecerunt, hi qui eos clericos fecerunt, ipsis siue parentibus eorū hoc per legem exoluant, quod contra eos cōtraxerunt. Ille verò qui ante legitimos annos tonsuratus est, vtrū in eadem tonsura permanere debeat nec ne, in potestate sit parētū. Si verò is qui tōsuratus est, alicuius seruus fuit, dño per legem emendetur, quicquid de eius seruo contra eum contractū est. Ille verò qui tōsuratus est, vtrū in eadē tōsura permaneat, in potestate sit dñi sui. Si verò hi qui liberi sunt, ante legitimos aut post legitimos annos, hoc modo, sicut supius taxatū est, tōsurati sunt, & ad gradus Ecclesiasticos puenerint, in eisdē gradibus perseuerare cogantur. Si verò seruus, qui superius taxato modo tōsuratus est, & ad gradus Ecclesiasticos peruenerit, dño suo per legē emendetur, & ei reditus in suo gradu permaneat. Hoc & de velandis puellis obseruandum est.

De illis qui semel in clero deputati sunt, aut monachorum vitam expetiuerunt. Cap. IIII.

Ex cōcil. Chalced. cap. 7.

QVi semel in clero deputati sunt, aut monachorū vitam expetiuerunt, statuimus neque ad militiā, neque ad dignitatē aliquam venire mundanam: sed hoc tentantes & nō agentes pœnitentiā, quò minus redeant ad hoc quod propter Deū primitus elegerūt, anathematizari.

Vt canonici qui in monasterio monachorum conuersantur, aut monachicè viuant, aut sub canonica regula constringantur. Cap. V.

PRæcipimus vt vnusquisque episcopus sciat per singula monasteria, quantò quisque abbas canonicos in monasterio suo habeat, & hoc omninò ambo pariter prouideant, si monachi fieri voluerint, regulariter viuant, sin autem, canonicè viuant omnino. *Ex cõcil. Mogũti. cap. 17.*

Quòd monachum paterna deuotio, vel propria professio faciat. Cap. VI.

MOnachum autẽ paterna deuotio, aut propria professio facit. Quicquid horum fuerit, alligatum tenebit. Proinde his ad mundum reuerti recludimus aditum, & omnes ad seculum interdicimus, regressus. *Ex cõcil. Toletan. cap. 49.*

De clericis qui se fingunt monachos esse. Cap. VII.

VT clerici, qui se fingunt habitu & nomine monachos esse, & non sunt, omnimodis corrigantur, atque emẽdentur, vt vel veri monachi sint, vel veri canonici. *Ex eodẽ concilio.*

Quòd spontaneum propositum monachi mutari non liceat. Cap. VIII.

PRopositum monachi, proprio arbitrio aut voluntate susceptũ, deseri non potest absque peccato. Quod enim quis vouit Deo, debet & reddere. Vnde qui relicta singularitatis professione ad militiam, vel ad nuptias deuolutus est, publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandus est: quia & si innocens militia, & honestum potest esse cõiugium, electionem meliorem deseruisse, transgressio est. *Ex decr. Leonis papæ, cap. 26.*

Vt monacho sine conscientia sui abbatis votum vouere non liceat. Cap. IX.

MOnacho non liceat votum vouere, sine cõsensu abbatis sui. Si autem vouerit, frangendum erit. *Ex dictis Basilij.*

De virginibus quæ ante XII. annos insciis mundiburdis suis, velamen sibi imposuerint. Cap. X.

VIrgines quæ ante XII. annos insciis mundiburdis suis sacrum velamen capiti suo imposuerint, & illi mundiburdi annum, & diem hoc tacendo consenserint, in sancto proposito permaneãt. Et si in prædicto anno & die *Ex cõcil. Triburi. cap. 10.*

pro illis se proclamauerint, petitioni eorũ assensus præbeatur, nisi fortè Dei timore tactis, cum eorum licentia in religionis habitu perseuerent.

Vt clerici ex ea Ecclesia, in qua semel legerint, ab alia non recipiantur. Cap. XI.

Ex cõcil. Africano. c. 57. ITem placuit, vt quicunque in Ecclesia, vel semel legerit, ab alia Ecclesia ad clericatum non teneatur.

De virginibus necdum velatis, quæ tamen in proposito virginali se simulauerant permanere. Cap. XII.

Ex decr. Innocẽtij papæ, ca. 20. HAE verò, quæ necdum sacro velamine, tectæ tamen in proposito virginali semper se simulauerant permanere, licet velatæ non fuerint: si fortè nupserint, reuocandæ sunt, & agenda pœnitẽtia illis est: quia sponsio earum à domino tenebatur. Nã si apostolus illas quæ à proposito viduitatis discesserũt, dixerat habere damnationem quia primam fidem irritam fecerunt: quantò magis virgines quæ prioris promissionis fidem frãgere conatæ sunt

De sanct imonialibus, si à proposito sacro deuiauerint. Cap. XIII.

Ex decr. eiusdem, ca. 19. QVæ Christo spiritaliter nubũt, si postea publicè nupserint, vel se clanculo corruperint, non eas admittendas esse ad agendam pœnitentiam, nisi is cui se iunxerant, de mundo recesserit. Si enim de hominibus hæc ratio custoditur, vt quæcunque viuente viro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agendæ pœnitentiæ locus tia concedatur, nisi vnus ex his fuerit defunctus: quanto magis de illa tenenda est, quæ ante immortali se sponso coniunxerat, & postea ad humanas nuptias trãsmigrauit.

De eadem re. Cap. XIIII.

Ex cõcil. Toletan. DE viris ac fœminis sacris, propositum transgredientibus sacrum, procliuis cursus est à voluntate, & imitatrix natura vitiorum. Quamobrem quisquis virorum mulierum habitum semel induerint, vel induerunt spontaneè religiosum, aut si vir deditus Ecclesiæ thoro, vel mina fuerit, aut fuit delegata puellarum monasterio, vtroque sexu præuaricator ad propositum inuitus recogatur, vt vir detondeatur, & puella monasterium diatur. Si autem quolibet patrocinio defertores

nere voluerint, sacerdotali sententia à Christianorũ cœtu habeantur extorres, vt nec locus eis vllus sit communis. Viduas quoque vniuersalis iam dudum, statuit synodus, professionis, vel habitus sui desertrices, vt superiori sententia condemnentur.

Quo tempore sacrum velamen sacris virginibus imponi debeat. Cap. XV.

DEuotis quoque virginibus, nisi aut in Epiphania, aut in albis Paschalibus, aut in apostolorum natalicijs, sacrũ minimè velamen imponatur, & nõ ante XXV. annos, nisi fortè, sicut de baptismate dictum est, graui lãguore correptis, ne si hoc munere de seculo exeant, implorantibus non negetur. *Ex decr. Gelasij papæ, ca. 12.*

De eadem re. Cap. XVI.

ITem placuit, vt quicunque episcoporum necessitate periclitãtis pudicitiæ virginalis, quum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si etiam aliquando mortis periculoso scrupulo cõpuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velauerit virginem, seu velauit intra vigesimumquintum annum ætatis, non ei obsit conciliũ, quod de isto numero annorum constitutum est. *Ex cõcil. Mileuit. cap. 26.*

De sanctimonialibus quæ alias velare præsumunt. Caput XVII.

NIhilominus etiam in quibusdam locis inolitum inuenimus vsum stultitiæ plenũ, & Ecclesiasticæ authoritati contrarium, eò quòd videlicet nonnullæ abbatissæ, & aliquæ ex sanctimonialibus viduis, & puellis virginibus contra fas velum imponere præsumant. Et ideo nonnullæ iniustè velatæ, putant se liberius suis carnalibus desideriis posse inseruire, & suas voluntates explere. Quapropter statuimus, vt si abbatissa, aut quælibet sanctimonialis post hanc definitionem in tantam audaciam proruperit, vt aut viduam, aut puellam virginem velare præsumpserit, iudicio canonico vsque ad satisfactionem subdatur. *Ex decr. eutychia. papæ, ca. 13.*

De virginibus, qua ætate velari debeant. Caput XVIII.

VT virgines non velentur ante XXV. annos ætatis, nisi fortè necessitate periclitantis pudicitię virgina- *Ex decr. Py papæ.*

lis. Et non sunt consecrandæ alio tempore, nisi in Epipha nia, & albis Paschalibus, & in apostolorum natalitiis, nisi causa mortis vrgente.

Quòd desponsatam puellam alij viro non sit licitum dare, monasterium autem licet eligere si vult. Ca. XIX.

Ex decr. Eusebij papæ, ca. 10.

DEsponsatam puellam non licet parentibus dare alij viro, tamen monasterium licet eligere, si voluerit.

Vt aliquis incognitus, non citò in monasterio monachorum recipiatur. Cap. XX.

Ex cõcil. Toletan. cap. 5.

SI aliquis incognitus monasteriũ ingredi voluerit, ante triennium monachi habitus ei nõ præstetur. Et si intra tres annos, aut seruus, aut libertus, vel colonus quæratur à domino suo, reddatur ei cum omnibus quæ attulit, fide tamen accepta de impunitate. Si autem intra triennii requisitus non fuerit, postea quæri non potest, nisi sit tam longè quòd inueniri non possit, sed tantùm ea quæ in monasterium adduxit, dominus serui recipiat.

De clericis qui monachorum propositum appetunt. Caput XXI.

Ex eodẽ, cap. 50.

CLerici qui monachorum propositum appetũt, & meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

De virginibus sacris, quæ propter districtiorem vitam ad aliud monasterium ire disposuerint. Caput XXII.

Ex cõcil. Triburi. cap. 11.

VIrgines sacræ, si pro lucro animæ suę, propter districtiorem vitam ad aliud monasterium pergere disposuerint, ibidemque commanere decreuerint, synodus concedit. Si verò fuga disciplinæ alium locum quæsierint, redire cogantur.

Quo vestitu virgines ad consecrationem venire debeant. Cap. XXIII.

Ex cõcil. Carthagi. ca. 11.

SAnctimonialis virgo, quum ad consecrationem suo episcopo offeratur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper vsura est, professioni & sanctimoniæ aptis.

nere voluerint, sacerdotali sententia à Christianorũ cœtu habeantur extorres, vt nec locus eis vllus sit communis. Viduas quoque vniuersalis iam dudum, statuit synodus, professionis, vel habitus sui desertrices, vt superiori sententia condemnentur.

Quo tempore sacrum velamen sacris virginibus imponi debeat. Cap. XV.

DEuotis quoque virginibus, nisi aut in Epiphania, aut in albis Paschalibus, aut in apostolorum natalicijs, sacrũ minimè velamen imponatur, & nõ ante XXV. annos, nisi fortè, sicut de baptismate dictum est, graui lãguore correptis, ne si hoc munere de seculo exeant, implorantibus non negetur. *Ex decr. Gelasij papæ, ca. 12.*

De eadem re. Cap. XVI.

ITem placuit, vt quicunque episcoporum necessitate periclitãtis pudicitiæ virginalis, quum vel petitor potens, vel raptor aliquis formidatur, vel si etiam aliquando mortis periculoso scrupulo cõpuncta fuerit, ne non velata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet, velauerit virginem, seu velauit intra vigesimumquintum annum ætatis, non ei obsit conciliũ, quod de isto numero annorum constitutum est. *Ex cõcil. Mileuit. cap. 26.*

De sanctimonialibus quæ alias velare præsumunt. Caput XVII.

NIhilominus etiam in quibusdam locis inolitum inuenimus vsum stultitiæ plenũ, & Ecclesiasticæ authoritati contrarium, eò quòd videlicet nonnullæ abbatissæ, & aliquæ ex sanctimonialibus viduis, & puellis virginibus contra fas velum imponere præsumant. Et ideo nonnullæ iniustè velatæ, putant se liberius suis carnalibus desideriis posse inseruire, & suas voluntates explere. Quapropter statuimus, vt si abbatissa, aut quælibet sanctimonialis post hanc definitionem in tantam audaciam proruperit, vt aut viduam, aut puellam virginem velare præsumpserit, iudicio canonico vsque ad satisfactionem subdatur. *Ex decr. eutychia. papæ, ca. 13.*

De virginibus, qua ætate velari debeant. Caput XVIII.

VT virgines non velentur ante XXV. annos ætatis, nisi fortè necessitate periclitantis pudicitię virgina- *Ex decr. Py papæ.*

lis. Et non sunt consecrandæ alio tempore, nisi in Epipha nia, & albis Paschalibus, & in apostolorum natalitiis, nisi causa mortis vrgente.

Quòd desponsatam puellam alij viro non sit licitum dare, monasterium autem licet eligere si vult. Ca. XIX.

Ex decr. Eusebij papæ, ca. 10.

DEsponsatam puellam non licet parentibus dare alij viro, tamen monasterium licet eligere, si voluerit.

Vt aliquis incognitus, non citò in monasterio monachorum recipiatur. Cap. XX.

Ex cõcil. Toletan. cap. 5.

SI aliquis incognitus monasteriũ ingredi voluerit, ante triennium monachi habitus ei nõ præstetur. Et si intra tres annos, aut seruus, aut libertus, vel colonus quæratur à domino suo, reddatur ei cum omnibus quæ attulit, fide tamen accepta de impunitate. Si autem intra triennii requisitus non fuerit, postea quæri non potest, nisi sit tam longè quòd inueniri non possit, sed tantùm ea quæ in monasterium adduxit, dominus serui recipiat.

De clericis qui monachorum propositum appetunt. Caput XXI.

Ex eodẽ, cap. 50.

CLerici qui monachorum propositum appetũt, & meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum, qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

De virginibus sacris, quæ propter districtiorem vitam ad aliud monasterium ire disposuerint. Caput XXII.

Ex cõcil. Triburi. cap. 11.

VIrgines sacræ, si pro lucro animæ suę, propter districtiorem vitam ad aliud monasterium pergere disposuerint, ibidemque commanere decreuerint, synodus concedit. Si verò fuga disciplinæ alium locum quæsierint, redire cogantur.

Quo vestitu virgines ad consecrationem venire debeant. Cap. XXIII.

Ex cõcil. Carthagi. ca. 11.

SAnctimonialis virgo, quum ad consecrationem suo episcopo offeratur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper vsura est, professioni & sanctimoniæ aptis.

Vt præter scientiam domini sui, seruus non efficiatur monachus. Cap. XXIIII.

PLacuit in monasteriis non esse suscipiendum seruum ad monachum faciendum, præter proprii domini voluntatem. Qui verò hoc constitutum nostrum excesserit, eum à communione suspendi decreuimus, ne nomen domini blasphemetur. *Ex cõcil. Arelatẽ. cap. 4.*

De illo qui seruum alienum, causa religionis, docet contemnere dominum suum. Cap. XXV.

SI quis seruum alienum, causa religionis, docet contẽnere dominum suũ, & recedere ab eius seruitio, durissimè in omnibus arguatur, & ad pœnitentiam compellatur. *Ex cõcil. braggar. cap. 47.*

De fugitiuis clericis. Cap. XXVI.

FVgitiuum verò clericum, aut monachum deserentem disciplinam, velut contemptorem placuit reuocare. *Ex decr. Leonis papæ.*

De secularibus, si se semel per religionem totonderint, & post laici efficiuntur. Cap. XXVII.

QVicunque ex secularibus accipientes pœnitentiam se totonderunt, & rursus præuaricantes laici effecti sunt, comprehensi ab episcopo suo, ad pœnitentiã ex qua recesserunt, reuocentur. Quòd si aliqui qui per potentiam irreuocabiles sunt, nec admoniti reuertẽtur, vetè vt apostatę coram Ecclesia anathematis sententia condẽnentur. Non aliter & hi qui tonsi collaudantibus parentibus fuerint, seipsos religioni deuouerunt, & postea habitum secularem sumpserunt, & iidem à sacerdote comprehensi, ad cultum religionis acta prius pœnitentia reuocẽtur. Quòd si reuerti nolunt, verè vt apostatæ anathematis sententiæ subiiciãtur. Quæ forma seruabitur, etiam in viduis virginibusq; sacris, ac pœnitẽtibus fœminis, quæ sanctimonialem habitum induerunt, & postea aut vestẽ mutauerunt, aut ad nuptias transierunt. *Ex cõcil. Toletan. 5. cap. 5.*

Vt seruus in monasterium non recipiatur, nesciente domino suo. Cap. XXVIII.

NVllum verò recipere in monasteriis seruum obtentu monachi, præter domini sui conscientiam licet. *Ex cõcil. Chalced. cap. 4.*

De monachis & monachabus, qui se sacrilega contagione miscuerint. Cap. XXIX.

Ex epist. Syricy papæ, ca. 6. IMpudicas detestabilesq; personas, monachorum scilicet atque monacharum, quæ abiecto proposito sanctitatis, illicita ac sacrilega cõtagione se miscuerunt, & in abruptum conscientiæ desperatione perductæ, de illicitis complexibus liberè filios procreauerũt, à monasteriorum cœtu Ecclesiarumque conuentibus eliminandas esse mandamus, quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum faciant continua lamentatione deflẽtes, purificatorio possint pœnitudinis igne decoqui, vt eis vel ad mortẽ saltem solius misericordiæ intuitu per communionis gratiam possit subueniri.

Vt non liceat Deo sacratis nuptialia iura contrahere. Caput XXX.

Ex cõcil. Chalced. cap. 16. VIrginem quę se Deo domino consecrauit, similiter et monachum non licere nuptialia iura contrahere. Quòd si hoc inuenti fuerint perpetrantes, excõmunicentur. Confitentibus autem, decreuimus vt habeat authoritatem eiusdem loci episcopus, misericordiam, humanitatemque largiri.

De his, qui sanctimoniales in matrimonium acceperint, vt separati sine spe coniugij maneant. Cap. XXX.

Ex epist. Paschalis papæ, ca. 11. HI igitur qui sciẽtes sanctimonialibus fœminis in matrimonio sunt ad iniuriã Christi copulati, iuxta censuram Christiani zeli separentur, & nunquam eis concedatur iugali vinculo religari, sed in pœnitentiæ se lamentis vehementer, dum viuunt, afficiant.

De virginibus quæ præuaricatæ sunt. Cap. XXX

Ex decr. Gelasij papæ, ca. 10 VIrginibus sacris temerè se quosdam sociare cognouimus, & post dicatum Deo propositum, incesta sub dera, sacrilegáque miscere. Quos protinus æquum est a sacra cõmunione detrudi: & nisi per publicã probatam pœnitentiã omnino non recipi, sed tamẽ his viaticum seculo transeuntibus, si dignè pœnituerint, non negetur.

Vt viduæ velum sibi imponere non debeant inconsulto episcopo suo, & ne presbyteri eis imponere præsumant, quod & episcopis non licet. Cap. XXXIII.

Ex cõcil. Romana. cap. 9. STatutum est viduas non debere velare. Simul & statutum est, vt si quispiam presbyterorum de in-

huius constitutionis normæ contumaciter transgressor extiterit, scilicet vt aliquas viduas velare præsumat, quia hoc & episcopis non licet, gradus sui periculum incurrat. Similiter & de puellis virginibus à presbyteris non velandis statutum est, vt si quis hoc facere tentauerit, tanquam transgressor canonum damnetur.

Quòd viduæ sub nulla benedictione sint velandæ.

Caput XXXIIII.

NAm de viduis sub nulla benedictione velandis, superius latius duximus differendum. Quæ si propria voluntate professam pristini coniugij castitatem mutabili mente calcauerunt, periculi earum interierit, quali Deum debeant satisfactione placare. Sicut enim si se forsitan cõtinere non poterant secuudum Apostolum, nullatenus nubere vetabantur, sic habita secum deliberatione, promissam Deo pudicitiæ fidem debuerunt custodire. Nos autẽ nullum talibus laqueum debemus iniicere, sed solas adhortationes præmii sempiterni, pœnasq; proponere diuini iudicii, vt nostra sit absoluta cõscientia, & illarum pro se rationem Deo reddat intentio. Cauendum quippe est, quòd de earum moribus, actibusque beatus Paulus testatur apostolus, quòd planius exponere præterimus, ne sexus instabilis non tam deterreri, quàm admoneri videatur. *Ex decr. Gelasii papæ. ca. 21.*

De viduis quæ semel sacræ conuersationis velamen suscipiunt, Cap. XXXV.

VIduæ quæ spontanea voluntate ab altari, sacræ conuersationis velamen suscipiunt, decreuit sancta synodus, in eodem proposito eas permanere. Non enim fas esse decernimus, vt postquam se domino semel sub velo consecrauerint, & inter velatas oblationes fecerint, iterum ei concedi spiritui sancto mentiri. *Ex concil. Aurelia. cap. 3.*

De viduis, vt nullus eas velare attentet.

Caput XXXVI.

VIduas autem velare pontificum nullus attentet, prout constitutum est in deretis Gelasii, capitulo XIII. quod nec autoritas diuina, nec canonum forma præstitit. Quæ si propria fuerit voluntate continentiam professa, vt in eiusdem Gelasij capitulo XXI. legitur, eius intentio pro se reddat rationem Deo: quia sicut secundum *Ex cõcil. Mogũti. cap. 6.*

Apostolum, si se continere non poterat, nullatenus nubere vetabatur, sic secum habita deliberatione, promissam fidem pudicitiæ Deo debet custodire. Nos autem, autoritate patrum suffulti, in hoc sacro conuẽtu sancimus, & liberè iudicamus, si sponte velamen, quamuis non cõsecratum, sibi imposuerit, & in Ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit, velit, nolit, sanctimoniæ habitum vlterius habere debet, licet sacramento confirmare velit, eo tenore & ratione velamen sibi imposuisse, vt iterum possit deponere.

De nobilibus fœminis quæ postquam velatæ fuerint, domi in deliciis residere delectantur.

Caput XXXVII.

Ex cõcil. apud Aquisgrã. Ludouico pio præsente. cap. 6.

DE nobilibus fœminis quæ amissis viris repentè remanent, & in propriis domibus diuersas necessitates opponentes residere delectantur, de quibus in aliis conuentibus coram serenitate vestra iam dudum vtilatum & definitum est, maiori solertique studio admonendas, & instruendas ab episcopis statuimus, quatenus suæ saluti consulant, ne sic indiscretè viuendo, & propria noxiaque libertate vtendo, & per diuersa vagando, periculum animarum suarum incurrant, semper illud apostolicum ante oculos habentes, quo dicitur, Vidua quæ in deliciis est, viuens mortua est.

De his qui velatas & Deo consecratas in coniugium duxerint. Cap. XXXVIII.

Ex cõcil. Aureliã. cap. 23.

SI quis sacro velamine consecratam & in coniugium duxerit, & post dicatum Deo propositum incesta fœdera sacrilegaque miscuerit, vt in cõstitutis Gelasij papæ cap. XX. legitur, protinus æquũ est à sacra cõmunione detrudi, & nisi per publicã probatãq; pœnitẽtiã omnino non recipi. Si tamẽ pœnituerint, trãseũtibus de seculo, viatico nõ negetur. In Chalcedonensi cõcilio, cap. XVI. hoc petentes excõmunicantur. Confitentibus autoritate episcopi misericordia largitur. In epistola Syricij papæ, cap. VI. velatæ & Deo consecratæ, si abiecto proposito sanctitatis, clanculum sacrilega contagione se miscuerint, & illicitis complexibus publicè & liberè filios procreauerint, has nuptias detestabiles à monasteriorum cœtu, & Eccle-

siarum conuentibus eliminandas esse iudicatum est: quatenus detrusæ ergastulis, tantum facinus continua lamentatione defleant. Vnde verbo domini, & canonica autoritate in hac sancta synodo præcipimus, vt omnino separẽtur, & iuramento colligentur, vlterius sub vno non cohabitare tecto, nec familiari frui colloquio, excepto in Ecclesia, aut in publico, aut rem habere vllam communem, vnde suspicio illecebrosi desiderii, aut scandalum libidinosi facti iustè possit oriri. Si qua etiam inter se diuidẽda sint, diuidant, & vterque sua prouideat, & incestuosus sine spe coniugij maneat.

De viduis quæ professam continentiam præuaricatæ sunt. Cap. XXXIX.

DE viduis quæ professam continentiam præuaricatæ sunt. Sicut bonum est castitatis præmium, ita & maiori obseruantia & præceptione custodiendũ est, vt si quæ viduæ, quamlibet adhuc in minoribus annis positæ, & matura ætate à viro relictæ, se deuouerint Deo, & veste laicali abiecta, sub testimonio episcopi & Ecclesiæ religioso habitu apparuerunt: postea verò ad nuptias seculares transierunt, secundum apostolum damnationem habeant: quia fidẽ castitatis quam Deo vouerunt, irritam facere visi sunt. Tales ergo personæ à Christianorum communione sequestrentur, neque etiam in conuiuio cum Christianis communicent. Nam si adulteræ coniuges reæ sunt, si suis viris obnoxiæ fuerint, quantò magis viduæ, quæ Dei religiositatem mutauerunt, crimine adulterij notabuntur, si deuotionem quam sponte nec coactæ Deo obtulerunt, libidinosa voluntate corruperint, atque ad secundas nuptias transitum fecerint? Quæ & si violentia irruente ab aliquo oppressæ fuerint, ac postea delectatione libidinis permanẽte in coniugio raptori vel violento viro consenserint, damnatione superius dicta teneantur obnoxiæ. De talibus ait Apostolus: Cùm enim luxuriatæ fuerint, nubere in Christo volunt, habẽtes damnationem: quia primam fidem irritam fecerunt. *Ex conci. Carthag. cap. 104.*

De eadem re. Caput XL.

VT viduæ non sint in deliciis, sed secundum Apostolum, sub potestate episcopi viuant. *Ex decre. Zepherini papæ, cap. 4.*

De eadem re. Cap. XLI.

Apostol. dicit. PRæcipe, inquit, vt viduæ irreprehensibiles sint. Vidua eligatur non minus XL. annorũ: in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, &c. Adolescentiores viduas deuita. Quum enim luxuriatæ fuerint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt: simul & ociosę loquentes quod non oportet. Volo ergo iuniores nubere, procreare filios, matresfamilias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædã cõuersę sunt retro Satanã.

De fœminis quarum mariti obierint, vt non citò se velent. Cap. XLII.

Ex cõcil. Aureliã. cap. 5. DE fœminis quæ viros amittunt, placet ne se sicut hactenus indiscretè velent, sed triginta dies post decessum viri sui expectent. Et post tricesimum diem per cõsilium episcopi sui, vel si episcopus absens fuerit, consilium aliorum religiosorum sacerdotum, suorumque amicorum id quod eligere debent eligant: & vt rogetur princeps sacro conuentu, vt hi qui publicam egerunt pœnitẽtiam & fœminæ quæ viros amittũt, sua autoritate donec deliberent quid agant tueantur, & specialiter pro his capitula fieri, & legis mundanę capitulis inserenda decreuimus.

Vt viduitatis professio coram episcopo fiat. Caput XLIII.

Ex cõcil. Arausi. cap. 6. VIduitatis seruandæ professionem coram episcopo in secretario habitam, imposita coram episcopo veste viduali, non esse violandam, ipsam talis professionis desertricem, meritò esse damnandam decernimus.

Vt nullus vetet vel iubeat viduas vel virgines nubere. Caput XLIIII.

Ex cõcil. Toletan. cap. 10. PRo consulto castitatis, quod maximè hortamẽto concilij proficere debeat, annuẽte glorioso domino nostro Recaredo rege, hoc sanctum affirmat cõcilium, vt viduæ quibus placuerit tenere castitatẽ, nulla vi ad nuptias iterandas venire cogantur. Quòd si priusquam professionem continentiam, nubere elegerint, illis nubãt quos propria voluntate voluerint habere maritos. Similis constitutio & de virginibus habeatur, nec contra voluntatem parentum vel suam cogantur maritos accipere. Si quis vero

propositũ castitatis viduæ vel virginis impedierit, à sancta cómunione, & à liminibus Ecclesiæ habeatur extraneus.

De viduis propositum reliquentibus.
Caput XLV.

VIduas à proposito discedentes viduitatis, super quibus nos consulere voluit dilectio tua frater charissime, credo te nosse à sancto Paulo, & à multis sanctis patribus, nisi conuertantur, olim esse damnatas. Quas & nos apostolica autoritate damnandas, & à communione fidelium, atque à liminibus Ecclesiæ arcendas fore censemus, vsquequo obediant episcopis suis, & ad bonum quod cœperunt, inuitæ aut voluntariæ reuertantur. De virginibus autem non velatis si deuiauerint, à sanctæ memoriæ prædecessore nostro papa Innocentio, taliter decretum habemus: Hæ verò quæ necdum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se simulauerunt permanere, licet velatæ non fuerint, si nupserint, aliquanto tempore his agenda pœnitentia est: quia sponsio earum à domino tenebatur. Si enim inter homines solet bonæ fidei cõtractus nulla ratione dissolui, quanto magis ista pollicitatio quam cum Deo pepigit, solui sine vindicta non poterit? &c. Nam si virgines nondum velatæ, taliter pœnitentia publica puniũtur, & à cœtu fidelium vsque ad satisfactionem excluduntur, quanto potius viduæ quæ perfectioris ætatis, & maturioris sapientiæ, atque consilij existunt, virorumque consortio multoties vsæ sunt, & habitum religionis assumpserunt, & demum apostatauerunt, atque ad priorem vomitum sunt reuersæ, à nobis & ab omnibus fidelibus à liminibus Ecclesiæ, & à cœtu fidelium vsque ad satisfactionem sunt eliminandæ, & carceribus tradendæ, qualiter iuxta beatum apostolum Paulum, tradentes huiusmodi hominem Satanæ, vt spiritus saluus sit in die domini? De talibus enim & dominus per Mosen loquitur dicens: Auferte malum de medio vestri. De quibus & per Prophetam ait: Lætabitur iustus cùm viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. De talibus nanque & eorum similibus atque eisdem consentientibus dicitur: quia non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, rei sunt.

Ex epist. Greg. papæ missa ad Bonifacium.

Vt viduæ velatæ ad nuptias ire non debeant. Caput XLVI.

Ex decre. Gelasii papæ ad Siculienses episcopos missis, cap. 9.

NEque viduas ad nuptias transire patimur, quæ re[li]gioso proposito diuturna obseruatione permans[e]runt. Similiter virgines nubere prohibemus, quas a[n]plurimis in monasteriis ætatem peregisse contigerit.

De vidua quæ sub obtentu religionis velum ad tempus sibi imposuerit. Cap. XLVII.

Ex epist. Nicolai papæ, ca. 5.

NIcolaus episcopus seruus seruorum Dei, Reuerē[dis]mo & sanctissimo confratri nostro Adaluuino sa[n]ctæ Viuenensis Ecclesiæ archiepiscopo. Quòd autem i[n]terrogasti de fœmina quæ post obitum mariti sui velam[en] sacrum super caput suum imposuit, & finxit se sub eod[em] velamine sanctimonialem esse, postea verò ad nuptias r[e]diit, bonum mihi videtur, quia per hypocrisim eccles[ia]sticam regulam conturbare voluit, & non legitimè in vo[to] suo permansit, vt pœnitentiam agat de illusione nefan[da] & reuertatur ad id quod spopondit, & in sacro minister[io] inchoauit. Nam si consenserimus quòd omnia sacrame[nta] ecclesiastica quisque prout vult fingat & non verè facta omnis ordo Ecclesiasticus conturbatur, nec catholicæ fid[ei] iura consistunt, nec canones sacri ritè obseruantur. Qu[id] enim profuit Simoni Mago baptismum sacrum ficte susc[i]pere, & in Christianitate per mansurum se finxisse, cu[m] per apostolum fraude eius detecta, quod sibi futurum es[set] prænunciatum est? Ait enim? Pecunia tua tecum sit in p[er]ditione: cor enim tuum non est rectum coram Deo: Pœ[ni]tentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum [ut] fortè remittatur tibi hęc cogitatio cordis tui. In felle en[im] amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Ide[o] tales nisi resipiscant, spirituali gladio pertuere censem[ur]. Non enim fas est spiritui sancto mentiri, sicuti Ananias & Sapphira mentiti sunt, & statim perierunt.

De viduis & puellis quæ in domibus propriis habitum religionis susceperunt. Cap. XLVIII.

Ex cōcil. Toletan. 4. ca. 57.

DE viduis & puellis quæ habitum religionis in domi[bus] bus propriis tam à parentibus quà per se mutauerunt, si postea contra instituta patrum, vel præcepta cano-

num, coniugia crediderint copulanda, tam diu vtrique habeantur à communione suspensi, quousq; quod illicitè perpetrauerunt, emendare neglexerint, à cõmunione vel omnium Christianorum cõuiuio in perpetuũ sint, sequestrati.

Quòd sanctus Gregorius quandam fœminam velatam quæ sacrum propositum transgressa est, comprehendi iusserit. Cap. XLIX.

Ex reg. Gre. ad Sepontiũ episcop.

SI custos religiosi habitus fuisses, aut esse nosses episcopus, filiã gloriosæ memorię Tulliani magistri militiæ, teillic posito, nec proiectis religiosis vestibus ad secularem reuerti habitum, nec ad nos licuisset peruersam epistolam destinare. Sed quia nimia desidia ac torpore deprimeris, in tuo dedecore res ad præsens illicita impunè commissa est. Nam sicut præfati sumus, si solicitus esses, prius ad nos vltio mulieris prauissimæ, q̃ culpa debuit peruenire. Quia ergo tantum hebes, tantũque es negligens, vt nisi canonicã vitæ fueris coërcitionem expertus, in aliis districtionem & disciplinam nescias custodire, qualiter debeas esse solicitus, congruo tibi, si domino placuerit, tempore demonstramus. Præsentia igitur scripta susciplens euigila, & excitatus saltem exequere quod pressus nunc vsque ignauia distulisti. Instantiæ ergo tuæ sit, prædictam mulierem vnà cum Sergio defensore cõprehendere, & statim non solùm ad malè contemptum habitum sine excusatione aliqua reuocare, sed etiam in monasterio vbi omnino districtè valeat custodiri detrudere, & ita omnem circa illam solicitudinem exhibere, vt quàm sit nefarium quod commisit, ex tua possit districtione cognoscere. Qua in re si quis, quod nõ credimus, laicorum aliquo tibi ingenio tentauerit obsistendum, à sanctissimæ eum communionis participatione suspende, nobísque renunciare festina, vt quãtum sit execrabile quod præsumit, postquã consideratione propria non aduertit, emendationis qualitate cognoscat. In his autem omnibus ita cautum ac stude vigilantem te ostendere, vt culpam tuam non geminare neglectus, sed aliquantisper valeat & solicitudo minuere.

De viduis velatis si voluptatibus carnis inseruire accusantur. Cap. L.

Ex cõcil. Meldẽsi. cap. 2.

VT illæ quæ quasi sanctimoniales sub velamine religionis degere videntur, sed potius in delitiis viuentes,

mortuæ in diuinis oculis computantur, per prouincias discurrentes, curioſe, & verboſe, ſi libidinibus cæteriſque cæcis voluptatibus inſeruire accuſantur, ſi manifeſtè deteg potuerint, epiſcopali autoritate, & regia poteſtate in talibus locis reſidere ſub teſtimonio religioſo cogãtur, vbi penitentiam ſi fecerint dignam, aſſequantur etiam fructuoſam. Si enim manifeſtè detegi nõ valuerint, erga Eccleſiæ ſuæ opinionis malam famam canonicè purgare cogantur, & vt religioſius de cætero viuant, & in monaſteriis cõuerſentur, epiſcopali decreto, & regia poteſtate coèrceãtur. De his etiam Apoſtolus dicit: Quæ quum fornicatæ fuerint, in Chriſto nubere volunt.

Vt ſacrilegi diiudicentur, qui ſe ſacratis fœminis miſcuerint. Cap. LI.

Ex cõcil. Aralatenſi, c. 7

SCiendum eſt omnibus quòd Deo ſacratarum fœminarum corpora per votum propriæ ſponſionis, & verbi ſacerdotis, Deo conſecrata templa eſſe ſcripturarum teſtimoniis comprobantur, & ideo violatores earum ſacrilegi ac iuxta Apoſtolum filij perditionis eſſe noſcuntur.

De his qui ſanctimoniales virgines, viduas velatas rapiunt. Cap. LII.

Ex cõcil. Meldẽſi, cap. 8.

QVi ſanctimoniales virgines, vel viduas rapiũt, & progreſſu etiam criminis in coniugium ſumunt, publicæ pœnitentiæ ſubigãtur. Ipſę verò fœminæ locis ergaſtruis pœnitentiæ retrudantur, & ad habitum religionis redire cogantur. Ipſe autem inceſtuoſus ſine ſpe vxoriæ copulationis perẽniter maneat, niſi neſciſſe ſe velatam expugare potuerit. Si verò, quod abſit, coniugia iterare præſumpſerint, acriori ſubdantur vindictæ, & amplius propellantur. Qui ſi fortè obedire monitis ſalutaribus noluerint, anathematizentur.

Vt clerici ſeu laici cum bono teſtimonio cum ſacris puellis loqui debeant. Cap. LIII.

Ex cõcil. Spalenſi, cap. 10.

HÆc cautela circa omnes ſeruetur, vt laici remotiã peculiaritate virginum, nec vſque ad veſtibulum habeant accedendi, familiare permiſſum, nec ipſe qui præeſt cum ſola colloqui debet, ſed ſub teſtimonio duarum aut trium ſororum, ita vt rara ſit acceſsio, breuisque locutio-

Quòd mulieres velatæ, in monasteriis, aut in domibus suis habitum obseruent. Cap. LIIII.

MVlieres obtentu religionis velatæ, aut in monasterio regulariter viuant, aut in domibus suis susceptum habitum castè obseruent. *Ex decr. Eugenii pa.c.28.*

Vt adolescentiores viduæ, vel sanctimoniales, ab episcopo non negligantur. Cap. LV.

ADreatum episcopi pertinet, vel presbyteri qui parochiæ præest, si sustentandæ ab Ecclesia vitæ præsentis causa adolescentiores viduæ vel sanctimoniales eorum familiaritatibus subiiciantur. *Ex cõcil. Cartha. cap.102.*

Vt vnusquisque episcopus clericos in suo episcopio vagantes, ad suum episcopum redire faciat. Caput LVI.

VT vnusquisque episcopus in sua parochia diligenter presbyteros vel clericos inquirat, vnde sint: & si aliquem fugitiuum inuenerit, ad suum episcopum redire faciat. *Ex cõcil. Mogũti. cap.19.*

De clericis vagis. Cap. LVII.

DE clericis vagis, seu deacephalis, id est, de his qui sunt sine capite, neq; in seruitio domini nostri, neque sub episcopo, neque sub abbate, sed sine canonica vel regulari vita degentes, vt in libro Officiorum secundo, Cap. tertio, de his dicitur: hos neque inter laicos, & inter secularium officiorum studia, neq; inter clericos religio tentat diuina, sed solutos atque oberrantes, sola turpis vita complectitur & vaga: quique dum nullum metuunt, explendæ voluptatis suæ licentiam sectantur, & quasi animalia bruta, libertate ac desiderio feruntur, habentes signum religionis, non religionis officium, hypocentauris similes, neque equi nec homines. Tales omnino præcipimus, vt vbicunque inuenti fuerint, episcopi sine vlla mora eos sub custodia constringant canonica, & nullatenus eos amplius ita errabundos & vagos secundũ desideria voluptatum suarum viuere permittant. Sin autem episcopis suis canonicè obedire noluerint, excommunicentur vsque ad iudicium episcopi regionis illius. Sin autem nec illi eos corrigere valuerint, omnino sub vinculis constringantur vsque ad synodum, vt ibi eis indicetur, vtrum ad iudicium principis, aut ad vniuersalem synodum deferantur, sub custodia publica. *Ex eodẽ cap.18.*

Vt monachæ monasticè viuant, & canonicè secundum canonicam vitam viuant. Cap. LVIII.

Ex eodē. concil. cui interfuit Carolus imper. et Ricolphꝰ archiepi. in clauſt. S. Alba. cap. 13.

ABbatiſſas autem cum ſanctimonialibus omnino cō & iuſtè viuere cenſemus. Quæ verò profeſsionem ſecundum regulam ſancti Benedicti fecerunt, regulariter uiuant. Sin autem, canonicè viuant pleniter, & ſub diligēti cura, cuſtodiam habeant, & in clauſtris ſuis permaneāt, nō foras exitum habeant. Sed & ipſæ abbatiſſæ in monaſterio ſedeant, nec foras vadāt, ſine licētia & cōſilio epiſcopi ſui.

Vt ſanctimoniales abbatiſſæ ſuæ ſint obedientes. Cap. LIX.

Ex eodē cap. 14.

SAnctimoniales, niſi fortè abbatiſſa ſua pro aliqua neceſsitate incumbēte mittente, nequaquam de monaſterio egrediātur. Hæ verò quæ famulos, aut famulas non habent ad exercenda negocia, ad mediam monaſterij portam perueniant, & ibi coram teſtibus negocium ſuum exerceant.

De fœminis quæ propter cōtinentiam muliebrem mutant habitum. Cap. LX.

Ex cōcil. Grāgen. cap. 13.

SI qua mulier propter cōtinentiam quę putatur, habitum mutat, & pro ſolito muliebri amictu virilem ſumit, anathema ſit.

De illo qui virginitatem cuſtodierit, nuptias autem execrauerit. Cap. LXI.

Ex eodē cap. 9.

QVicunque virginitatem cuſtodiens, aut continentiæ ſtudens, velut horreſcēs nuptias temerat, nec propter hoc quod bonum & ſanctum eſt, nomen virginitatis aſſumit, anathema ſit.

De fœminis, quæ propter religionem crines totonderint. Cap. LXII.

Ex eodē cap. 17.

SI qua mulier propter diuinum cultum, vt æſtimat, crines attōdit, quos ei Deus ad ſubiectionis memoriam tribuit, tanquam præceptum diſſolueus obedientiæ, anathema ſit.

De illis qui propter continentiam pallis veſtiuntur. Cap. LXIII.

Ex cōcil. Cabilon. cap. 12.

SI quis virorum propter continentiā, quæ putatur, amictu pallij vtitur, quaſi per hoc habere ſe iuſtitiam credens, & deſpicit eos qui cum reuerētia byrris, & aliis communibus, & ſolitis veſtibus vtuntur, anathema ſit.

De illis qui virginitatem obseruant, & sic extolluntur. Cap. LXIIII.

SI quis ex his qui virginitatem propter Deum seruant, extollitur aduersum coniugatos, anathema sit. *Ex eodē, cap. 10.*

Quòd non sit permittendum monachos, & monachas in vno monasterio simul habitare. Cap. LXV.

IN nullo loco monachos, & monachas permittimus vnū monasterium habere, sed nec ea quæ duplicia vocant, & si quid tale est. Religiosus episcopus mulieres quidem in suo loco studeat manere, monachos autem aliud monasterium ædificare cogat. Sin autem plurima sint talia monasteria, separentur in aliis monasteriis monachæ, & in aliis monachi. Res autem quas habent communes, secundum iura eis competentia distribuantur. *Ex reg. Greg. papæ.*

Vt episcopus monasteria monachorum, & sanctimonialium frequenter visitet. Cap. LXVI.

VT episcopus monasteria monachorum, & sanctimonialium frequenter introëat, & cum grauibus & religiosis personis, & in eorum, vel in earum conuentu residens, eorum vitam & conuersationem diligenter discutiat, & si quid reprehensibile inuenerit, corrigere satagat. Sanctimonialium etiam pudicitiam, subtiliter inuestiget. Et si aliqua inuenitur, quæ neglecto proposito castitatis, clerico aut laico impudenter misceatur, & in priuata custodia retrudatur, vbi quod malè commisit, dignè pœniteat. Interdicat etiam ex authoritate sanctorum canonū, vt nullus laicus, aut clericus in earum claustris, & secretis habitationibus accessum habeat, neq; presbyteri, nisi tantùm ad Missam, expleta Missa ad Ecclesias suas redeant. Omnibus præterea publicè & priuatim denunciet, quantum piaculum sit, qui sponsam Christi vitiare præsumit. Si enim ille reus tenetur, qui sponsam hominis violat, quantò magis reus maiestatis efficitur, qui sponsam omnipotētis Dei corrumpit? Ex cōcil. Rotoma. cap. 3.

Vt abbates in potestate episcoporum consistant. Caput LXVII.

ABbates pro humilitate religionis, in episcoporum potestate consistant, & si quid extra regulā fecerint, Ex cōcil. Aureliano, ca. 4.

ab episcopis corrigantur. Non semel, sed sæpius in anno episcopi visitent monasteria monachorum, & si quid corrigendum fuerit, corrigant. Monachi autem abbatibus omni obediētia & deuotione subiaceant. Quòd si quis per contumaciam extiterit indeuotus, ac per loca aliqua vagari, aut peculiare aliquod habere præsumpserit, omnia quæ acquisierit, ab abbatibus auferantur, secundum regulam monasterio profutura. Ipsi aūt qui fuerint peruagati vbi inuenti fuerint, cum auxilio episcopi tanquam fugaces sub custodia reuocentur, & constringantur.

De monachis, qui filios procreauerint. Cap. LXVIII.

Ex dictis S. Isido.

MOnachi filios procreantes in carcere recludātur, tamen facinus continua lamētatione defientes, vt vel ad mortem sola misericordia in communionis gratia possit indulgeri,

De sanctimonialibus, quæ vim barbaricam pertulerunt. Cap. LXIX.

Ex decr. Leonis papæ, cap. 49.

DE his autem, quæ in sacro virginitatis proposito constitutæ, barbaricam pertulere violentiam, & integritatem pudoris non in animo, sed corpore perdiderunt, nobis videtur seruanda moderatio, vt neque in viduarum deiiciantur gradum, neque in sacrarum & perseuerātium virginum numero censeantur. Quibus si in omnibus virginalibus obseruationibus perseuerant, & castimoniæ soliditatem mente custodiunt, sacramentorū eis non est negandа cōmunio: quia iniustum est illas in eo, vel argui notari, quod nō volūtas admisit, sed vis hostilis eripuit.

De quadam abbatissa, quæ se proclamauerat super militibus in claustro suo hospitantibus. Cap. LXX.

Ex regis. Greg. ad Fortunatum episcopum Neopolit. cap. 112.

INsinuauit nobis latrix præsentium agnella abbatissa quòd intra monasterium ipsius milites hospitentur, omnino de fraternitatis vestrę solicitudine mirati sumus, quur hoc patienter tulerit, & nō illud cum omni celeritate fecerit emēdari. Vnde hortamur, vt vel nunc studii vestri sit, instanter eis quorum interest imminere, quatenus sine aliqua exinde excusatione tollantur, & nullus illis vlterius meatum accipiat, nec callidus hostis occasionem

inuenietis, de deceptione religiosi habitus, quod absit, valeat exultare.

Quòd res ecclesiasticæ ad laicos disponendæ non respiciant. Cap. LXXI.

SYnodali decreto sancitum est, ne laici, vel seculares de viris Deo dicatis, Ecclesiæque facultatibus, aliquid ad se putent, vel præsumant præter reuerentiam pertinere, quorum quarumque sacerdotibus disponendi indiscusse à Deo cura commissa docetur. Si quis contra hæc venire præsumpserit, anathemate feriatur. *Ex cõcil. apud Cõpendium, cap. 10.*

De eadem re. Cap. LXXII.

DE viris Deo dicatis, vel ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi, nulla legitur laicis, quanuis religiosis, vnquam attributa facultas. *Ex eodẽ, cap 3.*

Vt abbates ad synodum ire non cogantur, nisi pro rationabili re. Cap. LXXIII.

EPiscopus nõ debet abbatem cogere ad synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa consistat. *Ex cõcil. Turonẽ. cap. 11.*

Vt congregationes monachorum sine collaudatione episcopi fieri non liceat. Cap. LXXIIII.

CEllulas nouas, aut congregatiũculas monachorum, absque notitia episcopi prohibemus institui. *Ex cõcil. Epaonẽsi cap. 10.*

De virginibus sacris, quæ parentibus priuantur. Cap. LXXV.

VT virgines sacræ, si parentibus à quibus custodiebãtur, priuatæ fuerint, ab episcopo custodiãtur. Vbi autem episcopus absens est, prouidentia grauioribus fœminis commendetur, vt simul habitantes inuicem se custodiant, ne passim vagando, Ecclesiæ lædãt existimationem. *Ex cõcil. Africano, ca. 11.*

Qui religiosis fœminis præponendus sit. Cap. LXXVI.

QVI religiosis fœminis præponendus sit, ab episcopo probetur. *Ex cõcil. Carthagi. ca. 97.*

De sanctimonialibus quid in claustro facere debeant. Caput LXXVII.

SAnctimoniales in monasterio constitutæ habeant studiũ in legendo, & in cantando, & horas canonicas so- *Ex cõcil. Mogũt. cap. 6.*

lenniter pariter celebrent, & omnes, exceptis quas infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, & omnibus diebus ad capitulum, & ad collationes veniant, & regulam à sanctis patribus illis constitutam, diligenter obseruent.

Nullus laicus claustra sanctimonialium ingrediatur, nisi ad opera exercenda. Cap. LXXVIII.

Ex eodẽ, cap. 16. NVllus vassus abbatissæ, nec minister aliquis, nec clericus, nec laicus, claustra ancillarũ Dei ingrediatur, nisi fortè quando necessitas operandi incumbit.

Ianitrix claustri non eligatur, nisi testimonium habeat bonum. Cep. LXXIX.

Ex eodẽ, cap. 15. POrtaria non eligatur, nisi quæ ætate matura sit, & testimonium habeat bonum, & vitæ probabilis sit.

Vt abbatissa, nisi per licentiam sui episcopi à monasterio non egrediatur. Cap. LXXX.

Ex cõcil. Gãgren. cap. 9. ABbatissa nequaquam de monasterio egrediatur, nisi per licentiam episcopi sui. Et si quando foras pergit de sanctimonialibus quas secum ducit, curam maximã habeat, vt nulla eis detur occasio peccandi.

Vt vnus abbas duobus monasterijs præesse nõ debeat. Caput LXXXI.

Ex cõcil. Arausico, ca. 54 VNVM abbatem duobus monasteriis interdicimus præsidere.

Vt monachi compatres non habeant. Cap. LXXXII.

Ex cõcil. Augustu dunẽ. ca. 5. VT monachi vel monachæ compatres habere non præsumant.

Quòd fœminæ in conuentu docere non debeant. Caput LXXXIII.

Ex cõcil. Carthagi. MVLIER quanuis docta in conuentu docere non audeat.

Ex cõcil. Remensi, præsente Ludouico impera. cap. 5.

Vt fœmina pœnitentiam dare non debeat, nec sedere inter sacerdotes in conuiuio. Cap. LXXXIIII.

FOEmina non det pœnitentiam, nec corporale cũ oblatione, nec calicẽ super altare ponat, nec inter ordinatos stet in Ecclesia, nec sedeat inter sacerdotes in cõuiuio.

De mulieribus virorum causas discutientibus.

Caput LXXXV.

QVum Apostolus dicat: Mulieres in Ecclesia taceãt: non enim permittitur eis loqui. turpe est enim mulieri in Ecclesia loqui: mirũ videtur, quòd quædam mulierculæ contra diuinas, humanasq; leges, attrita fronte impudenter agentes, placita generalia, & publicos conuentus indesinenter adeunt, & negocia regni vtilitatesq; reipublicæ magis perturbant, quàm disponant, cùm indecens sit, & etiam inter barbaras gentes reprehensibile, mulieres virorum causas discutere, & quæ de lanificiis suis, & operibus textrilibus, & muliebribus inter genitiarias suas residentes debuerant disputare, in conuentu publico ac si in curia residentes, senatoriã sibi vsurpant authoritatẽ. Quæ ignominiosa præsumptio fautoribus magis imputanda videtur, quàm fœminis. Vnde quia diuinæ leges, vt suprà monstratum est, hoc contradicũt, & humanæ nihilominus idipsum prohibẽt, vt fœminæ nihil aliud prosequantur in publico, quàm suam causam. Ait enim lex Theodosiana: Nulla ratione fœminæ amplius, quàm suas causas agendi habeant potestatem, nec alicuius causam à se nouerint prosequẽdam: idcirco ex authoritate canonica interdicimus, vt nulla sanctimonialis virgo, vel vidua conuentus generales adeat, nisi à principe fuerit euocata, aut ab episcopo suo: nisi fortè, propriæ necessitatis ratio impulerit, & hoc ipsum cũ licentia & nuncio episcopi sui. *Ex cõcil. Hãnetẽ. cap. 8.*

Quòd abbas pro humiliatione locum suum relinquere possit. Cap. LXXXVI.

ABbas potest pro humiliatione, & cũ permissione episcopi locum suum relinquere: tamen fratres eligant sibi abbatem de ipsis si habeant, sin autẽ de extraneis. Nec episcopus debet abbatem violenter retinere in loco suo. Congregatio debet eligere sibi abbatem post mortem abbatis sui, vel eo viuente, si ipse discesserit, vel peccauerit. Ipse enim nõ potest aliquem ordinare de suis propinquis vel amicis, sine voluntate fratrum. *Ex cõcil. Mogũti. cap. 18.*

Quòd laicus in Ecclesia lectionem recitare non debeat. Cap. LXXXVII.

LAicus nõ debet in Ecclesia lectionẽ recitare, nec alleluia dicere, nisi Psalmos tm̃ & respõsoria sine alleluia. *Ex eodẽ, cap. 19.*

Quòd non liceat episcopo abstrahere rem monasterij, quãuis erga se peccauerit abbas. Cap. LXXXVIII.

Ex eodẽ cap. 20. EPiscopo non licet tollere possessionẽ monasterii, quã-uis peccauerit abbas, sed mittat eum in aliud mona-rium, in potestatem alterius abbatis.

Ne monachi placita secularia adeant. Cap. LXXXIX.

Ex eodẽ, cap. 21. AC deinde decreuimus, sicut sancta regula dicit, monasterium vbi fieri possit, per decanos ordinetur, quia illi pvæpositi sæpe in elationem incidunt, & in la-queum diaboli. Hoc tamen omnino volumus, vt non mo-nachi ad secularia placita vllatenus veniant, neque ipsi abbas sine licentia episcopi sui, & cùm necessitas exi-tunc per iussionem & consilium episcopi sui illud vadat. Nequaquam tamen contentiones, aut lites aliquas ibi ge-uere præsumat, sed quicquid quærendum, vel etiam res-dendum sit, per aduocatos suos hoc faciat. Abbates & mo-nachi vsque ad interrogationem silentium habeant, & interrogantur, cum humilitate & reuerentia respondeant. Alias querelas omnino deuitent. In eorum claustro pro-maneant, nullusq; ex eis foras vadat, nisi per necessitatem ab abbate mittatur in obedientiam: nec foris manducet, neque bibat sine permissione abbatis, nec ad conuiuia se-cularia vadat.

De negocio seculari. Cap. XC.

Ex eodẽ, cap. 22. MInistri autẽ altaris domini, vel monachi nobis pro-cuit, vt à negociis secularibus omnino abstineant. Multa sunt ergo negocia secularia, de his tamẽ pauca pro-stringamus, ad quæ pertinet omnis libido, non solum im-mundicia carnis, sed etiam omnis carnalis concupisce-tia. Quicquid plus iusto appetit homo, turpe lucrũ est, ne-nera, iniusta accipere, vel etiã dare pro aliquo seculari quæstu, precio aliquem conducere, contentiones, & lites & rixas amare, in placitis secularibus disputare, excepto defensione orphanorũ & viduarum, conductores, aut pro-curatores esse secularium rerum, turpis verbi vel facti se-cularem esse, vel iocum secularẽ diligere, aleas amare, re-namentũ inconueniens proposito suo quærere, in deli-viuere velle, gulam & ebrietatem sequi, pondera iniusta vel mẽsuras habere, negocium iniustum exercere. Nec

men iustum negocium est contradicendum propter necessitates diuersas: quia legimus sanctos apostolos negociasse, & in regula S. Benedicti præcipitur præuidere, per quorum manus negocium monasterij transeat. Canes & aues sequi ad venandum, & in omnibus quibuslibet causis superfluum esse. Ecce talia & his similia ministris altaris domini, necnon & monachis omnino contradicimus. De quibus dicit Apostol. Nemo militans Deo implicat se negociis secularibus.

De clericis iniustè tonsuratis. Cap. XCI.

DE clericis verò hoc statuimus, vt hi qui hactenus inuenti sunt siue canonico siue in monachico ordine tonsurati sine eorum voluntate, si liberi sunt vt ita permaneant, & deinceps cauendum, vt nullus tondeatur, nisi legitima ætate, & spontanea voluntate, vel cum licentia domini sui, vel consensu parentum. *Ex eodē cap. 23.*

Vt episcopi siue abbates, ante se ioca turpia fieri non permittant. Cap. XCII.

VT episcopi & abbates ante se ioca turpia facere non permittant, sed pauperes & indigentes secum ad mēsam habeant, & lectio diuina ibi personet, & sumant cibū cum benedictione, & laude domini secundum Apostolum. Siue manducatis siue bibitis, omnia in laude Dei faciatis. *Ex eodē cap. 24.*

De illis qui ab episcopo seu ab aliis auaritiæ causæ seducti se totonderunt. Cap. XCIII.

CONstituit sanè sacer iste conuentus, vt episcopi siue abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines illectos circunueniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione non solum acceperunt, sed potius surripuerunt, pœnitentiæ canonicæ siue regulari, vtpote turpis lucri sectatores, subiaceant: hi verò qui vanis promissionibus illecti, vel quibuslibet machinationibus persuasi, mentis inopes effecti, rerum suarum domini esse nescientes, comam deposuerunt, in eo quod cœperunt perseuerare cogantur. Res nanque quæ ab illectis & negligentibus datæ, ab auaris & negligentibus nō solùm acceptæ sed raptę noscūtur, heredibus reddantur, qui dementia parētum, *Ex eodē cap. 25.*

auaritia incentorum exhæredati esse noscuntur. Si verò nescientibus episcopis aut abbatibus, ministri eorum, quilibet videlicet in clero, hoc fecisse conuincuntur, episcopi & abbates, desidia: illi verò rapacitate & auaritia, iudicentur. Hoc verò quod quis Deo iustè & rationabiliter de rebus suis offert, firmiter Ecclesia tenere debet.

Vt abbatissa magnam curam habeat de congregatione sua. Cap. XCIIII.

Ex eodē. cap. 26. ABbatissa diligentem habeat curam de congregatione sibi commissa, & prouideat vt in lectione & in officio, & in modulatione Psalmorum ipsæ sanctimoniales strenuæ sint, & in omnibus operibus bonis illà eis decatum præbeat, vtpote pro animabus earū rationem redditura in conspectu domini: & stipendia sanctimonialibus præbeat necessaria, ne fortè per indigentiam cibi aut potus peccare compellantur.

Vt sanctimoniales in domibus suis cum aliquibus masculis manducare vel bibere non præsumant. Caput XCV.

Ex eodē. cap. 27. NON debere sanctimoniales in propriis māsionibus cum aliquibus masculis, clericis, siue laicis, cōsanguineis siue extraneis bibere siue comedere: sed si quando id agendum est, in auditorio agatur, & cum nullo masculo eis colloquium habere liceat, nisi in auditorio, & ibi quam testibus idoneis.

Qualiter indignus abbas à suo separetur officio. Caput XCVI.

Ex cōcil. Triburi. cui interfuit rex Arnolph. cap. 15. SI quis autem abbas cautus in regimine, & humilis, & sustus sobriusque, misericors, discretus non fuerit, ac diuina præcepta verbis & exemplis non ostenderit, ab episcopo in cuius territorio consistit, & à vicinis abbatibus & cęteris Deum timentibus à suo arceatur honore, etiam si omnis congregatio vitiis suis consentiens, abbatem eum habere voluerit.

De clericis qui tonsuras dimiserint, & vxores acceperint. Caput XCVII.

Ex eodē cōcil. præsente Arnolpho rege, ca. 16. CLericus si tonsura dimissa vxorē acceperit, quidem sit sine gradu nec ad monasterium aliquod à parentibus traditus, si vxorem habere permittitur, iterum tonderi cogatur, nec in vita sua tonsurā negligere audeat.

Quem autem progenitores ad monasterium tradiderunt, & in Ecclesia cœpit cantare, & legere; nec vxorem ducere, nec monasterium deserere poterit, sed si discesserit, reducatur. Si tonsuram dimiserit, rursum tondeatur, vxorem si vsurpauerit, dimittere compellatur.

De puellis quæ se ante legitimos annos sua sponte sacræ religioni tradiderint. Cap. XCVIII.

PVella si ante duodecim annos ætatis, sponte sua sacrum sibi velamen assumit, possunt statim parentes vel tutores eius id factum irritum facere si volũt. At si annum & diem id dissimulando consenserint: vlterius nec ipsa, nec illi mutare hoc poterũt. Porrò si in fortiori ætate adolescentula, vel adolescens seruire Deo elegerint, non est potestas parentibus hoc prohibendi. *Ex eodẽ cap. 17.*

De illo qui filiam, aut neptem, vel parentem suam Deo omnipotenti offerri voluerit. Cap. XCIX.

QVicunque filiam suam, aut neptem, vel parentem Deo omnipotenti offerri voluerit, licentiã habeat: sin autem, virum accipiat, domi infantes suos nutriat, & non aliam infra monasterium mittere nutriendi gratia præsumat, nisi eam quam firmiter in ipso loco, in Dei seruitio perseuerare voluerit, secundum instituta sanctorum patrum, seu secundum canonicam autoritatem. *Ex eodẽ cap. 6.*

De eadem re. Caput C.

OMnino prohibemus, vt nullus filium aut nepotẽ, vel parẽtem suum in monasterio puellarum ad nutriendum commendare præsumat, nec quisquam illum ibi suscipere audeat. *Ex eodẽ cap. 7.*

De abbate qui fœminas in monasterio suo festiuitates celebrare permiserit. Cap. CI.

SI abbas mulierem in monasterium suum ingredi permiserit, aut festiuitates aliquas ibidem spectare, tribus mensibus in alio monasterio retrudatur, pane & aqua tantùm contentus. *Ex conci. Vrbico.*

Finis Libri Octaui.

INDEX

CAPITVLORVM

Libri Noni.

Vòd aliud sit vxor, aliud concubina, ne
erret quisquis filiam suam in matrimoni
Q concubinam habenti tradiderit. Cap
Qualis vxor legitima esse debeat.
Vt nullus occultè nuptias celebret.
Quo tempore nuptiæ celebrandæ sint.
Qualiter benedicantur à sacerdote sponsus & sponsa.
Vt nullum coniugium sine dote fiat.
Vt spõsus & spõsa ante nuptias à sacerdote bñdicãtur.
De primo coniugio.
Quòd vir fidelis à muliere infideli separari nõ debeat.
Vt in Christianorum nuptiis non saltetur.
Vt viduam nemo furetur in vxorem.
Vt virginem nemo furetur in vxorem.
De virgine vel vidua furata.
De virginibus quæ virginitatem ante nuptias non cu
dierint.
Quòd nulli liceat concubinam habere.
De illis qui ante nũptias concubinas habuerint.
Item de concubinis.
De ancilla si proprio dño suo legitima fieri possit.
De illo qui seruum suum & ancillam in matrimoniu
coniunxerit.
De multinubis.
Quòd secunda coniugia secularibus nõ negentur, qui
tamen ad clerum minimè venire conceditur.
De illis qui in plurimas nuptias inciderunt.
De illis qui tertio nuptias celebrauerint.
De bigamis
De numero maritorum.
De ingenuo homine si alterius ancillam pro ingenua
ceperit, & post ancillam eam esse intellexerit.

De fœmina ingenua si seruum maritũ acceperit. xxvii.
De legitimè coniunctis, si alter illorum in amentiam deuenerit. xxviii.
De legitimis matrimoniis seruorum. xxix.
Si furiosi matrimonia contraxerint. xxx.
De desponsata puella, si alter eam in matrimonium possit accipere. xxxi.
De his qui sponsas alienas rapiunt. xxxii
De his qui fœminas rapiunt. xxxiii.
De eadem re. xxxiiii.
De his qui rapiũt puellas sub nomine simul habitãdi. xxxv
De puellis raptis nondum desponsatis. xxxvi.
De raptis desponsatis. xxxvii.
De eadem re. xxxviii.
De eadem re. xxxix.
De illis qui in matrimonio sunt & cõcũbere nõ possũt xl.
De eadem re. xli.
De eadem re. xlii.
De eadem re. xliii.
De eadem re. xliiii.
De coniugatis, qui secularia relinquere desiderant. xlv.
De viro qui vxorem suam velare permiserit. xlvi.
De muliere si sine licẽtia viri sui velũ sibi imposuerit. xlvii.
De viro qui sine vxoris permissu monasticam vitam susceperit. xlviii.
De regina Theitbirga quæ causa religionis à regia dignitate discedere voluerat. xlix.
De Lothario rege qui vxorẽ suã in custodia detinebat. l.
De singulari certamine quod Lotharius molitus est cõtra Theitbirgam vxorem suam. li
De fœmina de adulterio inculpata, si cũ marito debet inire certamẽ legale, suæ potestati prius debet &c. lii.
De eadem re. liii.
De illis qui in alias prouincias fugerint aut suos seniores secuti fuerint, & vxores suas domi reliquerint. liii.
De fœminis quæ captis viris, vel in captiuitatem &c. lv.
Quòd non probetur esse culpabilis qui vxorem capti in matrimonio videtur esse sortitus. lvi.
Vt si mulieres ad priores maritos redire noluerint, velut impiæ, ecclesiastica cõmunione priuandæ sunt. lvii.

Vt si viri de captiuitate regressi, intemperantia vxorum offensi non fuerint, & voluerint eas in coniugio recipere, liberam habeant facultatem. lvii
De illo qui in paganismo vxorem suam dimiserit. lix
De baptizato, si vxor eius infidelis conuerti noluerit. lx
De illo qui ante baptismū mulierē virginē acceperat. lxi
De illis fœminis quæ nulla causa interueniente reliquerunt viros suos. lxii
De fœmina quæ adulterum reliquerit, & adulterum acceperit. lxiii
Quòd neque dimissus ab vxore, neq; dimissa à marito coniungantur. lxiiii
De illo qui viuente marito coniugem illius adulterasse accusatur, & eā post eius mortē sumpsisse dignoscitur. lxv
De eadem re. lxvi
De illo qui vxorē habet, & sæpius mœchatus fuerit. lxvii
Si laicus absolutus cum laica absoluta peccauerit. lxviii
De vxore quæ conscio marito mœchata fuerit. lxix
De viro vxorem non habenti, si cum vxore alterius adulterium perpetrauerit. lxx
De cōiugatis qui aliqua certa re dissidium fecerint, vt nupti maneant. lxxi
De illis qui interueniente repudio aliis se in matrimonio copulauerint. lxxii
Si cuius vxor constuprata fuerit, & propterea maritus perdere illam machinauerit. lxxiii
De eo si quis cum vxore alterius, viuente eo fornicatus fuerit. lxxiiii
De ingenuo qui ingenuam acceperit vxorem, & postea seruum fecerit. lxxv
De illis coniugatis, quorum leges diuersæ sunt. lxxvi
Cur communicantes viri cum adulteris vxoribus nó conueniant. lxxvii
Quòd nō conueniat Christianos cum hæreticis nuptiarum iura contrahere. lxxviii
Iudici examinatio. lxxix
Separatio incestę copulationis. lxxx
Reconciliatio coniugatorum. lxxxi
De eadem re. lxxxii

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMAciensis Episcopi, de Fœminis non consecratis Decretorum Liber IX.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de Virginibus & Viduis Deo non sacratis, de earum raptoribus, pœnaque iis imponēda, De legitimo matrimonio, de illegitimo concubitu, eiusque pœnitentia, tractatur.

Quòd aliud sit vxor, aliud concubina, nec erret quisquis filiam suam in matrimonium concubinam habenti tradiderit. Cap. I

Ex decr. Leonis pa. c. 18

NOn omnis mulier viro iuncta, vxor est viri: quia nec omnis filius hæres est patris. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos sunt legitima, & inter æquales multo prius hoc ipsum domino constituente, quàm initiū Romani iuris existeret. Itaque, aliud est vxor, aliud concubina: sicut aliud est ancilla, aliud libera. Propter quod etiam Apostolus ad manifestandam harum personarum discretionem testimonium ponit ex Genesi, vbi dicitur Abrahæ: Eiice ancillam & filium eius: nō enim hæres erit filius ancillæ, cum filio meo Isaac. Vnde cùm societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, vt præter sexuum cōiunctionem, haberet in se Christi & Ecclesiæ sacramentū, dubium non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuisse mysteriū. Igitur cuiuslibet loci laicus; si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est, quasi eam coniugato dederit; nisi fortè illa mulier & ingenua facta, &

dotata legitimè, & publicis nuptiis honestata videatur: qui paterno arbitrio viris coniunctæ carent culpa, si mulieres quæ à viris habebantur in matrimonio non fuerunt, quia aliud est nupta, aliud concubina.

Qualis vxor legitima esse debeat. Cap. II.

Ex epist. Leonis papæ. QValis esse debeat vxor quæ habenda est secundum legem. Virgo casta & desponsata, in virginitate, & dotata legitimè, & à parentibus tradita, & à sponso & à paranymphis accipienda, & ita secundū legem & Euangelium publicis nuptiis honestè in coniugium liquidè sumenda: & omnibus diebus vitæ nisi ex consensu & causa vacandi Dei nunquam propter hominem separanda, & si fornicata fuerit dimittenda: Sed illa viuente altera non deducenda: adulteri regnum Dei non possidebunt, & pœnitentia illis per scripturas recipienda.

Vt nullus occultè nuptias celebret. Cap. III.

Ex decr. Hormisdæ pap. cap. 6. VT nullus fidelis cuiusque conditionis sit occultè nuptias faciat, sed benedictione à sacerdote accepta, publicè nubat in domino.

Quo tempore nuptiæ celebrandæ sint. Cap. IIII.

Ex cõcil. Hilerdẽsi cap. 3. QVòd non oporteat à septuagesima vsquè in octauas Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festiuitatem Natiuitatis & Natiuitatis Ioannis Baptistæ, & ab Aduentu domini vsque post Epiphaniam nuptias celebrare. Quòd si factum fuerit, separentur.

Qualiter benedicantur à sacerdote spõsus & sponsa, Caput V.

Ex cõcil. apud Valentias, cap. 101. SPonsus & sponsa quum benedicendi sunt, à parentibus, vel à paranymphis in Ecclesia sacerdoti offerãtur, & cùm benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis, in virginitate permaneant.

Vt nullum coniugium sine dote fiat. Cap. VI.

Ex cõcil. Aralatensi, c. 6 NVllum sine dote fiat coniugium, iuxta possibilitatem fiat dos, nec sine publicis nuptiis quisquam nuptam vel vxorem ducere præsumat.

Vt sponsus & sponsa ante nuptias à sacerdote benedicantur. Cap. VII.

VT sponsus ac sponsa cum precibus & oblationibus à sacerdote benedicantur, & legibus spōsetur ac donetur, & à paranymphis custodiatur, & publice solenniterque accipiatur. Biduo etiam ac triduo abstineant se, & doceantur vt castitatem inter se custodiant, certisque temporibus nubant, vt filios non spurios, sed hæreditarios Deo & seculo generent. *Ex decr. Sotheris pap. ca. 5*

De primo coniugio. Cap. VIII.

IN primo coniugio debet presbyter Missam agere, & benedicere ambos, & postea se abstineāt ab Ecclesia XXX. diebus. *Ex cōcil. Mediola. Cap. 2.*

Quòd vir fidelis à muliere infideli separari non debeat. Caput IX.

SI quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimitat virum. Sanctificatus enim erit vir infidelis in muliere fideli, & sanctificata erit mulier infidelis per virum fidelem. *Apostolus dicit.*

Vt in Christianorum nuptiis non saltetur. Caput X.

QVòd non oporteat Christianos euntes ad nuptias plaudere vel saltare, sed venreabiliter cœnare, vel prandere, sicut Christianos decet. *Ex cōcil. Laodicen cap. 53.*

Vt viduam nemo furetur in vxorem. Cap. XI.

SI quis viduam furatus fuerit in vxorem, vel consentiens ei, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit. *Gregor. dicit*

Vt virginem nemo furetur in vxorem. Cap. XII.

SI quis virginem, nisi desponsauerit, furatus fuerit in vxorem, vel consentiens ei, anathema sit. Et respōderunt omnes tertio, anathema sit. *Itēeiusdē*

De virgine vel vidua furata. Cap. XIII.

SI quis virginem aut viduam furatus in vxorē, nisi fuerit à se desponsatam, anathema sit. *Ex decr. Eusebij pa. ca. 10*

De virginibus quæ virginitatem ante nuptias non custodierint. Cap. XIIII.

Ex cõcil. Elibertã. cap. 5.

VIrgines quæ virginitatem suam non custodierint, eosdem qui eas violauerint maritos acceperint, quod solas nuptias violauerint, post pœnitentiam anni reconcilientur. Si alios cognouerint viros, eo quæ mœchatæ sunt, quinquennio pœniteant, & sic ad communionem accedant.

Quòd nulli liceat concubinam habere. Cap. XV.

Ex dictis Augusti.

AVdite charissimi membra Christi, & matris catholicæ Ecclesię filij. Quod dico competentibus, audeant fideles: quod dico fidelibus, audeant competentes. Quod dico fidelibus & competentibus & pœnitentibus, audiant & catechumeni, audiant omnes, timeant, & nemo contemnat. Sit mihi in consolationem vester auditus, ne vobis sit testimonium dolor meus. Competentibus dico fornicari vobis non liceat, sufficiant vobis vxores, concubinas vobis non licet habere. Audiat Deus si vos audi estis, audiant angeli eius, si vos cõtemnitis. Concubinas non licet vobis habere. Et si non habetis vxores, tamẽ non licet vobis habere concubinas, quas postea dimittatis, ducatis vxores. Tanto maior damnatio vobis erit, si voluritis habere & cõcubinas & vxores. Non licet habere mares, quarum priores mariti viuunt. Nec vobis fœminis habere viros licet, quorum priores vxores viuunt. Adulteria siue ista coniugia non sunt iure cœli, sed iure seculi: Non illam fœminam licet habere, quæ per repudium discessit a marito. Solius fornicationis causa, licet vxorẽ adulteram dimittere, sed illa viuente, non licet alteram ducere.

De illis qui ante nuptias concubinas habuerint. Caput XVI.

Itẽ Aug

QVale est & illud quod multi virorum ante nuptias concubinas sibi adhærere non erubescunt, quas post aliquot annos dimittunt, & sic postea legitimas vxores accipiunt: Vnde coram Deo, & coram angelis eius contestor, atque denuncio, Deum & ista semper prohibuisse, & nunquam ei placuisse. Et præcipuè tempore Christianis concubinas habere nunquam licet, & nunquam licebit.

Item de concubinis. Cap. XVII.

NVlli liceat vno tempore duas vxores habere: sed neque vnquam concubinam. *Ex cõcil. Arelatẽ. cap. 4.*

De ancilla, si proprio domino suo legitima fieri possit. Cap. XVIII.

SI quis ancillam suam libertate donauerit, & in matrimonio sibi sociauerit, dubitabatur apud quosdã vtrum huiusmodi nuptiæ legitimæ esse videantur, an non. Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentes, talia connubia legitima esse cẽsuimus. Si enim ex affectu fiunt omnes nuptiæ, & nihil impium, & legibus contrarium in tali copulatione fieri potest, quare prædictas nuptias inhibendas existimauerimus? Omnibus vobis vnus est pater in cœlis, & vnusquisque diues & pauper, liber & seruus, æqualiter pro se, & pro animabus eorũ rationem daturi sunt. Quapropter omnibus cuiuscunque conditionis sint, vnam legem, quantum ad Deum, habere non dubitamus, *Ex decr. Iulij papæ, ca. 4.*

De illo qui seruum suum, & ancillam in matrimonium coniunxerint. Cap. XIX.

SI seruum & ancillam dominus amborum in matrimonium coniunxerit, & postea libertato seruo vel ancilla, non potest redimi qui in seruitio est, ideo matrimonia nõ soluantur. *Ex cõcil. Matiscẽ. cap. 10.*

De multinubȳs. Cap. XX.

SI quis multis nuptiis fuerit copulatus, pœnitentiã agat: conuersatio autem & fides pœnitẽtis cõpendit tẽpus. *Ex cõcil. braggar. cap. 81.*

Quòd secunda coniugia secularibus non negentur, quibus tamen ad clerum minimè venire conceditur. Cap. XXI.

SEcundas nuptias, sicut secularibus inire conceditur, ita post eas nullus ad clericale finitur venire collegiũ. Alia est enim humanę fragilitati generaliter concessa licentia, alia debet esse vita diuinarum rerum seruitio dedicata. *Ex decr. Gelasij papæ, ca. 22.*

De illis qui in plurimas nuptias inciderunt. Caput XXII.

DE his qui in plurimas nuptias inciderunt, & tempus quidem præfinitum manifestum est, sed conuersatio eorum & fides, tempus abbreuiat. *Ex cõcil. Neocæsa. cap. 1.*

De illis qui tertiò nuptias celebrauerint.

Caput XXIII.

Ex decr. Hormisdæ papæ, cap. 2.

NE quisquam amplius, quàm duas accipiat vxores, iam tertia superflua est.

De bigamis. Cap. XXIIII.

Ex cõcil. Laodicẽ. cap. 1.

DE his qui secundum ecclesiasticam regulam liberè legitimè secundis nuptiis iuncti sunt, nec occultè ptiarum copulam fecerunt, oportet vt paruo tẽpore tr acto, vacent orationibus & ieiuniis. Quibus etiam indulgentiam communionem reddi decreuimus.

De numero maritorum. Cap. XXV.

Ex dictis Hieron.

VBi fuerit numerus maritorum, ibi vir proprius esse desistit.

De ingenuo homine, si alterius ancillam pro ingenua acceperit, & post ancillam eam esse intellexerit. Cap. XXVI.

Ex cõcil. apud Vermeriam, cui interfuit Pipinus rex, cap. 7.

SI quis ingenuus homo ancillam alterius vxorem ac perit, & existimat quòd ingenua sit, si ipsa fœmina eà fuerit inseruita, si eam à seruitute redimere potes ciat: si non potest, si voluerit, aliam accipiat. Si autem uam eam scierat, & collaudauerat: post, vt legitimam beat. Similiter & mulier ingenua de seruo alterius re debet.

De fœmina ingenua, si seruum maritum acceperit. Cap. XXVII.

Ex eodẽ concilio, cap. 8.

SI fœmina ingenua accipit seruum, sciens quia seru set, habeat eum: quia omnes vnum patrem habemus cœlis. Vna lex erit, & viro, & fœminæ.

De legitimè coniunctis, si alter eorum in amentiam deuenerit. Cap. XXVIII.

Ex epist. Nicolai ad Carolũ Mogũ. episcopũ missa.

SI qui matrimonium sani contraxerint, & vni ex amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesser hanc infirmitatem coniugia talium solui non possunt militer sentiendum de his qui ab aduersariis excæca aut membris detruncantur.

De legitimis matrimonijs seruorum.

Ex cõcil. Cabillon. cap. 30.

Caput XXIX.

DIctum est nobis, quòd quidam legitima seruorum trimonia potestatiua quadã præsumptione dirim

non attendentes illud euangelicum: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Vnde nobis visum est, vt coniugia seruorum non diriman tur, etiamsi, diuersos dominos habeant: sed in vno coniugio permanentes, dominis seruiant suis, Et hoc in illis obseruãdum est, vbi legalis coniunctio fuit, & per voluntatem dominorum.

Si furiosi matrimonia contraxerint. Cap XXX.

NEque furiosus, neq; furiosa matrimoniũ contrahere possunt: sed si contractum fuerit, non separetur. *Ex decr. Fabiani papæ, ca. 5.*

De desponsata puella, si alter eam in matrimonium poss. t accipere. Cap. XXXI.

DE coniugali autem violatione requisisti, si desponsatam alii puellam, alter in matrimonium possit accipere. Hoc ne fiat modis omnibus inhibemus: quia illa benectio quam nupturæ sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si vlla trãsgressione violetur. *Ex epist. Syricy papæ, ca. 4*

De his qui sponsas alienas rapiunt. Cap. XXXII.

DE his qui sponsas alienas rapiunt, antiqua & synodalis sententia obseruetur. Quòd & si fortè in Ecclesia euentus talis reperiri dignoscitur, vt pro salutis & religionis competentia humanius quiddã debeant tractare pontifices, sicut canonica, vt eisdem verbis vtamur, docet authoritas, quia prior, inquiens, definitio durius: posterior autem quiddam tractauit humanius, nullo modo vt ad maximam indulgentiam descendamus, alterius sponsæ acceptor, sine publica trãseat pœnitẽtia. Quòd si hæc obedire renuerit, sine vlla refragatione anathematizetur. Fautores verò illius, iuxta modum culpæ, episcopi decreto pœniteant. Si verò, quod non optamus, de gradu ecclesiastico talibus nup iis se consensorem, vel interuentorem manifestè prodiderit, à gradu proprio repellantur. Et si veri similibus exinde suspicionibus fuerit propulsatus, canonicè se purget. *Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 5.*

De his qui fœminas rapiunt, Cap. XXXIII.

PLacuit, vt hi qui rapiũt fœminas, vel furãtur, aut seducunt, eas nullatenus habeãt vxores, quãuis eis postmodũ cõueniat, aut eas dotauerint, vel nuptialiter cum *Ex cõcil. apud Aquisgrã. cap. 3.*

consensu parentum suorum acceperint. Si quis autem rem habere voluerit, canonicè & legaliter eam accipiat & nō rapiat. Qui verò eam rapuerit, vel furatus fuerit, aut seduxerit nunquam eam vxorem habat.

De eadem re. *Cap.* XXXIIII.

Ex cōcil. Meldēsi, cap. 10, QVI verò deinceps rapere virgines præsumpserit vel viduas, secundum synodalē beati Gregorii definitionem, ipsi, & complices eorum anathematizentur, raptores sine spe coniugii perpetuò maneant.

De his qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi. *Cap.* XXXV.

Ex cōcil. Chalced. cap. 27. EOs qui rapiunt mulieres sub nomine simul habitandi cooperantes autem & conniuentes raptoribus, decreuit sancta synodus, vt si quidem clerici sunt, decidāt de gradu proprio: si verò laici, anathematizentur.

De puellis raptis nondum desponsatis. *Cap.* XXXVI.

Ex cōcil. Cabillon. cap. 27. DE puellis raptis necdū desponsatis in Chalcedonensi concilio scriptum est: Eos qui rapiūt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes & conniuentes raptoribus decreuit sancta synodus, vt si quidem clerici sunt, decidant de gradu proprio: Si verò laici, anathematizentur. Quibus verbis datur intelligi, qualiter huius mali auctores damnandi sunt: quando participes consilium conuentes tanto anathemate feriūntur, & iuxta canonicam authoritatē ad coniugia legitima raptas sibi iurè, vendicare nullatenus possunt.

De raptis desponsatis. *Cap.* XXXVII.

Ex cōcil. Toletan. PRoinde placuit, atque statutum est à sacro concilio vt si aliquis sponsam alterius rapuerit, publica poenitentia mulctetur, & sine spe cōiugii maneat. Et si ipsa eidem crimini consentiens non fuit, licentia nubendi ei non negetur. Quòd si & ipsi post hæc se coniungere presumpserint, vtriq; vsq; ad satisfactionē anathematizentur.

De eadem re. *Cap.* XXXVIII.

Ex cōcil. Ancirano, ca. 10 DEsponsatas puellas, & post ab aliis raptas, placuit eis reddi, & eis reddi, quibus ante fuerāt desponsatæ, si non eis à raptoribus vis illata constiterit.

De eadem re. Cap. XXXIX.

SI autem necdum eas quas rapuerant cum voluntate parentum sub præfato desponsionis, vel dotalicii nomine in coniugium sumptas habent, quando in omnium aures hæc fuerit constitutio promulgata, ab earum coniunctione separentur, & publicæ pœnitentiæ subigantur. Raptæ autem parentibus legaliter restituantur. Post actam verò publicam pœnitentiam, si ætas & incontinẽtia exegerit, legitimo & ex vtrisq; partibus placito coniugio sociẽtur. Nam in his non regulam constituimus, sed vt verbis Magni Leonis vtamus, quid sit tolerabilius æstimamus. Quòd si vnus ex coniugatis obierit, is qui publicam pœnitẽtiam egerit, & superstes extiterit, iterare coniugium non præsumat, nisi fortè episcopus præuiderit aliquam concedere indulgentiam, vt grauiorem possit amouere offensam. *Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 65.*

De his qui in matrimonio iuncti sunt, & concumbere non possunt. Cap. XL.

QVOD autem intertogasti de his qui matrimonio iuncti sunt, & nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium ducere possit, quibus scriptum est: Vir & mulier si se coniunxerint, & postea dixerit mulier de viro, quòd nõ possit coire cum eo, si potest probare per iustum iudicium quod verum sit, accipiat alium: si autem ille aliam acceperit, separentur. *Ex epist. Greg. ad Ioannem Rauẽnatem episcopum.*

De eadem re. Cap. XLI.

SI qua mulier se proclamauerit, quòd vir suus nunquam cum ea coisset, exeant inde ad crucem: & si verùm fuerit, separentur, & illa faciat quod vult. *Ex cõcil. apud veriatẽporibus Pipini regis, c. 17.*

De eadem re. Cap. XLII.

SI quis accepit vxorem, & habuit ipsam aliquo tempore, & ipsa fœmina dicit, quòd non coisset cũ ea, & ille vir dicit, quòd sic fecit, in veritate viri consistat: quia vir caput est mulieris. *Ex cõcil. apud Cõpendium, cap. 20.*

De eadem re. Cap. XLIII.

VIr si duxerit vxorem concũbere cum ea non valens, & frater eius clanculo eam vitiauerit, & grauidam *Ex cõcil. Triburi. cap. 3.*

reddiderit, separentur. Considerata autem imbecillitate misericordia eis impartiatur ad coniugium, tantũ in di

De adem re. *Cap. XLIIII.*

Ex epist. Grego.

DE his requisitis, qui ob causam frigidæ naturæ se cunt non posse in inuicem operam carnis dantes misceri. Iste verò si non potest ea vti pro vxore, habe quasi sororem. Quòd si retinaculum iugale volunt re dere, maneant vtrique innupti: nam si huic non potu turaliter concordare, quomodo alteri conueniet? Igitur vir aliam vult accipere vxorem, manifesta ratio patet, succendente diabolo odii fomitem, exosam eam habu idcirco illam dimittere mẽdacii falsitate molitur. Qu mulier causatur, & dicit, volo mater esse, & filios proc re, vterque eorum septima manu propinquorum tacti crosanctis reliquiis iureiurando dicat, vt nũquam per mixtionem carnis coniuncti, vna caro effecti fuissent videtur mulierem secundas posse contrahere nuptias manum dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir tem qui frigidæ naturæ est, maneat sine coniuge. Qu & ille aliam copulã acceperit, tunc hi qui iurauerint iurii crimine rei teneantur, & pœnitentia peracta, p cogantur recipere connubia.

De coniugatis, qui secularia relinquere desiderant.
Caput XLV.

Ex dictis Basilij episcopi.

SI quis vult coniugatus conuerti ad monasterium, n recipiendus, nisi prius à coniuge, castimoniam pro te fuerit absolutus. Nam si illa viuente illo per inco nentiam alteri nupserit, proculdubiò adultera erit, n cipitur apud Deum eiusmodi viri cõuersio, cuius seq coniugalis fœderis prostitutio. Tales ergo tunc sine c sequuntur Christum relicto seculo, si habeant ex pa luntate, castitatis consensum.

De viro, qui vxorem suam velare permiserit. *Cap. XL*

Ex cõcil. Remensi, cap. 3.

QVI vxorem suam permiserit velare, aliam ... piat, se similiter conuertatur.

De muliere, si sine licentia viri sui velum sibi imposuerit. *Cap. XLVII.*

Ex decr. apud Cõpẽdiũ. c. 6

MVlier, si sine licentia mariti sui velũ in caput m rit, si viro placuerit, recipiet eã iterũ ad cõiug

De viro qui sine vxoris permissu monasticam vitam susceperit. Cap. XLVIIII.

AGathosa latrix præsentium, questa est maritum suum contra voluntatem suam in monasterio vrbici abbatis esse conuersum. Quòd quia ad eiusdem abbatis culpam & inuidiam non est dubium pertinere, experientiæ tuæ præcipimus, vt diligenti inquisitione discretiat, ne fortè cum eius voluntate conuersus sit, vel ipsa se mutare promiserit. Et si hoc repererit, & illum in monasterio permanere prouideat, & hanc sicut promisit mutare compellat. Si verò nihil horum est, nec quoddam fornicationis crimen propter quod viro licet vxorem relinquere, prædictam mulierem commisisse cognoueris, ne illius conuersio vxori relictæ in seculo fieri possit perditionis occasio, volumus vt maritũ suum illi vel si iam tonsuratus est reddas, omni excusatione cessante. Nam si excepta fornicationis causa virum vxorem relinquere nulla ratione conceditur, quia postquam copulatione coniugij viri atq; mulieris vnum corpus efficitur, non potest ex parte conuerti, & ex parte in seculo manere. *Ex reg. Greg. ad Adrium notariũ, cap. 80.]*

De regina Thietbirga, quæ causa religionis à regia dignitate discedre voluerat. Cap. XLIX.

SCripsit nobis Thietbirga regina, regia se velle dignitate seu copula exui, & solam priuata vita esse contentam desiderare. Cui nos scripsimus, non hoc aliter fieri posse, nisi eandem vitam coniux eius Lotharius elegerit. Et post pauca: De retroacta cõtrouersia Thietbirga nõ debet vlterius ad iteratam responsionẽ promoueri. Quòd quidem bene semel definitum est, & interpositis iuramẽtis deliberatum, nulla debet iteratione, nisi fortassis vbi fuerit maior autoritas, retractari. *Ex epist. Nicolai papæ ad Caro. um regem.*

De Lothario rege, qui vxorem suam incustodia detinebat. Caput L.

VErùm sicut multorum relatu didicimus, Lotharius rex conuentum celebrare disponit, & Thietbirgam reginam examini proprio & iudicio subiicere meditatur. Et si quidem eam præstigiis falsitatis suæ potuerit exhibere, quasi non fuerit legitima sua vxor, vult eã penitus à se sequestrare. Sin autẽ, vult eam tanquam propriam vxorem *Itẽ eiusdem.*

dimittere, sed deinde quasi mœchata fuerit insimulare, atque pro hoc hominem suum, & hominem Thietbirgæ monomachiam impellere, & si homo ipsius reginæ cederit, disponit hanc sine dilatione perimere. Quæ quantum sint omni diuinæ legi contraria, magnitudo prudentiæ vestræ credimus, iam aduertit.

De singulari certamine, quod Lothari molitus est contra Thietbirgam vxorem suam. Cap. LI.

Itẽ eiusdẽ MOnomachiam verò in lege non assumimus, quam præceptam fuisse non reperimus. Quam licet inisse quosdam legamus, sicut sanctum Dauid, & Goliam, sic prodit historia: nusquam tamen vt pro lege teneatur, ubi cubi diuina sanxit autoritas: cum hoc & huiuscemodi facta antes, Deum solummodo tentare videantur.

De fœmina de adulterio inculpata, si cum marito debet inire certamen legale, suæ potestati prius debet ad tempus restitui. Cap. LII.

Itẽ eiusdem. PRætereà siue de coniugij fœdere, siue de adulterij crimine iudicium sit agitandum, nulla ratio patitur Thietbirgam cum Lothario posse inire conflictum, vel legitimum controuersiæ inire certamen, nisi prius ad tempus fuerit suæ potestati & consanguineis propriis liberè sociata. Inter quos etiam locus prouidẽdus est, in quo nulla sit vis multitudinis formidanda, & non sit difficile testes producere, vel cæteras personas, quæ tam à sanctis canonibus, quàm à venerandis Romanis legibus in huiusmodi controuersiis requiruntur. Hæc idcirco diximus, vt ostendamus quem legum conflictum Lotharius congredi posse autumat, cum persona quam in suis penetralibus quotidie fatigat, & conterit, quando vult ad iudicium educit, quando vult ad claustra reducit: & quãdo educta fuerit, nisi ea profiteatur quæ ipse præceperit, punit. Propterea igitur libertati committi, & ab omni oppressione aut potestate illius, cum quo initur conflictus, oportet liberam atque suis liberaliter vti, & suspectas personas conflictus declinare, quæ se ab obiectis ostendere cupit immunem.

De eadem re. Cap. LIII.

Itẽ idem. ITaque summo studio Thietbirgam coniugem tuã tanquam propriam carnẽ fouere ac diligere procurato

ne illâ à te vllo pacto consentias discedere, vigilanter attende. Vnde si vult à te discedere, corripe, imò corrige eam, & à tali intentione per omnia reuocare satage. Iam verò si amore pudicitiæ separationem quęrit, & coniugalis connubij solutionem efflagitat, certum est Apostolo dicente, quia mulier sui corporis potestatem non habet sed vir. Verùm si & ipse pudicitiam sectatus, religionis obtentu copulam dissoluere vis, tantùm ne simulatè fiat concedimus. Nam licet sit scriptum: Quod Deus cõiunxit, homo non separat, Deus tamen & non homo separat, quando diuini amoris intuitu, ex consensu vtriusque coniugis matrimonia dissoluuntur. Si ergo hoc modo vis, gratuito permittimus animo, celeremque præbemus assensum: aliter autem fieri mutuam separationem vestram prohibemus.

De illis qui in alias prouincias fugerint, aut suos seniores secuti fuerint, & vxores suas domi reliquerint. Caput LIIII.

SIquis necessitate ineuitabili cogente in alium ducatum seu prouinciam fugerit, & vxor eius cùm valet & potest, amore parentum, aut rerum suarum eum sequi noluerit, ipsa omni tempore quàm diu vir eius quem secuta nõ fuit, viuit, semper innupta permaneat, Ille verò qui necessitate cogente in alia patria manet, si nunquam in suam patriam se reuersurum sperat, si se continere non potest aliam vxorem accipiat, tamen cum pœnitentia. *Ex cõcil. apud Vermeriam cap. 6.*

De fœmims quæ captis viris vel in captiuitatem missis, alijs nupserunt. Cap. LV

QVòd debeant fœminæ, quæ captis viris & in captiuitatem ductis, aliis viris nupserant, putãtes interemptos maritos, remeatis de captiuitate prioribus viris copulari, vt cuique id quod legitimè habuit reformetur, & recipiat vnusquisque quod suum est, & redintegrentur fœdera nuptiarum. *Ex epist. Leonis papæ, cap. 42.*

Quòd non probetur esse culpabilis, qui vxorem capti in matrimonio videtur esse sortitus. Cap. LVI.

NEc tamen culpabilis iudicetur, & tanquam alieni iuris peruersor habeatur, qui personam eius mariti qui iam non esse existimabatur, assumpsit. Si enim multa quæ ad eos qui in captiuitatem ducti sunt pertinebant, in ius alienum transire potuerunt, tamen plenum iustitiæ est, vt *Itẽ eiusdem, cap. 43.*

iisdem reuersis propria reformentur. Quòd si in mancipiis, vel in agris, aut etiam in domibus ac possessionibus tè seruatur quantò magis in coniugiorum redintegratione faciẽdum sit, vt quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur?

Vt si mulieres ad priores maritos redire noluerint, velut impiæ ecclesiasticæ communione priuandæ sint. Cap. LVII.

Itẽ eiusdem, cap. 45. SI autem aliquæ mulieres ita posteriorum virorũ amore sunt captæ, vt malint his cohærere quàm ad legitimum redire consortium, merito sunt notandæ, ita vt ecclesiastica communione priuentur, quæ de re excusabili contaminationem criminis elegerunt, ostendentes sibimet pro sua incontinentia placuisse, quod iusta remissio poterat expiare. Redeant ergo in suum statum voluntariam redintegratione coniugia, neque vllo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio necessitatis extorsit: quia sicut hę mulieres quę reuerti ad viros suos noluerint, impiæ sunt habendæ, ita illæ quæ in affectum Deo initum redeunt, merito sunt laudandæ.

Vt si viri de captiuitate regressi, intemperantia vxorum offensi non fuerint, & voluerint eas in coniugio recipere, liberam habeant facultatem. Caput LVIII.

Itẽ eiusdem, cap. 44. ET ideo si viri post longam captiuitatem reuersi, ita dilectione suarum coniugum perseuerent vt eas capiant in suum redire consortium, omittendum est & culpabile iudicandum quod necessitas intulit, & restituendum est quod fides poscit.

De illo qui in paganismo vxorem suam dimiserit. Caput LIX.

Ex decr. Eutychia papæ. SI quis gentilis gentilem dimiserit vxorem ante baptisma, post baptismum in potestate eius erit, eam habere, vel non habere.

De baptizato, si vxor eius infidelis conuerti noluerit. Caput LX.

Ex decre. eiusdem. SImili modo si vnus ex coniugatis baptizatus est, & alter gentilis, & sequi non vult, sit sicut dicit Apostolus: Si fidelis si discedit, discedat.

De illo qui ante baptiſmum mulierem virginem acceperat. Caput LXI.

SI quis habuerit vxorem virginem ante baptiſma, viuente illa poſt baptiſma alteram habere non poteſt. Crimina in baptiſmo ſoluuntur, non coniugia. *Ex cõcil. Meldẽſi, cap. 2.*

De illis fœminis, quæ nulla cauſa interueniente, reliquerunt viros ſuos. Cap. LXII.

ITem fœminæ quæ nulla præcedente cauſa reliquerunt viros ſuos, & alteri ſe copulauerunt, & in hoc permanere voluerint, nec in fine accipiant communionem. *Ex conci. Elibertã. cap. 7.*

De fœmina quæ adulterum reliquerit, & adulterum acceperit. Caput LXIII.

ITem fœmina fidelis quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & adulterum ducit, prohibeatur ne ducat. Si autem duxrit, non prius accipiat communionem, quàm is quem reliquit de ſeculo exierit, niſi fortè neceſsitas infirmitatis dare compulerit. *Ex eodẽ cap. 9.*

Quòd neque dimiſſus ab vxore, neque dimiſſa à marito, alteri coniungantur. Cap. LXIIII.

PLacuit vt ſecundum Euangelicam & Apoſtolicam diſciplinam, neque dimiſſus ab vxore, neque dimiſſa à marito, alteri coniungantur, ſed ita maneant, aut ſibimet reconcilientur. Quòd ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur. *Ex cõcil. Africano, ca. 63.*

De illo qui viuente marito coniugem illius adulteraſſe accuſatur, & eam poſt eius obitum ſumpſiſſe dinoſcitur. Cap. LXV.

SI qui viuente marito, coniugem illius adulteraſſe accuſatur, & eo in proximo defuncto eandem ſumpſiſſe dinoſcitur, omnimodis publicę pœnitentiæ ſubigatur. De quo etiam poſt pœnitentiam præfata, ſi expedierit, ſeruabitur regula, niſi fortè, id eſt, aut mulier virũ qui mortuus fuerat occidiſſe notetur, aut propinquitas vel alia quælibet actio criminalis impediat. Quòd ſi probatum fuerit, ſine vlla ſpe coniugij cum pœnitentia perpetuò maneant. Si autẽ negauerit ſe eandem fœminã viuente viro nequaquã adulteraſſe, & præfati homicidij neuter eorũ reus extiterit, & probatis teſtib⁹ neuter eorũ cõuinci potuerit, purgent legaliter famam ſuæ opinionis, & ſumpto vtantur coniugio, ſi alia, vt diximus, non impedierit ratio. *Ex conci. Meldẽſi, cap. 69.*

De eadem re. Cap. LXVI.

Ex cõcil. Triburi. cap. 3.

RElatum est auribus sanctorum sacerdotum, quendam alterius vxorem stupro violasse, insuper & mœchæ viuente viro suo iuramentum dedisse, vt post legitimi mariti mortem si superuixisset, duceret vxorem. Quòd & factum est. Tale igitur connubium prohibemus, & anathematizamus.

De illo qui vxorem habet, & sæpius mœchatus est. Caput LXVII.

Ex cõcil. Elibertã. cap. 4.

SI quis fidelis habens vxorem, non semel sed sæpius fuerit mœchatus, in fine mortis est conueniendus. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus rursus fuerit mœchatus, placuit vlterius non illudere alios de communione pacis.

Si laicus absolutus cum laica absoluta peccauerit. Caput LXVIII.

Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 7.

SI laicus cum laica fœmina, id est, vterq; absolutus à lege coniugij concubuerit, tres annos pœniteant. Et quia tò sæpius & negligentius ea peccata commiseruut, tanto magis & tempus addatur, & modus pœnitentiæ.

De vxore quæ conscio marito mœchata fuerit. Caput LXIX.

Ex cõcil. Mogũti. cap. 9.

SI conscio marito & ipso consentiente vxor mœchata fuerit, placuit nec in fine dandam eis communionem. Si verò eam reliquerit, & separati fuerint, & dignè pœnituerint, post decem annos accipiant communionem.

De viro vxorem non habenti si cum alterius vxore adulterium perpetrauerit. Cap. LXX.

Ex cõcil. Hãnetẽ. cap. 6.

QVod si vir non habens vxorem cum alterius vxore adulterium perpetrauit, aut si qua mulier non habens virum cum alterius viro: ille qui fœdus violauit coniugij, VII. annos, vt supra dictum est, pœniteat. Ille qui lege coniugij non tenetur, quinque annos pœniteat. Neque enim æqualis pœnitentia danda est his quibus sufficere poterat ad explendam libidinem suam coniugum amplexus: & illis qui coniuge carentes, ardore libidinis impellente, in fornicationem ceciderunt.

De coniugatis, qui aliqua certa re discidiũ fecerint, vt innupti maneant. Cap. LXXI

Ex dictis Augusti.

APostolus Paulus dicit, his qui sunt in coniugio præcipio non ego, sed dominus, vxorẽ à viro nõ discedere. Quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Potest enim fieri vt discedat ea causa qua dominus permisit, aut si fœminæ licet virum dimittere etiam propter causam fornicationis, quid respõdebimus de hoc quod dicit posterius, & vir vxorem non dimittat? Quare non addidit excepta causa fornicationis, quòd dñs permittit: nisi quia similem formã vult intelligi, vt si dimiserit quòd causa fornicationis permittitur, maneat sine vxore, aut recõcilietur vxori? Et post pauca: Dominus autem permisit causa fornicationis vxorem dimitti, sed quia permisit, non iussit.

De illis qui interueniente repudio, aliis se in matrimonio copulauerint. Cap. LXXII.

Ex decr. Innocẽtii pa. ca. 26

DE his etiam requisiuit dilectio tua, qui interueniente repudio aliis se matrimonio copulauerunt, quos in vtraque parte adulteros esse manifestum est. Qui verò vel vxore viuente, quamuis dissociatũ esse videatur coniugium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri non videri, in tantũ vt hæ etiam personæ quibus tales coniuncti sunt, etiam ipse adulterium commisisse videantur, secundum illud quod legimus in Euãgelio: Qui dimiserit vxorẽ suam, & duxerit aliam, mæchatur. Et ideo omnes à communione fidelium abstinendos. De parentibus autem aut propinquis eorum nihil tale statui potest, nisi si incentores illiciti consortii fuisse videantur.

Si cuius vxor constuprata fuerit, & propterea maritus perdere illã machinauerit. Cap. LXXIII.

Ex cõcil. Triburiẽ si, ca. 46

SI cuius vxor constuprata fuerit, & propterea maritus capitali sententia delere illam machinauerit, ipsa verò vrgente mortis periculo, ad episcopum cõfugerit, & auxilium quæsierit, operosiori tamen si potest episcopus labore desudet ne occidatur: si verò non potest, nullo modo liceat ei requirenti eam reddere ad occidẽdum, quæ se ei obtulit ad defendendum: Sed solerti cura transmittat eam ad locum quem ipsa delegerit, vt secura possit viuere. Si verò interdũ maritus eam inuenerit, & repetierit, secundũ seculum potestatem habuerit quid ei agere velit. Sed audiat S. Augu-

ſtinum dicentem : Cùm enim vir à virtute nomen accepit, & mulier à mollicie, id eſt, fragilitate, quare contra crudeliſsimam libidinis beſtiã vult vnuſquiſque vxorem ſuam eſſe victricem, cùm ipſe ad primum libidinis ictum victus cadat? Nam quicquid contra fidem catholicam non licet mulieribus nec viris licebit. Si autem eamdem mulier timore perterrita, à loco vbi eam epiſcopus deſtinauit aufugerit, & vir eius ab epiſcopo ſemel, aut bis, vel ſæpius repetierit, & vitam ei obtinere poſsit, perquirat, & reddat : ſin autẽ, omnino nõ reddat. Maritus verò quàm diu ipſa viuat, nullo modo alteram ducat.

De eo ſi quis cum vxore alterius viuẽte eo fornicatus fuerit. Cap. LXXIIII.

Ex cõcil. apud Ath. habito, præſente Conrado rege, c. 5.

ILlud verò communi decreto ſecũdum canonum inſtituta definimus & præiudicamus, vt ſi quis cum vxore alterius, viuente eo fornicatus fuerit, moriente marito ſynodali iudicio aditus ei claudatur illicitus, ne vlterius ei coniungatur matrimonio, quam prius polluit adulterio. Nolimus enim nec Chriſtianæ religioni conuenit, vt vllus ducat in coniugium, quam prius polluit per adulterium.

De ingenuo qui ingenuam acceperit vxorem, & poſtea ſeruum ſe fecerit. Cap. LXXV.

Ex cõcil. Tribur. cui interfuit rex Arnolphus, c. 8

PErlatum eſt ad ſanctam ſynodũ quòd quidam ingenuus ingenuam acceperit vxorem, & poſt filiorum procreationem occaſione diuortij cuiuſdam ſeruum ſe fecerit, vtrum neceſſariò mulierem tenere debeat, & ſi tenuerit, vtrum illa quoque ſecundum ſecularem legem ſeruituti ſubiici debeat. Iudicatum eſt vxorem minimè debere diminui, non tamen ob Chriſti legem mulierem in ſeruitutem redigi, dum ille non ex conſenſu coniugis ſe ſeruum fecit quem liberum, ipſa, maritum accepit.

De illis coniugatis quorum leges diuerſæ ſunt. Caput. LXXVI.

Ex eodẽ cap. 15.

DE Francia nobilis quidam homo nobilem de Saxonia Saxonum lege duxit vxorem. Tenuit multis annis, & ex ea filios procreauit. Verùm quia non iiſdem vtuntur legibus Saxones & Franci, cauſatus eſt quòd eam non ſua, id eſt, Francorum lege deſponſauerit, vel acceperit, aut dotauerit : dimiſſaque illa, duxit alteram. Definiuit ſuper hoc ſancta ſynodus, vt ille tranſgreſſor

Euangelicæ legis ſubiugatur pœnitentiæ. A ſecunda coniuge ſeparetur, priorem reſumere cogatur.

Cur communicantes viri cum adulteris vxoribus nõ conueniant. Cap. LXXVII.

QVur viri cum adulteris non conueniant, & illud deſideratum eſt ſciri, quur communicantes viri cum adulteris vxoribus nõ conueniant, cùm cõtra vxores in conſortio adulterorum virorum manere videantur, dum ſuper hoc Chriſtiana religio adulterium in vtroque ſexu pari ratione contemnet, ſed viros ſuos mulieres non facilè de adulterio accuſant, & nõ habent latentia peccata vindictam. Viri autem liberius vxores adulteras apud ſacerdotes deferre conſueuerunt, & ideo mulieribus prodito earum crimine communio denegatur, virorum autem latente commiſſo, non facilè quiſquam ex ſuſpicionibus abſtinetur, qui vtique ſubmouebitur ſi eius flagitium detegatur. Cùm ergo par cauſa ſit interdum probatione ceſſante, vindictæ ratio conquieſcit. *Ex decr. Innocẽtii pa. c. 24.*

Quòd non conueniat Cæriſtianos cum hæreticis nuptialia iura contrahere. Caput LXXVIII.

QVòd non oporteat cum hæreticis vniuerſis, nuptiarum fœdera celebrare, nec eis filios dare vel filias, ſed magis accipere, ſi tamen Chriſtianos ſe fieri permittant. *Ex cõcil. Laodicen cap. 31.*

Iudicii examinatio. Cap LXXIX.

DE hoc quod mihi reputatum eſt in hac ſynodo, quòd ſimul cum iſta fœmina adulterium vel fornicationem feciſſem, quod non ego ita feci, nec inde me culpabilem recognoſco. ſic me Deus adiuuet ad iſtud iudicium. *Iudicii examinatio.*

Separatio inceſtæ copulationis. Cap. LXXX.

VB iſto die in antea cum iſta fœmina cum qua adulterium vel fornicationem feciſti, vnde diſciplinam vel pœnitentiam ſuſcepiſti, amplius non adulterabis, nec fornicaberis cum ea, nec aliam vxorem accipies, niſi poſt peractam pœnitentiam, tibi licentia data fuerit ab epiſcopo, aut ab eius miſſo, ſic te Deus adiuuet. *Separatio inceſtæ copulationis.*

Reconciliatio coniugatatorum Cap. LXXXI.

Reconciliatio coniugatorũ.

AB isto die in antea istam tuam coniugem nomine. N quam iniustè dimiseras ita tenebis, sicut per rectũ ritus suam debet habere coniugem, in dilectione & debi disciplina: nec eam per vllum malum ingenium à te sepa bis, nec ea viuente aliam accipies, sic te Deus adiuuet.

De eadem re. Cap. LXXXII.

Itẽ reconciliatio cõiugatorũ.

AModo in antea istum tuum maritum quem iniustè miseras ita tenebis & amplexaberis, & ei in seruit in amore, & in timore ita eris subiecta & obedies, sicut p rectum vxor suo debet subiecta esse marito, nec vnquam a eo te separabis, nec illo viuente alteri viro te sociabis, n coniugio aut adulterio: sic te Deus adiuuet.

FINIS Libri Noni.

INDEX CAPITVLO-rum Libri Decimi.

T episcopi de parochiis suis sortilegos & m lesicos expellant. Cap.

V De cultoribus arborum.

De cultoribus idolorum. cap.

De eadem re.

De illis qui diuinationes requirunt.

De illis qui ritum paganorum obseruant.

De illis qui auguriis & incantationibus subseruiunt.

De eadem re.

De illis qui sortes obseruant.

De arboribus quas vulgus colit.

De illis qui dies & menses obseruant.

De illis qui dæmonibus immolant..

De illis qui traditiones gentilium obseruant.

De mulierculis quæ infantes suos pro sanitate in forna aut supra tectum ponunt.

Quòd nõ liceat iniquas obseruationes Calenda agere.

De illis qui Calendas Ianuarias ritu paganorum colere p sumunt.

De eadem re. xvii.
De bubulcis vel venatoribus, qui suas incantationes exercuerint. xviii.
Quòd nõ liceat mulierculas Christianas vanitates in suis lanificiis obseruare. xix.
Quòd nõ liceat cum incãtationibus herbarum collectionem fieri. xx.
De illis qui ad arbores, vel ad fontes iaculas incenderint. xxi.
Vt vaticinatores cæsi de ciuitatibus eiiciantur. xxii.
De illis qui phylacteriis vtuntur. xxiii.
Item de mulierculis incantatricibus. xxiiii.
De illis qui manducant, aut bibunt, aut portant super se aliquid ad Dei iudicium subuertendum. xxv.
De illis qui in tabulis, aut in codicibus futura requirunt. xxvi.
De illis qui sortes sanctorum requirunt. xxvii.
De illis maleficis, qui sperant se mẽtes hominum peruertere posse. xxviii.
De eadem re. xxix.
De illis qui ad suas vanitates perficiendas dæmones inuocant. xxx.
De illis qui nocturna sacrificia dæmonum celebrauerint. xxxi.
De illis qui ad arbores, vel ad fontes aliqua vota vouerũt. xxxii.
De illis, qui quando luna obscuratur clamores suos, & maleficia sua exercuerint. xxxiii.
De illis qui vanitates suas in excubiis exercuerint. xxiiii.
De eadem re. xxxv.
De conuiuiis, quæ fiunt ritu paganorum. xxxvi.
De eadem re. xxxvii.
Ne fideles in cœmiteriis prandere præsumant. xxxviii.
De illis qui balationes fecerint, & se in alienas formas transmutauerint. xxxix.
Quòd incantationes & magicæ artes laquei diaboli sint. xl.
De illis qui salutem non à saluatore, sed ab eius creatura requirunt. xli.

De eadem re. xlii
De eadem re. xliii
De execrabilibus remediis, quas medici ſuis in præcantationibus faciunt. xliiii
De natura dæmonum. xlv
De diuinatione dæmonum. xlvi
De eadem re. xlvii
De ſacerdotibus & reliquis eccleſiaſticis ordinibus qui magos, ariolos, aut dinos conſulunt. xlviii
De illis qui ad faſcinum incantationes fecerint. xlix
Quòd dæmoniacum petras, vel herbas ſine incantatione liceat portare, l
Vt malefici, niſi ſe corrigant, regnũ Dei nõ poſſideant li
De illis qui murmurant. lii
De eadem re. liii
De eadem re. liiii
De contentioſis. lv
De illis qui in lingua laſciui fuerint. lvi
De illis qui per odium diſſidentes extiterint. lvii
De illo qui odio habet aliquem, & ad pacem reuerti luerit. lviii
De eadem re. lix
De eadem re. lx
De eadem re. lxi
De illis qui contentiones & rixas amauerint. lxii
De illis qui faciles ſunt ad detrahendum. lxiii
De illis qui contra epiſcopos ſuos conſpirauerint. lxiiii
De eadem re. lxv
De clericis maledicis. lxvi
De illis qui detrahunt ſuis prioribus. lxvii
De clericis vel monachis coniurantibus, vel conſpirantibus contra epiſcopum ſuum. lxviii
De eadem re. lxix

Indicis capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMAciensis Episcopi, de Incantatoribus & Auguribus, Decretorum Liber X.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de Incantatoribus, de Auguribus, diuinis, sortilegis, & variis illusionibus diaboli, de maledicis, contentiosis, cõspiratoribus, deq; singulorũ pœnitẽtia tractatur.

Vt Episcopi de parochijs suis sortilegos, & maleficos expellant. Caput I.

VT episcopi, eorumq; ministri omnibus viribus elaborare studeant, vt pernicioſam & à diabolo inuentam sortilegam & maleficam artem penitus ex parochiis suis eradicent: & si aliquem virum aut fœminã huscemodi scœleris sectatorẽ inuenerint, turpiter dehonestatum de parochiis suis eiiciant. Ait enim Apostolus: Hæreticũ post vnam & secundã admonitionẽ deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est. Subuersi sunt, & à diabolo capti tenẽtur, qui derelicto creatore suo, à diabolo suffragia quęrunt, Et ideo à tali peste mundari debet sancta Ecclesia. Illud etiã non omittendũ, quòd quædam sceleratæ mulieres retrò post Satanam conuersæ, dæmonũ illusionibus, & phantasmatibus seductæ, redũt se, & profitentur nocturnis horis, cum Diana paganorũ dea, vel cum Herodiade & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multa terrarum spacia intempestæ noctis silentio pertransire, eiusq; iussionibus velut dominæ obedire & certis noctibus ad eius seruitiũ euocari. Sed vtinam hæ solæ in perfidia sua perissent, & non multos secum in infidelitatis interitũ pertraxissent. Nam innumera mul-

Ex cõcil. Anquiren. ca. 1.

titudo hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credit, & credendo à recta fide deuiat, & in errore paganorũ reuoluitur, quum aliquid diuinitatis, aut numinis extra vnum Deũ esse arbitratur. Quapropter sacerdotes per Ecclesias sibi commissas populo omni instantia prædicare debent, vt nouerint hæc omnimodis falsa esse, & non à diuino, sed à maligno spiritu talia phantasmata mentibus infidelium irrogari. Siquidem ipse Satanas, qui transfigurat se in angelum lucis, quum mentem cuiuscunque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatem, & incredulitatem subiugauerit, ilicò transformat se in diuersarum personarum species atque similitudines, & mentem quam captiuam tenet in somnis deludẽs, modò læta, modò tristia, modò cognitas, modò incognitas personas ostendens, per deuia quæq; deducit. Et cùm solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hæc nõ in animo, sed in corpore euenire opinatur. Quis enim non in somnis & nocturnis visionibus extra seipsum educitur, & multa videt dormiẽdo, quæ nõquam viderat vigilando? Quis verò tam stultus & hebes sit, qui hæc omnia quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur? Cùm Ezechiel propheta visiones domini in spiritu non in corpore vidit. & Ioannes apostolus Apocalypsis sacramenta in spiritu nõ in corpore vidit, & audiuit sicut ipsẽ dicit: statim, inquit, fui in spiritu. Et Paulus non audet se dicere raptum in corpore. Omnibus itaq; publicè annunciandum est, quòd qui talia & his similia credit, fidem perdit, & qui fidem rectam in Deo non habet, hic non est eius, sed illius in quẽ credit, id est diaboli. Nam de domino nostro scriptum est, Omnia per ipsum facta sunt. Quisquis ergo aliquid credit posse fieri aut aliquam creaturam in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciẽ, vel similitudinem, nisi ab ipso creatore qui omnia fecit, & per quẽ omnia facta sunt, proculdubiò infidelis est, & pagano deterior.

De cultoribus arborum. *Cap.* II.

Ex regis. Gregor. PEruenit ad nos quosdam, quod dici nefas est, arbores colere, & multa alia cõtra Christianam fidem illicita perpetrare: & miramur cur hoc fraternitas vestra districta emendare, vltione, distulerit. Propterea scriptis præsenti-

bus adhortamur hos diligenti inuestigatione perquiri, & veritate cognita, talem in eis faciatis exercere vindictam, quatenus & Deus placari possit, & aliis eorum vltio correctionis exemplum sit.

De cultoribus idolorum. Cap. III.

COntra idolorum nanque cultores, vel aruspicum, atque sortilegorum fraternitatem tuam vehementius pastorali hortamur inuigilare custodia, atque publicè in populo contra huius rei viros sermonem facere, eosque à tali labe sacrilegii, & diuini intctioone iudicii, & præsentis vitæ periculo adhortatione suasoria reuocare. Quos tamen si emendare se à talibus, atque corrigere nolle repereris, feruenti comprehendere zelo te volumus: & quidem, si serui sunt, verberibus, cruciatibusq;, quibus ad emẽdationem peruenire valeant, castigare. Si verò sunt liberi inclusione digni, districtaque sunt in pœnitentia dirigẽdi, vt qui salubria, & à mortis periculo reuocantia audire verba contemnunt, cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem. *Ex eodẽ, cap. 15.*

De eadem re. Cap. IIII.

PEruenit ad nos, quòd quosdam incantatores atq; sortilegos fueris insequutus, & omnino nobis solicitudinem, zelumq; tuum gratum fuisse cognoscas. Sed molestè tulimus quòd te dubitare, ne ab eis nobis contra experiẽtiam tuam surripi potuisset, didicimus, dum quãdo certus esse ac scire debueris, hoc tibi apud nos ad commendationem magis proficere, non ad culpam adscribi. Et ideo studii tui sit solicitè quærere, & quoscumq; inueneris huiusmodi Christi inimicos, ita districta vltione corrige, vt & nos de experientia tua melius possimus habere iudicium, & Deo te nostro, quod maximè studendum est, valeas commendare. *Ex eodẽ, cap. 18.*

De illis qui diuinationes requirunt. Caput V.

QVI diuinationes expetunt, & more gẽtilium subsequũtur, aut in domos suas huiuscemodi homines introducunt, exquirendi aliquid, arte malefica, aut expiandi causa, sub regula quinquennii iaceant, secũdum gradus pœnitentiæ definitos. *Ex cõcil. Ancirano, ca. 23.*

De illis qui ritum paganorum obseruant. Cap. VI.

Ex cõcil. braggar. cap. 6. SI quis paganorum consuetudinem sequens, diuinos & sortilegos in domum suam introduxerit, quasi vt malum foras mittat, aut maleficia inueniat, quinque annos pœniteat.

De illis qui augurijs & incantationibus subseruiunt. Cap. VII.

Ex cõcil. Carthagi. ca. 89 AVguriis vel incantationibus seruientem, à communione Ecclesiæ separandum. Similiter & Iudaicis superstitionibus, vel feriis inhærentem.

De eadem re. Cap. VIII.

Ex pœnitentiali Romano. QVI auguriis vel diuinationibus inseruiunt, vel qui credit, vt aliqui hominum sint immissores tempestatum: vel si qua mulier diuinationes, vel incantationes diabolicas fecerit, VII. annos pœniteat.

De illis qui sortes obseruant. Cap. IX.

Ex eodẽ. AVguria vel sortes quæ dicuntur falsæ sanctorum, vel diuinationes, qui eas obseruauerint, vel quarumcunque scripturarum, vel votum vouerint, vel persoluerint ad arborem, vel ad lapidẽ, vel ad quamlibet rem, excepta Ecclesiam, omnes excommunicentur. Si ad pœnitentiam venerint, clerici annos tres, laici annum vnum & dimidium, pœniteant.

De arboribus quas vulgus colit. Cap. X.

Ex cõcil. Hãnetẽsi, cap. 8. SVmmo studio decertare debent episcopi, & eorum ministri, vt arbores dæmonibus cõsecratæ, quas vulgus colit, & in tanta veneratione habet, vt nec ramum vel [illegible] culum inde audeat amputare, radicitus excidantur, [illegible] comburantur. Lapides quoq; quos in ruinosis locis, & [illegible] uestribus dæmonum ludificationibus decepti venerantur, vbi & vota vouent & deferunt, funditus effodiãtur, [illegible] in tali loco proiiciantur, vbi nunquam à cultoribus [illegible] nerari possint. Et omnibus annuncietur quãtum sceleris idololatria, & qui hæc veneratur, & colit, quasi Deũ [illegible] negat, & Christianitati abrenunciat, & talem pœnitentiam inde suscipiat quasi idola adorasset: omnibusque interdicantur, vt nullus votum faciat, aut candelam, vel

quod munus pro salute sua rogaturus alibi deferat, nisi ad Ecclesiam domino Deo suo. Scriptum est enim: Vouete & reddite domino Deo vestro. Nouimus siquidem quanta dominus antiquo populo per prophetas suos comminatus est qui in lucis sacrificabant, & in excelsis immolabant. Si quis hæc transgressus fuerit, fidem perdidit, & est infideli deterior. Et idcirco omni modo à sanctæ Ecclesiæ consortio abscindatur, &, nisi dignè pœnituerit, non recipiatur.

De illis qui dies & menses obseruant. Cap. XII.

APostolus dicit: Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos: timeo ne sine causa laborauerim in vobis. Dies obseruant, qui dicunt puto crastino proficiscendum non est. Post crastinũ enim nõ debet aliquid inchoari, & sic solent magis decipi. Hi autem colunt menses, qui cursum Lunæ perscrutantur, dicentes: Septima Luna strumenta confici non debent: nona autem Luna emptum seruum domum duci non oportet. Et per hæc facilius solent aduersa prouenire. Tempora verò obseruant, cum dicunt. Hodie veris initiũ est, & ideo festiuitas est. Et rursum: Posterùm est, domum egredi non licet. Annos sic colunt, cùm dicunt Calendis Ianuarij nouus est annus, quasi non quotidie annus impleatur. Hæc superstitio longè debet esse à seruis Dei. Si quis in hac perfidia detegitur, clerici annum vnum: laici dimidium pœniteant. *Ex dictis Ambro.*

De his qui dæmonibus immolant. Cap. XIII.

NAm de his qui dæmonibus immolant Theodori episcopi constitutiones habemus, in quibus scriptum est: Qui immolant dæmoniis in minimis, annum vnum pœniteant. Qui verò in magnis, X. annos pœniteant. *Ex pœnitentiali Theodo.*

De illis qui traditiones gentilium obseruant. Caput XIII.

NOn licet Christianis traditiones gentilium obseruare, vel colere elemẽta, aut Lunam, aut stellarum cursum, & inanem signorum fallaciam considerare pro domo facienda, & ad coniugia sociẽda. Scriptum est enim: Omnia quæcũq; facitis in verbo aut in opere, in nomine dñi nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo. Si quis autẽm fecerit seueriſsimè corripiatur, & canonicè pœniteat. *Ex cõcil. Braggar. cap. 20.*

De mulierculis, quæ infantes suos pro sanitate in fornacem aut supra tectum ponunt. Cap. XIII

Ex pœnitentiali Bedæ presbyteri.

MVlier si qua filium suum ponit supra tectum, aut in fornacẽ pro sanitate febriũ, vnum annũ pœniteat.

Quòd non liceat iniquas obseruationes Calendarum agere. Caput XV.

Ex decre. Martia. papæ.

NOn licet iniquas obseruationes agere Calendarum & ociis vacare, neque lauro, aut uiriditate arborum cingere domos. Omnis hæc obseruatio paganorum est.

De illis, qui Calendas Ianuarias ritu paganorum colere præsumunt. Cap. XVI.

Ex decre. Zachari. papæ, ca. 11.

SI quis Calendas Ianuarias ritu paganorum colere, vel aliquid plus noui facere propter nouum annum, aut mensas cum lapidibus vel epulis in domibus suis præparare, & per vicos & plateas cantatores & choros ducere præsumpserit, anathema sit.

De eadem re. Caput XVII.

Ex conci. Rotoma.

SI quis in Calendis Ianuariis aliquid fecerit quod à paganis inuentum est, & dies obseruat & lunam, & mensas, & horarum effectiua potentia aliquid sperat in melius aut in deterius verti, anathema sit.

De bubulcis, vel venatoribus qui suas incantationes exercuerint. Cap. XVIII.

Ex eodẽ, cap. 4.

PErscrutandum si aliquis subulcus, vel bubulcus, siue venator, vel cæteri huiusmodi, dicat diabolica carmina super panem, aut super herbas, aut super quædam nefanda ligamenta, & hæc aut in arbore abscondat, aut in bivio aut in triuio proiiciat, vt sua animalia liberet à peste & clade, & alterius perdat. Quæ omnia idololatriam esse nulli fideli dubium est: & ideo summopere sunt exterminanda.

Quòd non liceat mulierculas Christianas vanitates in suis lanificiis obseruare. Cap. XIX.

Ex cõcil. Bragga. cap. 10.

NOn licet mulieres Christianas, vanitatem in suis lanificiis obseruare, sed Deum inuocent adiutorem qui eis sapientiam texendi donauit.

Quòd non liceat cum incantationibus herbarum collectionem fieri. Cap. XX.

NOn licet in collectione herbarum medicinalium aliquas obseruationes vel incantationes attendere, nisi tantùm cum symbolo diuino, & Oratione dominica, vt Deus & dominus noster honoretur. *Ex eodē cap.21.*

De illis, qui ad arbores vel ad fontes faculas incenderint. Cap. XXI.

SI in alicuius presbyteri parochia infideles, aut faculas incenderint, aut arbores, aut fontes, aut saxa venerantur, si hoc eruere neglexerit, sacrilegium se fecisse cognoscat, præsumptor aut hortator rei ipsius. Si admonitus hoc emendare neglexerit, communione priuetur. *Ex eodē cap.22.*

Vt vaticinatores cæsi de ciuitatibus eiiciantur. Caput XXII.

VAticinatores, qui se futura scire dicunt, cæsi de ciuitate eiiciantur. *Ex cōcil. Aralatē. cap.11.*

De illis qui Phylacteriis vtuntur. Cap. XXIII.

SI quis ariolos, aruspices, vel incantatores obseruauerit, aut phylacteriis vsus fuerit, anathema sit. *Ex decr. Grego.*

Item de mulierculis incantatricibus. XXIIII.

MVlier si diuinationes vel incantationes diabolicas fecerit, annum vnum pœniteat, vel tres quadragesimas, vel quadraginta dies secundum qualitatem delicti. *Ex pœnitentiali Romano.*

De illis qui manducant aut bibunt, aut portant super se aliquid ad Dei iudicium subuertendum. Cap. XXV.

SI aliquis manducat, aut bibit, aut portat super se vnde existimat Dei iudicium peruertere posse, & exinde cōprobatus fuerit, eadem sententia feriatur, qua magi, & arioli, & incantatores feriuntur. *Ex cōcil. Triburi. cap.4.*

De illis qui in tabulis aut in codicibus futura requirunt. Cap. XXVI.

IN tabulis vel codicibus sorte futura non sunt requirenda, & vt nullus in Psalterio, vel in Euangelio, vel in aliis rebus sortiri præsumat, nec diuinationes aliquas in aliquibus rebus obseruare. Quòd si fecerit, quadragita dies pœniteat. *Ex pœnitentiali. Theodo.*

De illis qui sortes sanctorum requirũt. Cap. XXVII.

Ex conci. Agathẽ. cap. 3.

NEc illud est prætereundum, quòd maximè fidem religionis infestat, quod aliqui clerici vel laici studeant auguriis, & sub nomine fictæ religionis, quàm sortes sanctorum vocant, diuinationis scientiã profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt. Quicunque clericus, vel laicus in eo detectus fuerit talia consulere, vel docere, ab Ecclesia eiiciatur.

De illis maleficis, qui sperant se mentes hominum peruertere posse. Cap. XXVIII.

Ex pœnitentiali Romano.

MAlefici vel incantatores, vel immissores tempestatum, vel qui per inuocationem dæmonum mentes hominum perturbant, anathematizati abiiciantur: & si emendare voluerint, clerici tres annos, laici vnum annum pœniteant.

De eadem re. Cap. XXIX.

Ex cõcil. Aagath. cap. 4.

PErquirendum si aliqua fœmina sit, quæ per quædam maleficia & incantationes, mentes hominum se immutare posse dicat, id est, vt de odio in amorem, aut de amore in odium conuertat, aut bona hominum, aut damnet, aut subripiat. Et si aliqua est quæ se dicat cum dæmonum turba, in similitudinem mulierum transformata, certis noctibus equitare super quasdam bestias, & in eorum consortio adnumeratam esse, hæc talis omnimodis sceleste correpta, ex parochia eiiciatur.

De illis qui ad suas vanitates perficiendas dæmones inuocant. Cap. XXX.

Ex pœnitentiali Bedæpresbyteri.

QVicunq; pro curiositate futurorũ, vel inuocatione dæmonũ, vel diuinos quos ariolos appellãt, vel aruspices qui auguria colligũt, cõsuluerint, clerici ab omni officio remoti, tres annos, laici duos annos pœniteant.

De illis qui nocturna sacrificia dæmonum celebrauerint. Cap. XXXI.

Ex pœnitentiali Romano.

QVicunq; nocturna sacrificia dæmonum celebrauerint, vel incantationibus dæmones quacunq; arte ad sua vota inuitauerint, tres annos pœniteant.

De illis qui ad arbores, vel ad fontes aliqua vota voluerint. Cap. XXXII.

Ex cõcil. Agatensi, cap. 5.

PErscrutandum si aliquis vota ad arbores, vel ad fontes vel ad lapides quosdam quasi ad altaria faciat, aut

candelam seu quodlibet munus deferat, veluti ibi quoddam numen sit, quod bonum aut malum possit inferre.

De illis qui quando Luna obscuratur, clamores suos & maleficia sua exercuerint. Cap. XXXIII

QVicunq; exercuerint hoc quando Luna obscuratur, vt cum clamoribꝰ suis ac maleficiis & sacrilego vsu se posse defendere credant, & quicunq; diuinos præcãtatores, phylacteria etiam diabolica, vel caracteres diabolicos, vel herbas, vel sucos, suis vel sibi impendere tentauerint, vel quintã feriã in honorẽ Iouis, vel Calen. Ianua. secundum paganã consuetudinem honorare præsumpserit, monachus V. clericus IIII. laicus II. annos pœniteat. *Ex cõcil. Arelatẽ. cap. 5.*

De illis qui vanitates suas in excubus exercuerint. Caput XXXIIII.

LAici qui excubias funeris obseruant, cũ timore & tremore & reuerentia hoc faciant. Nullus ibi præsumat diabolica carmina cantare, non ioca & saltationes facere, quæ pagani diabolo docente adinuenerũt. Quis enim nesciat diabolicum esse, & non solùm à religione Christiana alienum, sed etiam humanæ naturæ esse contrarium, ibi lætari, cantari, inebriari, & cachinnis ora dissolui, & omni pietate, & affectu charitatis postposito, quasi de fraterna morte exultare, vbi luctus & planctus flebilibus vocibus debuerat resonare pro amissione chari fratris? Patres siquidem veteris ac noui testamenti, mortes sanctorum virorum legimus multis in locis cum fletu deploraſſe: in nullo autem loco qui à seculo recesserant exultasse. Nam & Iacob patriarcham fleuit tota Aegyptus LXX. diebus. Et Ioseph, & fratres eius cum patrem deferrent in terram Chanaam ad sepeliendum, celebrantes exquias ad aream Athael, quæsita est trans Iordanem, planctu magno atque vehementi impleuerunt. VII. dies. Tantus autem fuit plãctus, vt locus inde nomen acciperet. Et de beato Stephano legimus, quòd sepelierunt eum, siue curauerunt viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. Et ideo talis inepta lætitia & pestifera cantica, ex autoritate Dei interdicenda sunt. Si quis autem canatre desiderat: Kyrieleeson cantet, sin aliter, omnino taceat. Sin autem tacere non vult, in crastino à presbytero taliter coërceatur, vt cæteri timeant. *Ex eodẽ cap. 3.*

De eadem re. Cap. XXXV.

Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 10. PLacuit prohiberi ne fœminæ in cœmiterio pernoctent, eo quod sæpe sub obtentu orationis & religionis latenter scelera committant.

De conuiuiis quæ fiunt ritu paganorum. Caput XXXVI.

Ex cõcil. Africa. cap. 27. ILlud etiã petendũ, vt quoniam contra præcepta diuina conuiuia multis in locis exercẽtur, quæ ab errore gentilitatis attracta sunt, ita vt nunc à paganis Christianis adhæc celebranda cogantur, ex qua re temporibus Christianorum imperatorum, persecutio altera fieri occulta videatur, vt talia iubeant, & de ciuitatibus & possessionibus imposita pœna prohiberi, maximè cùm etiam in natalibus beatorum martyrum per nonnullas ciuitates, & in ipsis locis sacris talia committere non reformident, quibus diebus etiam, quod pudoris est dicere, saltationes sceleratissimæ per vicos atque plateas exerceant, vt matronalis honor innumerabilium fœminarum pudor, deuotè venientium sacratissimum diem, iniuriis lasciuientiũ appetatur, vt etiam ipsius sanctæ religionis penè fugiatur accessus.

De eadem re. Cap. XXXVII.

Ex decr. Leonis papæ. SI conuiuio solo gentilium, & escis immolaticiis vti possunt ieinniis & manus impositione purgari, vt deceps ab idolothitis abstinentes, sacramentorum Christi possint esse participes. Si autem aut idola adorauerunt, aut homicidiis vel fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos nisi per pœnitentiam publicam non oportet admitti.

Ne fideles in cœmiteriis prandere præsumant. Cap. XXXVIII.

Ex cõcil. Braggar. cap. 70. NOn liceat Christianis prandia ad defunctorum pulchra deferre, & sacrificare mortuis.

De illis, qui balationes fecerint, & se in alienas formas transformauerint. Cap. XXXIX.

Ex eodẽ, cap. 80. SI quis balationes ante Ecclesias sanctorum fecerit, qui faciem suam transformauerit in habitu muliebri & mulier in habitu viri, emendatione pollicita illicitos pœniteat.

Quòd incantationes & magicæ artes laquei diaboli sint. Cap. XL.

ADmoneant sacerdotes fideles populos, & nouerint magicas artes, incantationesque quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedij cõferre, non animalibus lãguentibus claudicantibúsve, vel etiam moribundis quicquam mederi, sed hæc esse laqueos & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanũ decipere nititur. Et siquis hęc exercuerit, clericus degradetur, laicus anathematizetur. *Ex dictis Auguſt.*

De illis, qui salutem non à Saluatore, sed ab eius creatura requirunt Cap. XLI.

OMnis sapientia à domino Deo est, & apud illum fuit semper, & est ante æuum. Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies seculi quis dinumerabit? Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis mensus est? Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inuestigabit? Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudetiæ ab æuo. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. Qui enim sine saluatore salutẽ vult habere, & sine vera sapientia æstimat prudentem se fieri posse non sanus sed æger, non prudens sed stultus, in ægritudine assidua laborabit, & in cæcitate noxia stultus, & demens permanebit. Ac proinde omnis inquisitio, & omnis curatio quæ à diuinis & magis, vel ab ipsis dęmoniis in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda est, quàm vita. Et qui ea sectantur, si se non correxerint, ad æternam perditionem tendunt. Psalmista dicente: Omnes dij gentium sunt dæmonia. Qui per deceptos homines alios decipere quotidie gestiunt, vt perditionis suæ faciant eos esse participes. Itaque hæc vanitas magicarum artium, ex traditione angelorum malorum, in toto terrarum orbe plurimis seculis valuit per quandam scientiam futurorum & infernorum, & per inuentiones eorum inuẽta sunt aruspicia, augurationes & ipsa quæ dicuntur oracula, & Nicromãtia. *Auguſt. in libr. de ciuitate Dei.*

De eadem re. Cap. XLII.

NEc mirum de magorum præstigiis, quorum in tantum prodiere maleficiorum artes, vt etiam Mosi simillimis signis resisterent, vertentes virgas in dracones, aquas in sanguinem, cùm fertur etiam in gentiliũ libris, quod quæ- *Ex dictis eiuſdem.*

dam maga famosissima circe, socios vlixis mutauerit in be-
stias. Legitur & de sacrificio, quòd Arcades Deo suo Lic-
immolabant, ex quo quicunque sumerent, in bestiarum
mas conuerterentur. Sed hæc omnia magicis præstigiis
tius fingebãtur, quàm rerum veritate cõplerentur. Vt
ipsi errores ignorãtibus manifesti fiant de eorum propri-
tate atque inuentoribus iuxta traditionẽ maiorum pri-
dicere congruum arbitramur. Magi sunt, qui vulgo mal-
ob facinorum magnitudinẽ nuncupantur. Hi permissu
elementa concutiunt, turbant mentes hominũ minus
fidentium in Deo, ac sine vllo veneni haustu, violentia
tùm carminis interimunt. Vnde & Lucanus: Mens
nulla sanie polluta veneni, Incãtata perit. Dæmonibus
accitis audent ventilare, vt quisquis suos perimat mali-
tibus inimicos. Hi etiam sanguine vtuntur, & victimis
contingunt corpora mortuorum. Necromãtij sunt qui
præcationibus videntur resuscitati mortui diuinare,
interrogata respõdere. Necros enim, Græcè mortuus,
tia diuinatio nuncupatur. Ad quos suscitandos cadaueri
guis adiicitur. Nam amare dæmones sanguinem dicun-
ideoq; quoties Necromantia fit, cruor aquæ miscetur,
lore sanguinis facilius prouocantur. Hydromantij ab
dicti: est enim hydromantia in aquæ inspectione vn-
dæmonũ euocare, & imagines ludificationis eorum vi-
ibique ab eis aliqua audire. Vbi adhibito sanguine, in-
perhibentur sciscitari.

De eadem re. Cap. XLIII.

Ex dictis eiusdem.

IGitur genus diuinationis à Persis fertur allatum. V-
autem dicit diuinationis quatuor esse genera, terram
quam, aërem, & ignem. Hinc Geomãtiam, Hydromantiam
Aeromantiam, Pyromantiam, dictam autumant. Diuini-
cti sunt, quasi Deo pleni. Diuinitate enim plenos se esse
simulant, & astutia quadam fraudulenta hominibus
coniectant. Duo autem sunt genera diuinationis, ars &
ror. Incantatores verò dicti sunt, qui artem verbis per-
Arioli vocati sunt, propterea quod circa aras idolorum
farias preces emittunt, & funesta sacrificia offerunt, hi
celebritatibus dæmonum responsa accipiũt. Aruspices
cupati sunt, quasi horarũ inspectores. Dies enim &
in agendis negociis operibusque custodiunt; quò per

gula tempora obseruare debeat homo intendunt. Hi etiam exta pecudum inspiciunt, & ex eis futura prædicunt. Augures sunt, qui volatus auium & voces intendunt, aliaque signa rerum vel obseruationes improuisas hominibus occurrentes ferunt. Idem & auspices. Nã & auspicia sunt, quę iter facientes obseruant. Dicta autem sunt auspicia, quasi auium aspicia, & auguria, quasi auium garria, hoc est, auium voces & linguæ. Iam augurium quasi auigerium, quod aues gerunt. Duo autem sunt, genera auspiciorum: vnum ad oculos, alterum ad aures pertinens. Ad oculos scilicet volatus: ad aures vox auium. Pithonissæ à Pithio Appollinæ dictæ, quod is autor fuerit diuinãdi. Astrologi dicti sunt, eo quod in astris augurantur. Genethliaci appellati sunt propter nataliciorum considerationes dierũ. Geneses enim hominum per XII. signa cœli describuntur, syderumque cursus, nascentium mores, actus & euentus prædicare conantur, id est, quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat vitæ qui nascitur interpretantur. Hi sunt qui vulgo Mathematici vocantur. Cuius superstitionis genus constellationes Latini vocant, id est, notationes syderum, quomodo se habeant cùm quisque nascitur. Primùm autem idem stellarum interpretes magi nuncupabãtur, sicut de his legitur qui in Euangelio natũ Christũ annunciauerunt. Postea hoc nomine soli mathematici dicti sunt, cuius artis scientia vsq; ad Euangeliũ fuit concessa, vt Christo ædito, nemo exinde natiuitatẽ alicuius de cœlo interpretetur. Horoscopi dicti sunt, quod horas natiuitatis hominũ specularẽtur, dissimili & diuerso fato. Sortilegi sunt, qui sub nomine fictæ religionis, per quasdam quas sanctorum sortes vocant, diuinationis scientiam profitentur, aut quarum cunq; scripturarũ scientiæ inspectione futura promittunt. Salisatores vocati sunt: quia dum eis membrorum quæcunque partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste significari prædicũt.

De execrabilibus remediis quæ medici suis in præcantationibus faciunt Cap. XLIIII.

Ex dictis eiusdem.

AD hæc omnia supradicta pertinẽt & ligaturæ execrabiliũ remediorũ quæ ars medicorũ commendat, seu in præcantationibus, seu in caracteribus vel in quibuscunque rebus suspendendis atque ligandis. In quibus omnibus ars dæmonum est, ex quadam pestifera societate hominum

& angelorum malorum exorta. Vnde cuncta vitanda sunt Christiano, & omni penitus execratione repudiãda, atque damnanda. Auguria autẽ sunt auium. Hæc autem Phrygas primi inuenerunt. Præstigium verò Mercurius primus dicitur inuenisse. Dictum autem præstigium. quòd præstringat aciem oculorum. Aruspicinam artem primus Hetruscis tradidisse dicitur quidã Strages. Hic ex horis aruspicinam dictauit, & postea nõ apparuit. Nam dicitur fabulose, arante quodam rustico subito hunc ex glebis exiluisse, & aruspicinam dictasse, qua die & mortuus est. Quos libros Romani ex Hetrusca lingua in propriam mutauerunt. His ergo potentis, per dæmonum fallaciã illuditur curiositas humana, quando id impudenter appetunt scire, quod nulla ratione eis competit inuestigare. Ac ideo datur potestas immundis spiritibus, vt pervasa sibi apta, hoc est prauos homines, seducant illos qui spernunt veritatem & credunt mendacio, & iuxta Pauli sententiam: Sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros pruriẽtes auribus, & à veritate quidẽ auditũ auertãt, ad fabulas autẽ conuertentur. Onerati peccatis, ducũtur variis desideriis, semper discentes, & nunquam ad sciantiã veritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iamnes & Mambres restiterunt Mosi, ita & isti resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed vltrà non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Nec ideo quisquam credere debet, quolibet magicis artibus aliquid facere posse, sine permissu Dei, qui omnia quæ fiunt aut iusto iudicio facit, aut permissu suo ita fieri sinit. Quæ prædicti magi leguntur similia fecisse Mosi, qui virgam suam proiecit, & conuersa est in draconem, proiecerunt & ipsi singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones, sed deuorauit virga Aron virgas eorum. Non ergo fuerunt creatores draconum, nec magi, nec angeli mali, quibus ministrantibus illa operabantur. Insunt enim rebus corporeis per omnia elementa mundi quædam occultæ seminariæ rationes, quibus cùm data fuerit opportunitas temporalis atque causalis, prorumpunt in species debitas suis modis & finibus. Et tamen non dicuntur angeli, qui ista faciunt animalium creatores, sicut nec agricolæ segetum, vel arborum, vel quorumcunque in terra gignentiũ creatores dicẽdi sunt, quamuis nouerint

præbere quasdam visibiles opportunitates & causas, vt illa nascantur. Quòd autem isti faciunt visibiliter, hoc illi inuisibiliter. Deus verò solus vnus creator est, qui causas ipsas & rationes seminarias rebus inseruit. Præterea quidam quærendũ putant, quomodo scriptura narret Pithonissam Samuelem prophetam, suscitasse ad colloquiũ Saul impiissimi regis, si Pithonica diuinatio, errori magicæ artis deputanda sit. Quibus ita responderi potest, indignum omnino facinus esse, si secundum verba historiæ commodetur assensus. Quomodo enim poterat fieri, vt arte magica attraheretur vir, & natiuitate sanctus, & vitæ operibus iustus? Aut si non attractus est, consensit. Quod vtrũque de viro iusto credere aduersum est. Nullũ suffragium habet iustitia, si aut voluntarius amisit meritum spiritalis, quem positus in carne quæsiuerat. Quod valde absurdum est: quia hinc qui iustus recedit, permanet iustus. Porrò autem hoc est præstigium Satanæ, quo vt plurimos fallam, etiam bonos in potestate se habere cõfingat, quod Apostolus inter cætera ostendit, dicens: Ipse Satanas transfigurat se in angelũ lucis. Vt enim errorem faceret in quo gloriaretur, in habitu viri iusti, & nomine se subornauit, vt nihil proficere spem quam prædicabant Dei cultoribus mentiretur, quando hinc exeuntes iustos, finxit in sua potestate esse. Sed hoc quosdam fallit, quòd de morte Saul & filii eius non sit mentitus, quasi magnum sit diabolo ante occasum mortem corporis præuidere, cùm signa quædam soleat apparere morituris, quippe à quibus Dei protectio amota videtur: quantò magis diabolo quem angelica maiestate sublimẽ prophetica oracula fuisse testantur, de cuius magnitudine Apostolus ait: An ignoratis altitudinem Satanæ? Quid mirum ergo, si imminentem propè mortem potuit præuidere, cùm hoc sit vnde fallit, & se in Dei potestate vult adorari? Nam tanta hebetudine demens effectus est Saul, vt ad Pithonissam confugeret. Deprauatus enim causa peccat, ad hæc se contulit quæ damnauerat. Sed si quis propter historiam, & ea quæ verbis expressa sunt, putet non prætermittenda, ne ratio historiæ inanis sit, rectè faciat quidem, si tamen, minimè istud ad veri rapiat rationem, sed ad visum & intellectum Saul: neque enim reprobus factus, poterat bonum intellectum habere. Historicus

enim mentem Saul,& habitum Samuelis descripsit,ea quæ dicta & visa sunt exprimens,prætermittens,si vera an falsa sint. Quid enim ait,audiens,in quo habitu esset excitatus? Intellexit inquit,hunc esse Samuelem. Quid intellexerit,retulit: quia bene non intellexit,contra scripturam aërium adorauit,quàm dominũ,& putans Samuelem,adorauit diabolum, vt fructum fallaciæ suæ haberet Satanas. Hoc enim nititur, vt adoretur quasi Deus. Si enim vere Samuel illi apparuisset,nõ vtique vir iustus permisisset adorari,qui prædicauerat dominum solùm esse adorandũ & quomodo homo D i, qui cùm Abraham in refrigerio erat, dicebat ad virum pestilentiæ,dignum adorare gehennæ: cras mecum eris? His duobus titulis subtilitatem fallaciæ suæ prouidit improuidus Satanas: quia & adorari se permisit sub habitu,& nomine Samuelis contra legem & virum peccatis pressum, cùm magna distantia peccatorum & iustorum sit, cum Samuele iustissimo futurũ meritus est. Verùm potest videri, sed de Samuelis nomine decipiatur, quia Saul cum diabolo futurus erat. Ad eum enim transmigrauit, quem adorauit. Semper ergo diabolus sub velamine latens prodit se, dum ea confingit,quæ horum personis,per quas fallere nititur. Si autem quislibet nobis opponit ac dicit: quomodo eueniunt illa, quæ illi diuini prædicunt futura, aut quomodo possunt ægris prodesse medelã,aut sanis immittere ægritudinẽ, si aliquid proprijæ virtutis ac potestatis non habent? Hoc à nobis accipiat responsum quòd ideo quisquam non debet eis credere: quia aliquando eueniũt quæ prædicunt, aut sanare videntur languidos,vel lædere sanos: quia hoc permissu fit,vt ipsi qui hæc audiunt,vel vident,prohibentur,& ne credant quali fide sint, vel deuotione erga Deum. Sicut in Deuteronomio legitur Moyses verbo domini populo præcipisse ita dicens: Si surrexit in medio tui propheta aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum ac portentum, & venerit quod locutus est, & dixerit tibi Eamus,& sequamur deos alienos quos ignoras,& seruiamus eis, non audies verba prophetæ,aut somniatoris illius tentat vos dominus Deus vester, vt palàm fiat vtrum diligatis eum,an non. In toto corde, & in tota anima vestra dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete

mandata illius custodite, & audite vocem eius, ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis, &c. Vbi sanè intelligi voluit, etiam illa quæ à diuinantibus non secundum Deum dicuntur, si acciderint quæ dicuntur, non accipienda, vel etiam si fiant quæ præcipiuntur ab eis, aut colantur quæ coluntur ab eis. Nec præter suam potestatem Deus ostendit esse quod ista contingunt, sed quasi quæreretur cur ea permittat, causam tentationis exposuit. Ad cognoscendam vtique eorum dilectionem, vtrum eam habeant erga Deum suum. Cognoscendā verò ab ipsis potius, quàm ab illo, qui scit omnia, antequam fiant.

De natura dæmonum.
Caput XLV.

SCIENDVM verò est hanc dæmonum esse naturam, vt aërei corporis sensu terrenorum corporum sensum facilè præcedant, celeritate etiam, propter aërei corporis superiorem mobilitatem, non solùm cursus quorumlibet hominum, vel ferarum, verumetiam volatus auium incomparabiliter vincant. Quibus duabus rebus quantum ad aëreum corpus attinet præditi, hoc est, acrimonia sensus, & celeritate motus, multò ante cogitata prænunciant, vel nunciant, quæ homines pro sensus terreni tarditate mirentur. Accessit etiam dæmonibus per tam longum tempus, quo eorum vita protenditur, rerum longè maior experientia, quàm potest hominibus propter breuitatem vitæ prouenire. Per has efficacias quas aërei corporis natura sortita est, non solùm multa futura prædicunt dæmones, verumetiam mira multa faciunt. Quæ quoniam homines dicere ac facere non possunt, eos dignos quidam quibus seruiant, & quibus honores diuinos deferant, arbitrantur, instigante maximè vitio curiositatis propter amorem fœlicitatis falsæ, atque terrenæ, & excellentiæ temporalis. Qui autem se ab eis cupiditatibus mundant, nec eis se feriendos rapiendósq; permittunt, sed inquirunt, & amant aliquid quod eodem modo semper est, cuius participatione beati sint, primùm cōsiderāt non ideo sibi præponēdos esse dæmones, quod acriore sensu corporis præualent, aeris scilicet, hoc est,

Ex dictis eiusdem.

ſubtilioris clementi: quia nec ipſis terrenis corporibus bestias ſibi præponẽdas putant, quæ acrius multa perſentiũt: veluti ſagacem canem, quia latentem feram olfactu acerrimo ſic inuenit, vt ad eam capiendam ducatum quendã homini præbeat, non vtiq; prudentiore intellectu animi, ſed acutiore corporis ſenſu: vel vulturem: quia proiecto cadauere, ex prouiſa longinquitate aduolat, nec aquilam: quia ſublimiter volans, de tanto interuallo natãtem ſub fluctibus piſcem dicitur pręuidere, & grauiter illiſa exertis pedibus atq; vnguibus rapere: nec alia multa animantiũ genera, quæ inter herbas ſaluti ſuæ noxias paſcendo circumerrant, nec aliquid earũ quo lædantur, attingunt, cùm eas homo vix experiendo cauere didicerit, & multa innoxia, quòd ſint inexperta formidet, Vnde coniicere facilè eſt quantum poſſit in aëriis corporibus ſenſus eſſe acrior, nec ideo tamẽ dæmones, qui eo prædĩti ſunt, bonis hominibus præponendos prudẽs quiſque cenſuerit. Hoc & de corporum celeritate dicimus. Et hac enim præſtantia nõ ſolùm à volucribus homines, verum à multis etiam quadrupedibus ita ſuperantur, vt in eorùm cõparatione plumbei deputandi ſint, nec tamen ideo ſibi hæc animantium genera exiſtimant pręponenda, quibus capiendis & manſuefaciendis, atque in ſuæ voluntatis vſum, cõmodumq; redigẽdis non vi corporis, ſed rationis imperitant. Illã verò tertiam dæmonum potentiam, quòd diuturna rerum experientia, quemadmodum prænoſcant, atque prænũcient, multa deducerunt, ita contemnunt, qui hæc vigilanter curant à veriſſimæ lucis veritate diſcernere, vt nec malos ſenes plurũ expertos, & ob hoc quaſi doctiores, ideo probi adoleſcentes ſibi antecellere exiſtiment, vt nec medicos, nec nautas, nec agricolas, quos prauæ voluntatis, & iniquis moribus viderint, ideo putent ſibi eſſe præferendos, quòd illi de valetudinibus, illi de tempeſtatibus, illi de arbuſtorũ fructuum generibus multa ita prænunciant, vt harum rerum inperto diuinare videantur. Quod verò non ſolam quædam dæmones futura prædicunt, verumetiam quędam faciunt, pro ipſa vtique ſui corporis excellentia, cur non contẽnatur à prudẽtibus, cùm plerique iniqui ac perditi homines ita exerceant corpora ſua, tantaq; diuerſis artibus poſſint, vt ea qui hæc neſciunt, nec aliquando viderunt, etiam nar-

rata vix credant. Quàm multa funambuli, cæteriq; theatri artifices: quàm multa opifices, maximeq; mechanici mirãda fecerunt? Num ideo meliores sunt bonis, & sancta pietate præditis hominibus? Quę ideo commemorauimus, vt qui hęc sine peruicacia, & sine vana resistendi animositate considerat, simul cogitet, si de subiacẽti crassiore materia, vel suiquisque corporis, vel terræ, & aquæ, lapidum, atque lignorum, metallorumq; variorum tanta quidem homines possunt, vt eos illi qui hæc non possunt, plerunque stupendo in sui comparatione diuinos vocẽt, cùm quidã illorum sint artibus potentiores, quidam istorum moribus meliores: quãtò meliora & maiora pro subtilissimi corporis, hoc est, aërii facultate, ac facilitate dæmones possint, cùm tamen sint prauæ voluntatis, maximeque superbiæ fastu, & euidenti malitia spiritus immundi, atque peruersi. Quantum autem valeat aëris elementũ, quo eorum corpora prędualent ad multa visibilia visibiliter molienda, mouẽda, mutanda, atque versanda, longũ est nunc demonstrare, & putamus quòd vel mediocriter consideranti facilè occurrat.

De diuinatione dæmonum. Cap. XLVI.

Ex dictis eiusdem.

IGitur nunc primùm sciendum est, quoniãm de diuinatione dæmonum quæstio est, illos ea plerunque prænũnunciare, quæ ipsi facturi sunt. Accipiũt enim sæpe potestatem, & morbos immittere, & ipsum aërẽ vitiando morbidum reddere, & peruersis atque amatoribus terrenorum commodorum malefacta suadere: de quorum moribus certi sunt, quòd sint eis talia suadentibus consensuri. Suadẽt autem miris & inuisibilibus modis per illam subtilitatem corporum suorum, corpora hominum non sentientium penetrando, & se cogitationibus eorum per quædam imaginaria visa inisscendo, siue vigilantium, siue dormientium. Aliquando autem non quæ ipsi faciunt, sed quæ naturalibus signis futura prænoscunt, quæ signa in hominum sensus venire non possunt, ante prædicunt. Neque enim quia præuidet medicus quod præuidere nescit huius artis ignarus, ideo iam diuinus habendus est. Quid autem mirum, si quemadmodũ ille in corporis humani, vel perturbata, vel modificata tẽperie, seu bonas, seu malas futuras præuidet valetudines, sic dæmon in aëris affectione, atq; ordinatio-

ne sibi nota, nobis ignota, futuras præuidet tempestates. Aliquando & hominũ dispositiones, non solùm voce prolatas, verumetiam cogitatione conceptas, cùm signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt, atque hinc etiam multa futura prænunciant, aliis videlicet mira, qui ista dispositа non nouerunt. Sicut enim apparet concitatior animi motus in vultu, vt ab hominibus quoque aliquid forinsecus agnoscatur, quod intrinsecus agitur, ita nõ debet esse incredibile, si etiam leniores cogitationes dant aliqua signa per corpus, quæ obtuso sensu hominum cognosci non possunt, acuto autem dæmonum possunt. Hac atque huiusmodi facultate, multi dæmones futura prænunciant, cùm tamen ab eis longè sit altitudo illius prophetiæ, quam Deus per sanctos angelos & prophetas operatur. Nã si quid de illa Dei dispositione prænunciant, audiunt vt prænunciẽt, & cùm ea prædicãt, quæ inde audiũt, non fallunt: veracissima enim sunt angelica, & prophetica oracula. Sic autẽ indignãter accipiunt, quòd aliqua etiam talia dæmones audiant & prædicant, quasi aliquid indignum sit, vt quod ideo dicitur, vt hominibus innotescat, hoc nõ solùm boni, verumetiam mali taceant, cùm in ipsis hominibus etiam vitæ bonæ præcepta videamus pariter à iustis peruersisq; cantari, nec obesse aliquid, imò etiam prodesse ad maiorem notitiam, firmamque veritatis, cùm de illa etiam hi quicquid nouerũt dicunt, qui ei peruersis moribus contradicunt. In cæteris autem suis prædictionibus dæmones plærunque & fallunt & falluntur quidem: quia cùm suas dispositiones prænunciant, ex improuiso desuper aliquid iubetur, quod eorum consilia cuncta perturbat: velut si aliquid disponant quibet homines quibusq; potestatibus subditi, quod nõ prohibituros suos præpositos arbitrentur, idq; facturos se promittãt, at illi penes quos maior potestas est, ex alto superiore consilio hoc totum dispositum, atq; præparatũ repentè prohibeant. Falluntur etiã cũ causis naturalibus, sicut medici, & naturæ, & agricolæ, sed longè acutius, longeq; præstantius pro aëri coporis sensu solertiore & exercitatione prænoscunt: quia & hæc ab angelis Deo summa piè seruiẽtibus ex alia dispositione ignota, dæmonibus ex improuiso ac repentè mutantur, tanquam si aliquid

extrinsecus accedat quo moriatur, quem medicus veris salutis præcedêtibus signis, victarum esse promiserat. Aut aëris qualitate prouisa diu flaturum illum ventum nautarum aliqui prædixissent, cùm dominus Christus cum discipulis nauigans vt requiescere imperauit, & facta est trãquillitas magna. Vel si agricola illo anno fructificaturam vitem aliquam polliceatur, naturam vtique terræ & numeros seminum callens, quo tamen anno eam vel improuisa cœli intemperies arefeciat, ita multa etiam ad præsantiam prædictionemque dæmonum pertinentia, quæ minoribus & vsitatioribus causis futura præuidentur, eadem maioribus & occultioribus causis impedita mutantur. Fallunt autem etiam studio fallendi & inuidia voluntate: quia hominum errore latantur: Sed ne apud cultores suos pondus autoritatis amittant, id agunt, vt interpretibus suis, signorumque suorum coniectoribus culpa tribuatur, quando vel decepti fuerint, vel mentiti. Nonnunquam verò ipsi maligni spiritus & illusores hominum, atque inuisores salutis eorum, solent prædicere defectum culturæ suæ, & idolorũ ruinam, quatenus prescij videantur, quid in singulis regnis, aut locis venturum sit: & quid aduersi suæ factioni contingere possit. Quòd etiam illi qui gentilium historias legunt non ignorant. Quid ergo mirum, si iam imminente templorum & simulacrorum euersione, quàm prophetæ Dei summi tanto ante prædixerant, Serapis dæmon alicui cultorum suorum hoc de proximo prodidit, vt suam quasi diuinitatem recedens vel fugiens commẽdaret. Fugantur enim isti, vel etiam iussis superioribus colligati abstrahuntur & alienantur à locis suis, vt de rebus in quibus colebantur fiat voluntas Dei, qui hoc tanto ante per omnes gentes futurum esse prædixit, & vt per suos fideles fieret imperauit. Cur autem hoc non sineretur dæmon prædicere, cum sibi iam prænosceret imminere? Cùm hæc prædictio & in prophetis attestaretur, à quibus sunt ista conscripta, & prudentibus daret intelligi, quàm vigilanter esset dæmonum cauenda fallacia, cultusque fugiendus, qui cùm ante per tam longum tempus in templis suis hęc futura tacuissent, quæ per prophetas prædicta ignorare nõ possent, posteaquam appropinquare cœperunt, voluerunt ea quasi prædicere, ne ignari victique putarentur.

De eadem re. Cap. XLVII.

Ex dictis eiusdem.

CVM igitur tam longè ante prædictum esset, atque conscriptum, vt alia iterim taceamus, dicamus illud quod Sophonias propheta dicit: Prævalebit dominus aduersus eos, exterminabit omnes deos gentium terræ, & adorabunt eum, vnusquisque de loco suo, omnes insulæ gentium. Aut non credebant ista sibi euentura: quia in templis gentium colebantur, & hæc, ideo per suos vates & phanaticos frequentare noluerunt: aut cùm ea venturi certissimè scirent, ideo per sua templa tacuerunt, ne iam tunc inciperent ab hominibus intelligentibus deseriaque contemni: quòd de templorum & simulacrorum suorum futura euersione eis à prophetis attestaretur, quicquid coli prohibebãt. Nunc verò posteaquam tempus aduenit, quo complerentur vaticinia prophetarum Dei vnius, qui istos deos dicit, & vt colantur vehementissimè præcipit. Quum non hoc etiam ipsi compertum prædicere sinerentur, vt inde clarius appareret eos hæc anteà vel minime credidisse, vel suis cultoribus enunciare timuisse, in fine autem tanquam nihil amplius habentes quid agerent, & etiam ibi voluisse suam ostentare diuinitatem, vbi iam proditur diu simulasse diuinationẽ? Tamen nec ista ipsa quæ ab eis vix raro & clanculo proferuntur, mouere nos debent. Si cuiquam dæmonum extortum est, id prodere cultoribus suis quod didicerat ex eloquiis prophetarum, vel ex oraculis angelorum. Quòd cur non fieret, cùm hæc ista non sint oppugnatio, sed testatio veritatis? Illud enim quod solùm ab ipsis phanaticis flagitandum est, nec vnquam anteà protulerunt, nec vnquam posteà, nisi forte confictum proferre conabuntur, aliquid deos suos pergentes suos, contra Deum Israël ausos fuisse prædicere aut decere. De quo Deo doctissimi eorum autores, qui omnia illa legere ac nosse potuerunt, magis quæsiuerũt quis ipse esset, quàm Deum negare potuerunt. Porrò autem Deus iste quem nullus eorum negare ausus est verũ Deum: quia & si negaret non solùm subiaceret debitis pœnis, verum etiam certis conuinceretur effectibus. Iste ergo Deus quem primo, vt diximus, illorum negare ausus est verum Deum, illos falsos esse deos, & omnino deserendos, eorumque templa & simulacra & sacra euertenda per suos vates, hoc

est, prophetas, aperta denunciatio prædixit, aperta potestate præcepit, aperta veritate compleuit. Vnde quis est qui viq; adeò desipiat, vt non eum potius colendum eligat, quem coli non prohibent quos colebat? Quem proculdubio quum colere cœperit, illos vtiq; nõ est culturus, quos prohibet coli quem colit. Quòd autem ipsum essent culturæ gentes, exterminatis diis falsis quos anteà colebant, à prophetis eius esse prædictum paulò ante commemorauimus, & nũc repetamus. Præualebit, inquit, dominus eduersus eos, & exterminabit omnes deos gẽtium terræ, & adorabunt eum, vnusquisque de loco suo, omnes insulæ gentium. Neque enim solæ insulæ hic intelligendæ sunt, sed potius omnes gentes in his positæ adorant Deum. Nec mirum quandoquidem alibi non insulas nominat, sed vniuersum orbem terrarum, dicens: Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium: quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Hæc autem per Christum fuisse complenda, & aliis pluribus testimoniis, & in eodem ipso Psalmo vnde commemorauimus satis apparet. Cùm enim paulò superius futuram passionem suam per Prophetam ipse loqueretur, dicens: Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumeraueruntomnia ossa mea, ipsi verò considerauerunt & conspexerunt me diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem, paulò post infert illud quod posuimus: commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ, &c. quanquam & illud testimonium quod prius adhibui, vbi dictum est, præualebit dominus aduersus eos, & exterminabit omnes deos gentium terræ, in eo quod positum est, præualebit, satis ostendit etiam hoc prænunciatum, quod pagani prius oppugnaturi essent Ecclesiam, nomenque Christianum quantum valerent persequuturi, vt si fieri posset, de terra omnino deleretur. Et quia eos patientia martyrum, & magnitudine miraculorum, & consequente fide populorum erat superaturus, ideo sic dictum est, præualebit dominus aduersus eos. Non enim diceretur præualebit aduersus eos, nisi oppugnando illi resisterent. Vnde & in Psalmo ita prophetarum est: Vt quid fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astite-

runt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus dominum & aduersus Christum eius. Et paulò post dicit: Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam fines terræ. His atque huiusmodi propheticis documentis prædictum ostenditur, quod videmus impleri per Christum, fuisse futurum, vt Deus Israël, quem vnum verum Deum intelligimus, non in vna ipsa gente quæ appellata est Israël, sed in omnibus gentibus coleretur, & omnes falsos deos gentium & templa eorum, & à cordibus cultorum suorum amoliretur. Erant nunc isti, & adhunc contra Christianam religionem, contra verum Dei cultum, vanitates pristinas defensitare audeant, vt cùm strepitu pereant. Nam & hoc de illis prædictum est in Psalmis, dicente propheta: Sedisti super thronum, qui iudicas æquitatem. Increpasti gentes, & periit impius, nomen eorum delecti in æternum: & in seculum seculi. Inimici defecerunt frameæ & ciuitates eorum destruxisti. Periit memoria eorum cum strepitu, & dominus in æternum permanet. Necesse est ergo vt impleantur omnia hæc. Nec etiam illud quod adhuc audent ipsi pauci qui remanserunt vaniloquas suas ostentare doctrinas, & Christianos tanquam imperitissimos irridere, nos commouere debet, dum in eis impleri ea quæ prædicta sunt videamus. Ex quo enim fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania aduersus dominum, & aduersus Christum eius, quando ab eis fundebatur sanguis sanctorum, & vastabatur Ecclesia, vsque ad hoc tempus, & deinceps quotidie minuuntur. Nos autem, quos aduersus eorum opprobria & superbas irrisiones, fortissima reddunt oracula Dei, de hac quoque re audemus & gaudemus impleri. Sic enim nos alloquitur per prophetam: Audite me qui scitis iudicium populus meus, in quorum corde lex mea, opprobria hominum nolite metuere, & detractione eorum ne superemini, nec quod vos spernant magni duxeritis. Sicut enim vestimentum, ita per tempus absumentur, & sicut lana à tinea comedetur: iustitia autem mea in æternum manet. Attendendum est ergo atque omni studio cauendum, ne nostris temporibus in quibus videmus Christianam religionem

in toto orbe dilatatam, propter desidiam magistrorum, & inertiam doctorum, pauci illi qui adhuc super sunt confundant ritum culturæ veri Dei, & dæmoniacis illusionibus deprauati, diuinationes falsas in populo Dei agant, rusticos & imperitos seducentes, ita, vt deserta ipsa veritate, quæ lux est mundi, & illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundũ tenebrarũ harũ, quærant scientiam futurorum,& à deceptoribus hominum quærant salutem animarum, siue etiam corporum suorum. His enim præuaricationibus maximè irritatur Deus, & ad vindictam prouocatur. Vnde per Ezechielem cominatur dicens: Væ prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum,& nihil vident. Quasi vulpes in desertis, prophetæ tui Israël erant. Nunquid non visionem cassam vidistis, & diuinationem mendacem locuti estis, & dicitis: Ait dominus, cùm ego non sim locutus? Propterea hæc dicit dominus Deus: Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium, ideo ecce ego ad vos, ait dominus Deus: Et erit manus mea super prophetas qui vident vana, & diuinant mendacium: In concilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israël non scribentur, nec in terram Israël ingradientur. Ad doctores autem per eundem prophetam increpans eorum inertiam, ita loquitur dicens: Non ascendistis ex aduerso, neq; opposuistis murum pro domo Israël vt staretis in prælio in die domini. Et rursum: Væ inquit, pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos. Nónne greges pascuntur à pastoribus? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod cressum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, & quod fractum est non alligastis, & quod abiectum non reduxistis, quod perierat non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis & cum potentia, & dispersæ sunt oues meæ, eo quod non esset pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt. Hinc per Hieremiam dicitur: A minimo vsque ad maximum omnes auaritiam sequuntur; à prophetà vsque ad sacerdotem, cuncti faciunt mendacium. Et sanabant contritionem filiæ populi mei ad ignominiam, dicentes, pax pax, cùm non esset pax: confusi sunt: quia abominationẽ fecerũt. Idcirco hęc dicit domi-

nus exercituum Deus Israël: Ecce ego cibabo populũ istum absynthio, & potum dabo eis aquam fellis, & dispergam eos in gentibus quas non nouerunt, ipsi & patres eorum, & mittam post eos gladium donec consumantur. Qualiter ergo displiceat Deo omnipotenti pastorũ negligentia, & subditorum error, non solùm prophetica testimonia ostendunt, sed etiam facta antiquorum declarant, cùm in libro Regum legitur, quomodo malign⁹ spiritus deceperit Achab regem Israël per falsos prophetas, ita vt credens eis interierit, & quomodo Ochozias filius eius egrotans miserit, nuncios ad consulendum Beelzebub Deum Accaron, vtrum viuere atque cõualescere posset de infirmitate sua. Ob quod Helias propheta à Deo missus, increpat eum, ita dicens: Quia misisti nuncios ad consulendum Beelzebub Deum Accaron, quasi non esset Deus in Israël à quo posset interrogare sermonem, ideo de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. Mortuus est autem ipse iuxta sermonem domini quem locutus est Helias, & salutem quam quærebat non inuenit. Quapropter curandum summopere est omnibus modis, hoc est, prælatis & subditis, maioribus & minoribus, sacerdotibus & plebi, ne aliquem seducat per huiusce modi illusionem fraus, dolus, & nequicia hostis antiqui, ita vt à mendacibus velimus discere veritatem', & à pestiferis morbis mortisque autoribus quæramus infirmitatis nostræ remedium: sed magis ad Deum viuum & viuificatorem omnium confugiendo deuoto corde properemus, per orationes sacras, ieiunia & eleemosynas illum deprecantes, vt ipse propter benignitatem suam consulat seruis suis, eripiens nos de omnibus inimicis nostris, doceatque nos facere voluntatem suam, quia ipse est dominus Deus noster, spiritumq; suum bonum nobis tribuat, qui nos ducat in viã rectã, viuificetq; nos in æquitate sua, quatenus eius magisterio omni tẽpore vitæ nostræ gratũ seruitiũ ei exhibẽtes, post hãc vitam per eius gratiã mereamur beatitudinem possidere sempiternam.

De sacerdotibus & reliquis ecclesiasticis ordinibus qui magos, ariolos, aut diuinos consulunt.

Ex cõcil. Toletan. cap. 29.

Caput XLVIII.

SI quis episcopus, aut presbyter, siue diaconus, vel quilibet ex ordine clericorũ, magos, aut aruspices, aut ario-

los, vel sortilegos, aut eos qui profitentur artē aliquam, aut aliquos eorū similia exercentes cōsulens fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suæ depositus, monasteriū ingressus, ibique perpetuæ pœnitentiæ deditus, scelus admissum sacrilegij, luat.

De illis qui ad fascinum incantationes fecerint.

Caput XLIX.

SI quis præcantauerit ad fascinum, vel qualescunq; præcantiones excepto Symbolū & orationem dominicā. qui cantat, & qui cantatur, tres Quadragesimas in pane & aqua pœniteat. *Ex cōcil. Cabillo. cap. 5.*

Quòd dæmoniacum petras vel herbas sine incantatione liceat portare. Cap. L.

DAEmonium sustinenti licet petras vel herbas habere sine incantatione. *Ex dictis Hierony.*

Vt maledici nisi se corrigant regnum Dei non possideant. Cap. LI.

APostolus dicit: Neq; maledici regnū Dei possidebunt. Si quis hoc peccatū admiserit, tam grande pœniteat, quàm grande perpetrauit scelus, quod à regno Dei non separetur. *Apostolus dicit.*

De illis qui murmurant. Cap. LII.

SI quis murmurans extiterit, videat ne pœnam murmurantium incurrat, de qua Apostolus dicit: Neque murmurauerit is sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Iuxta mensuram opusque peccati: quia in hoc sententia Apostoli pleniter declaratur, sacerdotis iudicio pœniteat. *Ex cōcil. Mogūti cap. 8.*

De eadem re. Cap. LIII.

QVi contentiosus aut murmurans extiterit, secundum arbitrium prioris ita pœniteat, qualiter culpæ qualitas extat. *Ex eodē.*

De eadem re. Cap. LIIII.

APostolus dicit: Omnia facite sine murmurationibus. Alienus sit à fratrum vnitate qui murmurat, & opus eius abiiciatur. *Apostolus dicit.*

De contentiosis Cap. LV.

SI quis videtur contentiosus esse, dicente Apostolo: nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei, si quis hoc facit notetur vsquequo corrigatur. *Ex decr. Hylarij pap. c. 15*

De illis qui in lingua lasciui fuerint. Cap. LVI.

Ex pœnitentiali Theodo. SI quis lasciuus in lingua fuerit, triduana pœnitentiæ pietur.

De illis qui per odium dissidentes extiterint. Caput LVII.

Ex dictis S. Isidor. SI quis discors & litigans, & per odium dissidens exti rit, quousque ad concordiam redeat, à conuentu & cietate Ecclesiæ, vt canones iubent, alienus existat.

De illo qui odio habet aliquem, & ad pacem reuerti noluerit. Cap. LVIII.

Ex eodē. SI quis odio habet aliquem ita vt ad pacem reuerti velit, sicut sancti patres statuerunt, excommunicet & ab Ecclesia separetur, donec reconcilietur.

De eadem re. Cap. LIX.

Ex decr. Fabiani pap. ca. 3 SI quis contristatus noluerit reconciliari satisfacien eo qui contristauit, acerrimis maceretur inediis, vsq dum gratanti animo satisfactionem recipiat.

De eadem re. Cap. LX.

Ex eodē. SI quis non vult recōciliari fratri suo quem odio habe tamdiu in pane & aqua pœniteat, vsq; dū recōcilietur

De eadem re. Cap. LXI.

Ex cōcil. Agatēsi cap. 7. PLacuit etiam, vt sicut plerunque fit, vt quicunque a longinqua inter se lite discesserunt, & ad pacem uocari diuturna intentione nequiuerint, de Ecclesiæ co iustissima excommunicatione pellantur.

De illis qui contentiones & rixas amauerint Caput LXII.

Ex eodē. cap. 5. SI quis contentiones vel rixas amauerit, vel manifestu conuitium fratri intulerit, iuxta arbitrium rectoris a dumque peccati, diuturna expietur pœnitentia.

De illis qui faciles sunt ad detrahendum. Caput LXIII.

Ex eodē. cap. 10. SI quis promptus facilisque est ad detrahendum, dicēd que quod verum non est, VII. dies in pane & aqua, segr stratus à fraterno consortio, pœniteat.

Ex epist. Calist. papæ ad oēs Galliæ episcopos *De illis qui contra episcopos suos conspirauerint Caput LXIIII.*

COnspirationum verò crimina vestris in partibus re gere audiuimus, & plebes contra episcopos suos con spirare nobis mandatum est. Cuiuis criminis astutia non

solùm inter Christianos abominabilis est, sed etiam inter ethnicos, & ab exteris lege prohibita. Et idcirco huius criminis reos, non solùm Ecclesiasticæ, sed etiam seculi damnant leges: & nō solùm conspirantes, sed & consentientes eis. Antessores verò nostri quàm plurima turba episcoporum, quicunque eorum in sacerdotali ordine sunt constituti aut existunt clerici, honore quo vtuntur carere præceperunt: cæteros verò communione priuari, & ab Ecclesia extorres fieri iusserunt, & non solùm facientes, sed eis consentientes.

De eadem re. Cap. LXV.

QVisquis per dolum mittit manum suam in Christum domini, episcopum videlicet, patrē & pastorē suum: quia sacrilegium committit, & qui Ecclesiam Dei deuastat, & incendit: quia & hoc sacrilegium est, placuit sanctæ synodo vt in vno loco, id est, in monasterio pœniteat omnibus diebus vitæ suæ. *Ex cōcil. Tungrē. cap. 5.*

De clericis maledicis. Cap. LXVI

CLericus maledicus, maximè à sacerdotibus cogatur ad postulandam veniam. Si noluerit, degradetur, nec vnquam ad officium, absque satisfactione reuocetur. *Ex ōcil. Cartha. cap. 57.*

De illis qui detrarunt suis prioribus. Cap. LXVII.

SI quis detraxerit qui ei præest, VII. dies à conuentu Ecclesiæ separatus, vt Maria soror Aaron quæ detraxit Mosi, pœniteat. *Ex dictis Basilii epiſcopi.*

De clericis vel monachis coniurantibus vel conspirantibus contra episcopum suum. Cap. LXIX.

SI qui ergo clerici vel monachi reperti fuerint coniurantes aut conspirantes, aut insidias ponentes episcopis, aut clericis, gradu proprio pœnitus abiiciantur. *Ex cōcil. Chalced. cap. 19.*

De eadem re. Cap. LXVIII.

IGitur si clerici aut monachi inuenti fuerint coniurati, aut perconiurationem calumniam machinātes episcopis vel clericis, proprium amittant gradum.

FINIS Libri decimi.

INDEX

CAPITVLORVM

Libri Vudecimi.

De sede episcoporum, cur in Ecclesia altius ceteris sedere debeant. Cap.

De Episcopus cùm excommunicare, vel anathematizare aliquem pro certis & manifestis sceleribus dispositum habet, post lectionem Euangelij clerum & plebem ita debet alloqui.

Prima excommunicatio.

Item excommunicationis allocutio.

Excommunicatio secunda.

Item tertia excommunicatio.

Excommunicatio quarta.

Reconciliatio excommunicati.

Ne episcopi præcipites sint aliquem excommunicare.

De eadem re.

De eadem re.

Vt nullus grauiter ferat, cuius parochianus ab alio episcopo pro certa culpa excommunicatus fuerit.

De illis qui in parochia consistentes aliquid contra Deum fecerint, quoties ab episcopo ad emendationem vocati debeant.

De eadem re.

Quòd aliud sit peccare in Deum, aliud in hominem.

De eadem re.

Quòd sanctũ sanctorũ sit quicquid domino offeratur.

De illis qui Christi pecunias auferunt vel rapiunt.

De eadem re.

De eadem re.

De eadem re.

De eadem re.

De his qui domum Dei contemptibilem ducunt.

De eadem re.

Vt res ablatæ cum multiplicatione restituantur. xxv.
Quòd ecclesiasticarum rerum incendia,& deprædationes pro emunitate sint emendandæ. xxvi.
De rebus ecclesiasticis,quomodo restitui debeant. xxvii.
Quòd sacrilegi sint Ecclesiarum prædones. xxviii.
De eadem re, xxix.
De his qui truncationes memborũ,deprædationes,& domorum incendia fecerint. xxx.
Quòd cum excommunicato orare non liceat. xxxi.
De eadem re. xxxii.
De eadem re. xxxiii.
De eadem re. xxxiiii.
De eadem re. xxxv.
De eadem re. xxxvi.
De eadem re. xxxvii.
De eadem re. xxxviii.
De eadem re. xxxix.
De eadem re. xl.
De eadem re. xli.
De eadem re. xlii.
De eadem re. xliii.
De eadem re. xliiii.
De illis qui ex alia parochia sunt, & deprædationes faciunt. xlv.
De illis qui defendunt delinquentes. xlvi.
De illis qui intra annum causam suam tractare neglexerint. xlvii.
De eadem re. xlviii.
Vt notentur excommunicatorum nomina,& in foribus Ecclesiæ præfigantur. xlix.
De episcopo qui ante damnati absolutionem obierit. l.
De illis qui excommunicati moriuntur. li.
De edem re. lii.
De furibus & furtis. liii.
De eadem re. liiii.
De eadem re. lv.
De eadem re. lvi.
De eadem re. lvii.
De eadem re. lviii.
De eadem re. lix.

De eadem re. lx.
De eadem re. lxi.
De seruo, qui fugerit dominum suum. lxii.
De clericis, si in demolendis sepulchris comprehensi fuerint. lxiii.
De clericis aut monachis, si furtum fecerint. lxiiii.
De illis qui de ministerio Ecclesiæ aliquid furati fuerint. lxv.
De monachis, si de furto infamati fuerint, quomodo se purgare debeant. lxvi.
De illis qui colonorum flagella defendunt. lxvii.
De episcopis, qui apud Romanam sedem accusati fuerint quòd cum excommunicatis communicarent. lxviii.
De episcopis, qui sibi subiectos seducunt, communicant cum excommunicatis. lxix.
De eadem re. lxx.
De episcopis, vt non sint malum exemplum populo. lxxi.
De correctione episcoporum, qui cum excommunicatis communicauerunt. lxxii.
De his qui contemnunt bannum ab episcopis impositum. lxxiii.
De eo, pro quibus causis quemlibet hominem anathematis vinculo ligari oporteat. lxxiv.
De illis qui furtum & rapinam exercuerint. lxxv.
De illis qui in patibulis suspenduntur. lxxvi.
De episcopis, qui cum excommunicatis cõmunicauerint. lxxvii.
De clericis, qui fugerint Ecclesias suas, & de seruis qui dominos proprios fugerint. lxxviii.

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMAciensis Episcopi, de Excommunicatione, Decretorum Liber XI.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de Excõmunicatione, eiusq; neglectu & contemptu, de furibus & prædonibus, deq; sacrarum ædiũ incensoribus, ac deprædatoribus, agitur.

De sede Episcoporum, cur in Ecclesia altius cæteris sedere debeant. Cap. I.

QVOD AVTEM sedes episcoporũ in Ecclesię excelsæ constitutæ, & prępparatę inueniuntur in throno, speculationem, & potestatem iudicandi, & soluẽdi, atque ligandi à domino sibi datam materiæ docent. Vnde ipse Saluator in Euangelio ait: Quæcunq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo. & alibi: Accipite spiritũ sanctum, quorũ remiseritis peccata, remittũtur eis: & quorum retinueritis, retẽta erunt. Ideo ista prætulimus, chariſſimi, vt intelligatis potestatem Episcoporũ vestrorum, in eisq; dominũ veneremini, & eos vt animas vestras diligatis, & quibus illi non cõmunicãt, non cõmunicetis, & quos eiecerint, non recipiatis Valde enim timenda est sententia episcopi, licet iniustè liget, quòd tamen summopere præuidere debet. *Ex epist. Vrbani papæ.*

Episcopus cùm excõmunicare vel anathematizare aliquem pro certis & manifestis sceleribus dispositum habet, post lectionẽ Euangelii, clerum & plebem ita debet alloqui. Cap. II.

NOuerit charitas vestra, fratres mei, quòd quidam vir nomine N. diabolo suadente postponens Christianã *Ex cõcil. Rotoma. cap. 3.*

promissionem,quam in baptismo professus est, per apostasiam conuersus post Satanam,cui abrenunciauit, & omnibus operibus eius,vineam Christi, id est, Ecclesiã eius deuastare, & deprædari non pertimescit,pauperes Christi quos precioso sanguine suo redemit, violenter opprimens & interficiens,& bona eorum diripiens. Vnde, quia filius huius nostræ Ecclesiæ(cui Deo authore præsidemus)esse debuerat esse: quia in ea per aquam & spiritum sanctũ renatus est, & inter adoptiuos filios Dei adnumeratus, quia modò filius diaboli sit imitando diabolum,soliciti ne per negligentiam pastoralem aliqua de ouibus nobis creditis deperiret,pro qua in tremendo iudicio ante principẽ pastorum dominum nostrum Iesum Christnm rationem reddere compelleremur,iuxta quod ipse terribiliter nobis minatur,dicens:Si nõ annunciaueris iniquo iniquitatem suam,sanguinem eius de manu tua requiram, Misimus ad eum presbyterum nostrum,& literas cõmonitorias semel & iterum,atque tertiò,inuitantes eũ canonicè ad emendationem,& satisfactionem,& pœnitẽtiam,corripientes eum paterno affectu.Sed ipse prohdolor diabolo cor eius inflammante,monita salutaria spreuit,& in incœpta malitia perseuerans Ecclesiæ Dei quam læsit, superbiæ spiritu inflatus,satisfacere dedignatur.De talibus itaque transgressoribus,& sanctæ religionis pacisq;,quam Christus suis discipulis dedit,atque reliquit,violatoribus,præcepta diuina & apostolica habemus,quibus informamur,quid de huiusmodi præuaricatoribus agere nos oporteat. Ait enim dominus in Euangelio: Si peccauerit in te frater tuus,corripe eum.Fratres,in vnumquẽq; nostrum peccat,qui in sanctam Ecclesiam peccat. Si enim sancta Ecclesia vnum corpus est,cuius corporis caput Christus est,singuli autem membrum alter alterius membra: & si cùm patitur vnũ mẽbrum compatiũtnr omnia membra: proculdubiò in nos peccat qui membra nostra lædit.Iubet ergo dominus,vt frater qui est,Christianus in nos peccans,primò secretè corripiatur, deinde cum testibus redarguatur:nouissimè in conuentu Eccleſiæ publicè conueniatur. Quòd si has tres commonitiones,& pias correptiones contemnit,& satisfacere despicit,post hæc sit tibi,inquit,sicut ethnicus & publicanus, id est, gentilis atque paganus, vt non iam pro Christiano

sed pro pagano habeatur. Et in alio loco, membrum quod à sua compage resoluitur, & à iunctura charitatis dissociatur, & omne corpus scandalizat, dominus, & abscindi, & proiici iubet, dicens: Si oculus, manus, vel pes tuus scandalizat te, erue eum, & proiice abs te. Et Apostolus: Auferte, inquit, malum à vobis. Et iterũ: Si quis frater nominatur, & est fornicator, aut adulter, aut homicida, aut rapax, cum huiusmodi, nec cibum sumere licet. Et Ioannes dilectus præ cæteris Christi discipulus, talem nefarium hominem salutare prohibebat, dicens: Nec ei aue dixeris, neq; eum in domum receperis. Qui enim ei aue dicit, communicat operibus eius malignis. Dominica itaque atque apostolica præcepta adimplentes membrum putridum & insanabile, quod medicinam non recipit, ferro excommunicationis à corpore Ecclesiæ abscindamus, ne tam pestifero morbo reliqua membra corporis, veluti veneno inficiantur.

Prima excommunicatio. *Cap.* *III.*

IGitur quia monita nostra, & crebras exhortationes contemnit, quia tertiò secundum dominicum præceptum vocatus ad emendationem, & pœnitentiam venire despexit: quia culpam suam necdum cognouit, nec cõfessus est, nec missa nobis legatione, qui causam ipsius exquirimus: quia noster parochianus est, veniã postulauit: quia in cœpta malitia diabolo cor eius indurante perseuerat, & iuxta quod Apostolus dicit: Secũdum duritiã suam, & cor impœnitens thesaurizat sibi iram in die iræ: idcirco nos eum cum vniuersis complicibus & communicatoribus, fautoribusq; suis, iudicio Dei omnipotentis, patris, & filii, & spiritus sancti, & beati Petri principis apostolorum, & omnium sanctorum, necnon & nostrę mediocritatis authoritate, & potestate nobis diuinitus collata ligandi & soluendi in cœlo, & in terra, à precioſi corporis & sanguinis domini perceptione, & à societate omnium Christianorũ separamus, & à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ in cœlo, & in terra excludimus, & excommunicatum, & anathematizatum esse decernimus, & damnatum cum diabolo & angelis eius, & omnibus reprobis in igne æterno iudicamus, nisi fortè à diaboli laqueis resipiscat, & ad emendationem & pœnitentiam redeat, & Ecclesię Dei

Ex eodẽ, cap. 4.

quã læsit, satisfaciat. Et respondeant omnes tertiò, amen aut, fiat, fiat, aut, anathema sit. Debent enim XII. sacerdotes episcopũ circunstare, & lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis, vel excommunicationis proiicere debent in terram, & conculcare pedibus. Post hæc episcopus plebi ipsam excommunicationem communibus verbis debet explanare, vt omnes intelligant quàm terribiliter damnatus sit, & vt nouerint, quòd ab illa hora in reliquum, nõ pro Christiano, sed pro pagano habẽdus sit: & qui illi quasi Christiano communicauerit, aut cùm mãducauerit, aut biberit, aut cum osculatus fuerit, aut cum eo colloquium familiare habuerit, nisi fortè ad satisfactionem & pœnitentiã eum prouocare studuerit, aut in domo sua eum receperit, aut simul cũ eo orauerit, procul dubiò similiter sit excõmunicatus. Deinde epistolæ per byteris per parochias mittãtur, continentes modum excommunicationis. In quibus iubeatur, vt dominicis diebus lectionẽ Euangelii plebibus sibi commissis publicè annuncient ipsam excommunicationem, vt ne quis per ignorantiam communicet excõmunicato. Oportet etiam, vt ab episcopis ipsa excõmunicatio manifestetur. Præcipit Toletanum concilium, vt inuicem mox scripta percurrant per omnes prouinciæ episcopos quoscunque adire potuerint, vt excommunicatus audiatur. Seniori etiam ciuitatis excommunicatio debet nota fieri.

Item excommunicationis allocutio. Cap. III.

Ex cõcil. Aurelia. cap. 1.

AVdistis dilectissimi, quanta & quàm horrida prauitatis ac iniquitatis opera. N. à diabolo instigatus perpetrare non timuerit, & quomodo per apostasiam à nostra Christianæ religionis cultu prophana mente recesserit. Audistis quemadmodum canonicè ad satisfaciendũ excommunicatus sit, sed venire distulerit, quomodo frequenter admonitus, vt resipiscceret à diaboli laqueis, quib⁹ tenetur adstrictus, saluberrimas admonitiones obduratis auribus cius audire contẽpserit. Dominus dicit in Euãgelio, de tali contumaci fratre, qui ecclesiasticã renuit susc ipere correptionem: Si Ecclesiam non audierit, sit tibi, inquit, sicut ethnicus & publicanus, id est, iam no est cõputandus inter Christianos, sed inter paganos. Hinc Paulus domini & magistri doctrinam sequens, Corinthios redarguit, quare cum

criminosis ac sceleratis cõmunionem haberent dicens: Vos inflati estis,& non magis luctum habuistis, vt tollatur vir de medio vestrum,id est,separetur à vestro consortio, qui tale scelus operatus est. Et adiungit: Ego quidẽ absens corpore,præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens eum qui sic operatus est,in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis vobis in vnum,& meo spiritu cum virtute domini mei Iesu,tradere huiusmodi Satanæin interitum carnis. Et post pauca: Scripsi vobis,ne commisceamini fornicariis. Et statim infert: Si is qui frater appellatur, id est, Christianus,fornicator est, aut rapax,cum huiusmodi nec cibum sumere. Et alibi: Auferte malum ex vobis. Et,infidelis si discedit,discedat. Vna enim ouis morbida,omnem gregem contaminat. Et modicum fermentum totam massam corrumpit, & plerunque vnum membrum putridum totum corpus inficit. Et ideo tam pernicioſa pestis à corpore Ecclesiæ radicitus euellatur.

Excommunicatio secunda. Cap. V.

Ex eodẽ concilio.

DOminicis igitur atque apostolicis informati præceptis,iudicio patris, & filij eius dñi nostri Iesu Christi,& spiritus sancti,& autoritate & potestate apostolis apostolorumq; successoribus à Deo concessa,vna vobiscum prædictũ pessimum virũ à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ excludimus,& ab omni societate & cõmunione Christiana separamus,separatumque esse in æternum decernimus,id est,& præsenti seculo,& in futuro. Nullus ei Christianus aue dicat,aut eum osculari præsumat. Nullus presbyter Missam cum eo celebrare audeat, vel sacrosanctum corpus & sanguinem domini tradere. Nemo ei iungatur in cõsortio,neque in aliquo negocio. Et si quis ei se sociauerit & communicauerit eius operibus malignis, nouerit se simili percussum anathemate, his exceptis qui ob hanc causam ei iunguntur vt cùm reuocent ab errore,& prouocent ad satisfactionem, nisi fortè resipuerit, & Dei gratia inspirãte ad pœnitẽtiæ remediũ cõuersus fuerit, & digna emẽdatione Ecclesiæ Dei quã læsit humiliter satisfecerit.

Item tertia excommunicatio. Cap. VI.

Ex cõcil. Turonẽ. cap. 2.

CAnonica instituta, & sanctorum patrum exempla sequẽtes,Ecclesiarum Dei violatores, videlicet,rapto-

res, de prædatores, & homicidas. N. in nomine patris, & filij, & virtute ſpiritus ſancti, necnon autoritate epiſcopi per Petrum principē apoſtolorū diuinitus collata, à ſanctæ matris Eccleſiæ gremio ſegregamus, ac perpetuæ maledictionis anthemate condemnamus. Sintq; maledicti in ciuitate, maledicti in agro, maledictū horreum eorum, & maledictæ reliquiæ illorum, maledictus fructus vētris eorum, & fructus terræ illorum. Maledicti ſint ingredientes, & maledicti ſint egredientes. Sintq; in domo maledicti, in agro profugi, veniantq; ſuper eos omnes illæ maledictiones quas dominus per Moſen in populū diuinæ legis prauaricatorem ſe eſſe miſſurum intentauit, ſintq; anathema maranatha. i. pereant in ſecundo aduentu domini. Nullus eis Chriſtianus aue dicat. Nullus presbyter Miſſam cum eis celebrare præſumat, vel ſanctam communionem dare. Sepultura aſini ſepeliantur, & in ſterquilinium ſint ſuper faciem terræ. Et ſicut hæ lucernæ de manibus noſtris proiectæ hodie extinguuntur, ſic eorum lucerna in æternum extinguatur: niſi fortè reſipuerint. & Eccleſię Dei quā læſerūt per emēdationē & condignā pœnitētiā ſatisfecerint.

Excommunicatio quarta. *Cap. VII.*

Ex cōcil. Arauſic. cap. 5.

CAnonica inſtituta, & ſanctorum patrum exempla ſequentes, Eccleſiarum Dei violatores. N. autoritate Dei, & iudicio ſancti ſpiritus à gremio ſanctæ matris Eccleſiæ, & à conſortio totius Chriſtianitatis eliminamus, quouſque reſipiſcant, & Eccleſiæ Dei ſatisfaciant.

Reconciliatio excommunicati. *Cap. VIII.*

Ex eodē.

CVM aliquis excommunicatus, vel anathematizatus, pœnitentia ductus veniam poſtulat, & emendationem promittit, epiſcopus qui eum excommunicauit, ante ianuas Eccleſiæ venire debet, & duodecim presbyteri cum eo, qui eum hinc inde circunſtare debent. Vbi etiam adeſſe debent illi, quibus iniuria, vel damnum illatum eſt. Et ſi ſecundum leges diuinas oportet damnum cōmiſſum emendari, aut ſi iam emendatum eſt, eorum teſtimonio comprobari. Deinde interroget epiſcopus, ſi pœnitentiā iuxta quod canones præcipiunt pro perpetratis ſceleribus ſuſcipere velit. Et ſi ille terræ proſtratus veniā poſtulat, cui-

pam confitetur, pœnitentiam implorat, de futuris cautelã spondet, tunc episcopus septem Psalmos decantet, cum istis precibus. kyrieleeson. Pater noster.

Saluum fac seruum tuum,
Deus meus sperantem in te.
Mitte ei domine auxilium de sancto,
Et de Sion tuere eum.
Nihil proficiet inimicus in eo,
Et filius iniquitatis non ap. &c.
Esto ei domine turris fortitudinis,
A facie inimici.
Domine exaudi orationem meam,
Et clamor meus ad te veniat.
Dominus vobiscum,
Et cum spiritu tuo.

Oremus. Oratio.

PRæsta quæsumus domine huic famulo tuo dignum pœnitentiæ fructum, vt Ecclesiæ tuæ sanctæ à cuius integritate deuiarat peccando, admissorum veniam consequendo reddatur innoxius. Per dominum.

Item alia.

MAiestatem tuam quæsumus domine sancte pater omnipotens æternæ Deus, qui nõ mortem sed peccatorum vitam semper inquiris, respice flentem famulum tuum, attende prostratum, eius planctum in gaudium tuæ miserationis conuerte, scinde delictorum saccum, & induc eum lætitiam salutarem, vt post longam peregrinationis famẽ de sanctis altaribus satietur, ingressusque cubiculum regis, in ipsius aula benedicat nomen gloriæ tuæ semper, Per dominum.

Tunc episcopus apprehensa manu eius dextera in Ecclesiam eum introducat, & ei cõmunionem & societatẽ Christianam reddat, & hanc orationem dicat.

DEus misericors, Deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas, venia remissionis euacuas, respice super hunc famulum N. & remissionem sibi omnium peccatorum toto cordis confessione poscentẽ deprecatus exaudi, innoua in eo piissime pa-

ter, quicquid diabolica fraude violatũ est, in vnitate corporis Ecclesiæ tuæ, miserere domine gemituum eius, miserere lachrymarum eius, & non habentem fiduciam eã in tua misericordia, ad sacramentum reconciliationis admitte. Per dominum nostrum.

POst hæc secundum modum culpæ pœnitentiam ei iniungat, & literas per parochiam dirigat, vt omnes noverint eum in societate Christiana receptum. Aliis etiam episcopis hoc notum faciat. Nullus autem episcopus alterius parochianum excommunicare vel reconciliare præsumat, sine conscientia vel consensu proprij episcopi.

Ne episcopi præcipites sint aliquem excommunicare. *Cap. IX.*

Ex epist. Euarist. papæ, ca. 3.

DEus omnipotens, vt nos à præcipitantis prolationes sententiæ compesceret, quum omnia nuda & aperta sint oculis eius, mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, priusquam manifesta agnosceret, quæ dicebantur. Vnde ait: Descẽdam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, an non est ita, vt sciam. Cuius exemplo monemur, ne ad proferendam sententiam vnquam præcipites simus, aut temerè indiligenterque indiscussa quæque quoquo modo iudicemus.

De eadem re. *Caput X.*

Ex synodo Meldẽsi, ca. 3.

VT nemo episcoporum quemlibet sine certa & manifesta peccati causa, communione priuet ecclesiastica. Sub anathema autem sine conscientia archiepiscopi aut coepiscoporum, episcopus nullum ponat, nisi vnde canonica docet autoritas: quia anathema æterna est mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine, & illi qui aliter non potuerit corrigi.

De eadem re. *Caput XI.*

Ex cõcil. Agathen. cap. 4.

EPiscopi verò si sacerdotali moderatione posthabita innocente aut in minimis causis culpabiles excommunicare præsumpserint, & ad gratiam festinantes recipere fortassè noluerint, à vicinis episcopis cuiuslibet prouinciæ literis moneantur, & si parcere noluerint, à communione confratrum vsque ad proximam synodum suspendantur, & ibi rationem profecto dent, ne fortassè excommunicatores, peccatum excommunicati lõgo tempore morte præueniatur.

Vt nullus grauiter ferat cuius parochianus ab alio episcopo pro certa culpa excommunicatus fuerit. Caput XII.

PLacuit etiam pro communi vtilitate,& instanti necessitate,vt nullus episcoporum grauiter ferat, si eius parochianum, pro deprædationis causa, alter episcopus excommunicauerit. *Ex conci. apud Cõpendium, cap. 5.*

De illis qui in parochia consistentes aliquid contra Deum fecerint,quoties ab episcopo ad emendationem vocari debeant. Caput XIII.

EPiscopus in cuius parochia aliquis consistens, aliquid iniustè fecerit, semel & bis, atque tertiò, si necesse fuerit, vocabit illum sua admonitione per suum nuncium canonicè ad emendationem siue compositionem, & ad pœnitentiam,vt Deo & Ecclesiæ satisfaciat quam læsit. Si autem despexerit atque contempserit eius admonitionẽ, & saluberrimam inuitationem, feriat illum pastorali virga,hoc est,sententia excommunicationis,vt à communione sanctæ Ecclesiæ omniumque Christianorum sit separatus, vsque ad congruam satisfactionem & dignam emẽdationem. Quam excommunicationem debet idem episcopus seniori illius notam facere,& omnibus suis coëpiscopis, & omnibus suis parochianis ne eum recipiant vsque ad dignam satisfactionem. *Ex cõcil. Meldẽsi, cap.3.*

De eadem re. Cap. XIIII.

EPiscopus qui eos quolibet munere vel fauore aut negligentia monere aut excommunicare distulerit, qui contra Deum & Ecclesiæ pacẽ faciunt,vt aut reuertentes suscipiat,aut contẽnentes de Ecclesia eiiciat,excommunicatus habeatur à collegio cæterorum, quousq; vel emendationis,vel dãnationis eorũ ab eo sentẽtia promulgetur. *Ex eodẽ, cap.6.*

Quòd aliud sit peccare in Deũ,aliud in hominẽ. Cap.XV.

ATtendendum est qòud dominus dicit: Si peccauerit in te frater tuus. Aliud est peccare in nos,aliud peccare in Deum. Si in nos aliquis peccauerit, non est nostri arbitrij. Scriptum quippe est:Si peccauerit vir in virum, placari potest ei Deus Si autem in Deũ peccauerit, quis orabit pro eo? Nos ècontrario in Dei iniuria benigni & misericordes sum⁹,& Dei offẽsam,quasi in nostra pote- *Ex dictis Augustꝰ.*

ſtate ſit eius velle,& eius nolle,impunè abſque congruenti pœnitentiæ vindicta donamus:quum tamen quod in nobis commiſſum eſt, nec ſaltem verbum contumelioſum leuiterq; prolatum ſine vindicta pertranſire patimur. Dimittamus ergo propter Deum quod in nobis perpetratũ eſt, & quod in Deo commiſſum eſt:quia dimittere non poſſumus, iuxta conſtitutionem ſanctorum patrum, ſecundum canonicam autoritatem vindicemus.

De eadem re. Cap. XVI.

Ex cõcil. Meldẽſi, cap. 5.

VT peruaſores rerum Eccleſiaſticarum,qui eaſdem res contra autoritatẽ non ſolùm retinere,verùm & crudeliter depopulari noſcuntur,(quidam enim facultates etiam Eccleſiæ in diuerſa collaboratione & reditibus eas expoliant, ſed & pauperes & vicinos & circummanentes immiſericorditer affligunt,deuaſtant & opprimunt,vt rapaces qui ſecundum Apoſtolum à regno Dei excludũtur, ex criminali & publico peccato publica pœnitentia multentur.Quòd ſi hoc agere noluerint, proferatur contra eos apoſtolica terribiliſq; ſententia qua dicitur:Si quis frater nominatur,& eſt rapax, cum huiuſmodi nec cibum quiſquam ſumere præſumat: quia iniquum & ſacrilegium eſt,vt Symmachus papa,& poſt eum beatus Gregorius,Sabino ſubdiacono ſcribit: Si quis quod venerabilibus locis relinquitur,prauæ voluntatis ſtudiis,ſuis compendiis tentauerit retinere, ſecundum ſtatuta canonum ab omni eccleſiaſtica communione vt ſacrilegus debet arceri, donec ſtudeat digna ſatisfactione,quod admiſit corrigere.

Quòd ſanctum ſanctorum ſit,quicquid domino offeratur. Cap. XVII.

Ex decr. Bonifacij papæ. cap. 5.

NVlli liceat ignorare, omne quod domino conſecratur,ſiue fuerit homo,ſiue animal,ſiue ager,vel quicquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum eſt domino, & ad ius pertinet ſacerdotum. Propter quod quia inexcuſabilis erit omnis,qui à domino & Eccleſia,cui competunt,aufert,vaſtat,inuadit,vel eripit,vſque ad emẽdationem Eccleſiæque ſatisfactionem, vt ſacrilegus diiudicetur,& ſi emendare noluerit excommunicetur.

De illis qui Christi pecunias auferunt vel rapiunt.

Caput XVIII.

Ex epist. Anacleti papæ cunctis fidelibus missa

QVi abstulit, inquit, aliquid patri, homicidæ particeps est. Pater noster, sine dubio, Deus est, qui nos creauit. Mater verò Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritaliter regenerauit. Ergo qui Christi pecunias & Ecclesiæ aufert, rapit, aut fraudat, homicida est, atq; ante Deum homicida deputatur. Qui enim res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit, & vt sacrilegus iudicandus est.

De eadem re. Cap. XIX.

Ex decr. Lucii pa. cap. 10.

RErum Ecclesiasticarum & facultatũ raptores à liminibus sanctæ Ecclesiæ anathematizantes apostolica autoritate pellimus & damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus, & non solùm eos, sed etiam omnes consentientes eis: quia non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt rei iudicantur. Augustinus dicit: Qui aliquid de Ecclesia furatur & rapit, Iudæ proditori comparatur.

De eadem re. Cap. XX.

Ex cõcil. Gãgren. cap. 8.

HIc qui dederit vel acceperit oblationes altaris, præter episcopum vel eius missum, & qui dat & qui accipit, anathema sit.

De eadem re. Cap. XXI.

Ex cõcil. apud S. Medardũ, cap. 1.

SI quis oblationes Ecclesiæ extra Ecclesiam rapere vel dare voluerit, præter conscientiam episcopi, vel eius cui huiusmodi officia commissa sunt, anathema sit.

De eadem re. Cap. XXII.

Ex decr. Ioannis pa. ca. 10

VT hi qui monasteria & loca Deo sacrata & Ecclesias infringunt, & deposita vel alia quęliber exinde abstrahunt, damnum nouies componant, & emunitatem triplicíter, & velut sacrilegi canonicæ sententiæ subigantur.

De his qui domum Dei contemptibilem ducunt.

Caput XXIII.

Ex cõcil. Mogũti, cap. 7.

QVisquis fastu superbiæ elatus, domum Dei ducit contemptibilem, & possisiones Deo sacratas, atque ad honorẽ Dei sub regiæ emunitatis defensione constitutas, inhonestè tractauerit, vel infringere præsumpserit, aut incendia vel vastationes ausu temerario perpetrauerit, quasi inuasor & violator Ecclesiæ Dei, quæ est domus Dei viui, à communione omnium fidelium abscindatur.

De eadem re. Cap. XXIIII.

Ex eodē. cap. 6. SI quis cuiuscunque munuscula Ecclesiæ sanctis scripturarū titulis collecta, nefaria calliditate abstulerit, fraudauerit, inuaserit, retentauerit, atq; surripuerit, & non statim à sacerdote commonitus Deo collata reddiderit, ab Ecclesiæ catholicæ communione pellatur.

Vt res ablatæ cum multiplicatione restituantur.

Caput XXV.

Ex decr. Eusebij pa. ca. 4. EST etiam in antiquis Ecclesiæ statutis decretum, vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Vnde & in Euangelio scriptum est, quòd si aliquid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.

Quòd Ecclesiasticarum rerum incendia & depredationes pro emunitate sint emēdanda.

Cap. XXVI.

Ex epist. Gregor. papæ ad Constātinam reg. Galliæ. CVm deuotissimam dominā sciam de cœlesti vitæ suæ remedio animæ suæ sedulò cogitare, culpam me committere vehementer existimo, si ea quæ pro timore omnipotentis Dei sunt suggerenda siluero, & te sanctissimam de Ecclesiastica pace sedulè non cōmonuero. Nimis me loliani fratris & coëpiscopi nostri proclamatio nuper constauit, maximè cùm villæ suæ videlicet Ecclesiæ à nequissimis prædonibus sint deprædatæ, atq; nocturnis incendiis more furum combustæ: & dum idem maligni iuxta nostri prædecessoris Bonifacij decreta, pro emunitate illud emendare noluerint, dum & seculi leges hæc eadem ita habere voluerint, lege vulgari teste, in qua sic scribitur: Si quis manu armata vsque ad quatuor homines in vicum alterius ad malefaciendum venerit, ille, qui prior est illicita præsumptione componat solidos DCCCC. sequaces verò eius vnusquisque solidos LXXX. si verò ibi incendium fecerint, sibi nonam componant, prædam verò in quadruplum restituant. Si seculi leges talem iustitiam habere voluerint, lex diuina quur inferior esse debebit, cùm in ipsa veritatis præsentia à Zachæo collaudatum sit, si aliquem defraudaret, vt in quadruplum restitueret? Et quia summum in regibus bonum est iustitiam colere, ac sua cuique iura seruare, & in subiectos non sinere quod potestatis est fieri, sed quòd æquum est custodi, quod vos & diligere, & omnino confidimus studere: quapropter excellentiæ tuæ

mense Nouembri præsentis anni, secunda indictione, Petrum & coëpiscopum à gremio sanctæ Romanæ Ecclesiæ trasmittimus, vt fratribus eiusdem prouinciæ in vnum congregatis, emunitas & præsumptio & sacrilegium canonica autoritate, & vestra regia dignitate talem terminum accipiant, ne post hac membra diaboli, filii nequam, in sancta Ecclesia te etiam ibi regnante talia præsumant.

De rebus Ecclesiasticis quomodo restitui debeant. Cap. XXVII.

ET in legibus seculi cautum habetur. Qui rem surripit alienam, illi cuius res direpta est, in vndecuplum quæ sublata sunt restituat. Et in lege diuina legitur. Maledictus omnis qui transfert terminos proximi sui: & dicit omnis populus, amen. Talia ergo non præsumantur absque vltione, nec exerceantur absque damnatione. Pacem, & non damnum aut iniustitiam alicuius, sectamini in inuicem, & in omnes. Proinde si quis Ecclesiasticas oblationes, & quòd Deo consecratum fuerit, rapuerit, vel consenserit facientibus, vt sacrilegus diiudicetur, & damnum in quadruplum restituat, & canonicè pœniteat.

Ex decr. Eusebii cap. 8.

Quòd sacrilegi sint Ecclesiarum prædones. Caput XXVIII.

SAcrilegi sunt Ecclesiarum prædones. Vnde & in concilio Agatensi sub quarto capitulo decretum habetur ita: Amico quippiam rapere furtum est: Ecclesiæ verò fraudari vel abstrahi surripiúque sacrilegium. Omnes enim contra legem facientes, resque Ecclesiæ diripientes, vel Ecclesias sacerdotesque contra diuinas sanxiones vexantes, sacrilegi vocantur, atque indubitanter infames, sacrilegique habendi sunt.

Ex cõcil. Mogũti, cap. 3

De eadem re. Cap. XXIX.

AD sedem autem apostolicam perlatum est, quòd sint inter vos contentionens & emulationes, & prædia diuinis vsibus tradita, quidam humanis applicent vsibus, & domino Deo cui tradita sunt ea subtrahant, & suis vsibus inseruiant. Quapropter ab omnibus illa vsurpationis contumelia depellenda est, ne prædia sub secretis cœlestibus iudicata à quibusdam irruentibus vexentur. Quòd

Ex epist. Pii papæ Italicis fratribus missa.

si quis præsumpserit, sacrilegus habeatur, & sicut sacrilegus iudicetur. Ipsos autem qui hoc agunt: clericos ac domini sacerdotes persequi eosque infamare audiuimus, vt malum malum per malũ addentes deteriores fiant, non intelligentes quod Ecclesia Dei in sacerdotibus consistat, & crescat in templo Dei: & sicut qui Ecclesiam Dei vastat, eiusque prædia & ornamenta expoliat, & inuadit fit sacrilegus, sic & ille qui eius sacerdotes insequitur, sacrilegij reus existit, & sacrilegus iudicatur.

De his qui truncationes membrorum, depredationes & domorũ incendia fecerint. Cap. XXX.

Ex decr. Eutychia papæ. SI quis membrorum truncationes, domorum incendia fecerit, siue facere iusserit, aut facienti consenserit, quodque de his vnicuique legaliter vel amicabiliter coram episcopo ciuitatis aliisque ciuibus non emendauerit, ab Ecclesia se priuatum cognoscat. Si verò post secundam & tertiam conuentionem, cuncta in quibus arguitur nõ emendauerit, tanquam ethnicus & publicanus ab omni Christianorum collegio separetur.

Quòd cum excommunicato orare non liceat. Caput XXXI.

Ex dictis S. Isidor. CVm excommunicato, neque orare, neque loqui, nisi quæ ad eandem excommunicationem pertinent, nec vesci cuique liceat.

De eadem re. Cap. XXXII.

Ex dictis eiusdem. SI quis frater, aut palam aut absconsẽ cum excommunicato fuerit locutus, communem statim cum eo excommunicationis contrahet pœnam.

De eadem re. Cap. XXXIII

Ex dictis Fructuosi episcopi. CVm excommunicato nullus loquatur, neque qualibet eum compassione vel miseratione refoueat, neque ad contradictionem, vel superbiam confortare præsumat.

De eadm re. Cap. XXXIIII.

Ex cõcil. Antioch. cap. 2. CVm excommunicatis nõ licet communicare, nec cum his qui per domos conueniunt, deuitantes orationem Ecclesiæ, vbi simul orandum est. Si quilibet autem ex clero deprehensus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iste priuetur communione.

De eadem re. Cap. XXXV.

SI quis cum excõmunicato, saltem in domo, simul orauerit, iste communione priuetur. *Ex canone apostolorum.*

De eadem re, Cap. XXXVI.

DE his qui communione priuantur, seu ex clero, seu ex laicali ordine, ab episcopis per vnamquamque prouinciam sententia regularis obtineatur, vt hi qui abiiciũtur, ab aliis non recipiantur. Requiratur autem ne pusillanimitate aut contentione, vel alio quolibet vitio episcopi videatur à communione seclusus. *Ex cõcil. Nicæno. cap. 5.*

De eadem re. Cap. XXXVII.

SI quis à proprio episcopo communione priuatus est, nõ ante suscipiatur ab aliis episcopis, quàm suo reconcilietur episcopo. *Ex cõcil. Antiochē. ca. 6*

De eadem re. Cap. XXXVIII,

EXcommunicatos quoque à sacerdotibus nullus recipiat ante vtriusque partis examinationem iustã, nec cum eis in oratione, aut cibo, vel potu, aut osculo communicet, nec aue eis dicat: quia quicunq; in his, vel aliis prohibitis scienter excommunicatis communicauerit, iuxta apostolorum institutionem, & ipse simili excommunicationi subiaceat. *Ex decr. Calist. pãpæ, ca. 3.*

De eadem re. Cap. XXXIX.

NON autem liceat communicare incommunicatis, neque per domos ingredi, & cum eis orare, qui Ecclesiæ in oratione non participant, nec in alteram Ecclesiam recipi, qui ab alia excommunicantur. Quòd si visus fuerit quilibet episcoporum, vel presbyterorum, aut diaconorum, vel etiam qui in canone detinentur, incommunicatis communicare, & hunc oportet communione priuari, tanquam Ecclesiæ regulas confundentem. *Ex cõcil. Antiochē.*

De eadem re. Cap. XL.

SI quis sponte communicauerit excommunicato, verbo, oratione, in cibo, vel potu, XL. dies pœniteat in pane, sale, & aqua. Qui verò eis communicauerit in homicidiis, *Ex decr. Fabiani papæ episcopis Galliæ missis.*

vel flagitiis, reus erit iræ, & vindictæ Dei omnipotentis quem spernit: quia hæc omnia diuina ei voce interdicta sunt, & secundum Apostolum, obedire Deo oportet magis quàm hominibus, & secundum quod deliquit, digne iuxta decreta canonum pœniteat: & si pœnitere noluerint, excommunicetur.

De eadem re. *Cap.* XLI.

Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 10. DE his qui pro delicto suo à communione separantur ita placuit, vt in quibuscunque locis fuerint exclusi, eodem loco consequantur communionem.

De eadem re. *Cap.* XLII.

Ex cõcil. Rotoma. cap. 3. SVNT aliqui qui culpis exigentibus ab episcopo proprio excõmunicantur, & ab aliis Ecclesiasticis, vel laicis præsumptione, in communionem accipiuntur, quod omnino sanctum Nicænum concilium, simul & Chalcedonense, necnon & Antiochenum, atque Sardicense fieri prohibent.

De eadem re. *Cap.* XLIII.

Ex cõcil. Cartha-gi. cap. 9. AVgustinus episcopus legatus Numidiæ prouinciæ dixit. Hoc statuere dignemini, vt si qui fortè meritò cinorum suorum ab Ecclesia pulsi sunt, & siue ab episcopo aliquo, vel presbytero fuerint in communionem suscepti, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugientibus sui episcopi regulare iudicium, Ab vniuersis episcopis dictum est, omnibus placet.

De eadem re. *Cap.* XLIIII.

Ex eodẽ, cap. 73. QVI communicauerit, vel orauerit cum excommunicato: si laicus est, excommunicetur, si clericus deponatur.

De illis qui ex alia parochia sunt, & depræda-tiones faciunt. *Cap.* XLV.

Ex cõcil. Meldẽsi, cap. 2. DE illis autem, qui infra parochiam beneficiũ aut hereditatem habent, & alterius Episcopi parochiani sunt, & de loco ad locum iter faciunt, rapinas & deprædationes peragunt, placuit, vt excommunicentur, nec ante ex parochia exeant, quàm quæ perpetrarunt, digne emendent. Quorum excõmunicatio seniori eorum, & proprio episcopo significanda est, ne eos recipiant, antequàm redeant, vbi rapinã fecerũt, & omnia pleniter emẽdent.

De illis qui defendunt delinquentes. Cap. XLVI.

QVI consentit peccantibus, & defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum & homines, & corripietur increpatione seueriſſima. Hinc & quidam sanctiſſimus pater ait: Si quis errori alterius consenserit, sciat se cum illo simili modo culpabilem iudicandum, & excommunicandum. *Ex dictis Basilij episcopi.*

De illis qui intra annum causam suam tractare neglexerint. Cap. XLVII.

QVicunque igitur intra anni spaciũ ciuiliter, siue publicè causam suam coram suis excõmunicatoribus non peregerint, ipsi sibi audiẽtiæ clausisse aditum videãtur. Quòd si obstinato animo sine communione defuncti fuerint, nos illius causam iuxta beati Leonis prædecessoris nostri sententiam, diuino iudicio reseruantes quibus viuis non communicauimus, mortuis non communicare possumus, *Ex decr. Gelasii pa. ca. 2.*

De eadem re. Cap. XLVIII.

HI sanè, qui ante audiẽtiam cõmunicare tentauerint, donec per pœnitentiam reatum suum defleant, ad communionem nullo modo reducantur, excepto mortis interitu vrgente. Qui verò excommunicato sciẽter communicauerit, & amodo saltem in domo simul orauerit, atque latebras defensionis, ne cominus ad satisfactionẽ perducatur, præbuerit, donec ab excommunicatore pœnitentiam suscipiat, corporis & sanguinis domini communione priuatum se esse cognoscat, & delictum secundum canones pœniteat. *Ex decr. eiusdem cap. 13.*

Vt notentur excommunicatorum nomina, & in foribus ecclesiæ præfigantur. Cap. XLIX.

CVræ sit omnibus episcopis, excommunicatorũ nomina omnino tam vicinis episcopis, quàm suis parochianis pariter indicare, eaq; in celebri loco posita præ foribꝰ Ecclesiæ cunctis conuenientibus inculcare, quatenus in vtraque diligentia, & excommunicatis vbique ecclesiasticis auditus excludatur, & excusationis causa omnibus auferatur. *Ex decr. Honorij papæ, ca. 11.*

De episcopo, qui ante damnati absolutionẽ obierit. Cap. L.

SI episcopus ante dãnati absolutionem, obitu rapiatur: correptum, aut pœnitentẽ successorẽ licebit absoluere. *Ex cõcil. Epaonẽsi cap. 10.*

De illis qui excommunicati moriuntur.

Caput LI.

Ex eodē, cap. 11. SI aliquis excōmunicatus fuerit mortuus, qui iam sit cōfessus, & testimonium habet bonū, & non poterat venire ad sacerdotem, sed præoccupauit eū mors in domo, aut in via, faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare, & dent redemptionem pro captiuis.

De eadem re. Cap. LII.

Ex epist. Leonis papæ, ca. 21 HOrum causa Dei iudicio reseruanda est, sin cuius minu fuit, vt talium obitus vsq; ad communionis remedium non differretur. Nos autem quibus viuentibus non communicauimus, mortuis communicare non possumus.

De furibus & furtis. Cap. LIII.

Ex dictis Augusti. DIxit dominus ad Mosen: Accipiat vnusquisq; a proximo, & proxima vasa argentea, & aurea, & vestes &c. Non hinc quisque exemplum sumendum putare debet ad expoliandum proximū, hoc enim Deus iussit, qui noverat quid quemq; pati oporteret. Nec Israëlitæ fecerūt, sed Deo iubenti ministeriū præbuerunt, quemadmodū quum minister occidit eum, quem iudex iussit occidi.

De eadem re. Cap. LIIII.

Ex dictis eiusdem. POEnale est occultè auferre, multò maioris pœnæ est visibiliter eripere. Auferre ergo nolenti, siue occulte, seu palam, habet præceptum suum. Furti enim nomine pœnè intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienæ. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed sub furti nomine rapinam intelligi voluit. A parte enim totum significauit quicquid auferetur.

De eadem re. Cap. LV.

Ex dictis Hieron. FVR autem non solùm in maioribus, sed in minoribus etiam iudicatur. Nō enim quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur: quomodo in fornicatione, non idcirco diuersa fit fornicatio, si mulier pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua, pauper aut opulenta: sed qualiscunque illa fuerit, vna est fornicatio. Ita in furto, quantūcunque quis abstulerit, furti crimen incurrit.

De eadem re. Cap. LVI.

SI quis per necessitatem furatus fuerit cibaria, vel vestē, vel pecus propter famem, aut per nuditatem, pœniteat hebdomadas tres: si reddiderit, non cogatur ieiunare. *Ex pœnitentiali Theodori.*

De eadem re. Cap. LVII.

NAM si quis publicam rapinam, seu furtum fecerit, publicam inde agat pœnitentiam, iuxta sanctorum canonum sanctiones. Si verò occultè, sacerdotum consilio pœniteat: quoniā raptores, vt Apostolus ait, nisi inde veram egerint pœnitentiam, regnum Dei non possidebunt. Qui verò de rebus Ecclesiarum aliquid abstulerit, grauius iudicetur: quia quanuis vltio furum & raptorum, ad comites respiciat, pœnitentia tamen ad episcopos pertinet. *Ex cōcil. Aurelia. cap. 8.*

De eadem re. Cap. LVIII.

SI quis furtum capitale commiserit, id est, quadrupedia tulerit, vel casas effregerit, septem annos pœniteat: & quod furatum est, reddat. Si quis verò de minoribus semel aut bis furtum fecerit, reddat quod tulit, & annum vnum pœniteat, vel si quis sepulchrū violauerit, VII. annos pœniteat, tres ex his in pane & aqua. *Ex pœnitentiali Theodori.*

De eadem re. Cap. LIX.

FVres & latrones, si in furando & prędādo occiduntur, visum est pro eis non orandum. Si cōprehensi, aut vulnerati, presbytero, vel diacono confessi fuerint, communionem eis non negamus. *Ex cōcil. Triburi. cap. 5.*

De eadem re. Cap. LX.

SI fur aut latro captus in præda, absque occasione potest comprehendi, & tamen interficitur: quia ad imaginem Dei creati, & in nomine eius baptizati sunt, interfectores eorum XL. diebus non intrent Ecclesiam: lanea veste induti, ab escis & potibus, qui interdicti sunt à thoro, à gladio, & eqnitatu se abstineant. In III. V. feria, & sabbato, aliquo genere leguminum, vel holerum, & pomis, par uisq; piscículis cum mediocri ceruisia vicissim vtantur & temperatè. Sin autem à veridicis comprobatur testibus, quod sine odii meditatione se, suaque liberando diaboli mem- *Ex cōcil. Aurelia. cap. 1.*

bra interficiunt,& capi non poterant,pœnitentiã prohi-
micidio eis iniũgimus, nisi ipsi voluerint aliquid quod hu-
manitatis est facere: & si presbyter est,nõ deponatur, ef-
ctis tamen vitæ suæ diebus pœnitentiam agat.

De eadem re. Cap. LXI.

In Exodo dicitur. SI infringens fur domum,siue effodiens fuerit inuentus, & acepto vulnere mortuus fuerit,percussor nõ erit reus sanguinis. Quòd si orto sole fecerit, homicidiũ perpetrauit,& ipse morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat,venundabitur.Si inuentum fuerit apud eum quod furatus est,viuens,siue bos,siue asinus,siue ouis,duplum restituet.

De seruo qui fugerit dominum suum.
Caput LXII.

Ex epist. Hierony. EX epistola Hieronymi, ad Pacasium Alexandrinum. De seruo qui fugerit dominum suum interrogabat, si ille in illa fuga mortuus fuerit, vtrum liceret pro eo orare,an non.Hoc in diuinis libris non inuenimus prohibitum,sed tamen scimus ab apostolis firmiter præceptum vt serui subditi sint in omni timore dominis: non tantum bonis & modestis,sed etiam discolis. Et in Gangrẽsi concilio ita scriptum est: Si quis seruum sub prætextu discipulatus doceat dominum proprium contemnere,vt discedat ab eius obsequio,anathema sit. Vnde datur intelligi quòd si ille anathema meruit,qui docet seruum proprium dominum contemnere, & ab eius obsequio recedere, quanto magis ille qui dominum spernit, & eius seruitio se noluerit?Sed tamẽ distantia est inter illum qui persuperbiam fecerit,& illum qui per necessitatem coactus crudelitate domini sui.

De clericis,si in demoliendis sepulchris comprehensi fuerint. Cap. LXIII.

Ex cõcil. Toletan. 5.ca.45. SI quis clericus in demoliendis sepulchris fuerit deprehẽsus:quia facinus hoc pro sacrilegio legibus publicis sanguine vindicatur,oportet in tali scelere prodito, clericat⁹ ordine submoueri,& pœnitẽtiæ triennio deputari.

De clericis aut monachis,si furtum fecerint.
Caput LXIIII.

Ex cõcil. Agathẽ. cap.2. SI quis clericus aut monachus furtum fecerit, quod portius sacrilegium dici potest,id censuimus ordine pul-

vt iunior virgis cæsus, tanti criminis reus, nunquam officiũ ecclesiasticum excipiat. Si verò iam ordinatus in hoc facinore fuerit deprehensus, nominis ipsius dignitate priuetur: cui sufficere potest pro actus sui leuitate, impleta pœnitentiæ satisfactione, sola communio.

De illis qui de ministerio Ecclesiæ aliquid furati fuerint. Cap. LXV.

SI aliquis de ministerio Ecclesiæ quolibet modo aliquid furatus fuerit, VII. annos pœniteat. *Ex pœnitentiali Romano.*

De monachis si de furto infamati fuerint, quomodo se expurgare debeant. Cap. LXVI.

SAEpe contingit, vt in monasteriis monachorum furta perpetrentur. Idcirco statuimus, vt quando ipsi fratres de talibus se expurgare debuerint, Missa ab abbate celebretur, vel ab aliquo præsentibus fratribus, & sic expleta Missa, omnes communicent in hæc verba: Corpus domini sit mihi ad probationem hodie. *Ex cõcil. Vvorma. cap. 10.*

De illis qui colonorum flagella defendunt Caput LXVII.

DEcreuit sancta synodus, vt episcopus ac ministri episcoporum pro criminibus colonos flagellare cum virgis potestatem habeant, propter metum aliorum, vt ipsi criminosi corrigantur, vt vel inuiti pœnitentiam agant, ne æternaliter pereant. Si verò seniores ipsorum colonorum indigne tulerint, & aliquam vindictam exinde exercere voluerint, aut eosdem colonos ne distringantur defendere præsumpserint, sciant se excommunicationis ecclesiasticæ sententia feriendos. *Ex concil. Elibertã. cap. 9.*

De episcopis qui apud Romanam sedem accusati fuerant, quod cum excommunicatis communicarent. Caput LXVIII.

REgno Cõradi piissimi & Christianissimi regis quinto, cõgregata est sancta generalis synodus apud Altheim in pago Rethia, præsente videlicet domini Ioannis papæ apocrisiario sanctæ Ortẽsis Ecclesiæ Petro venerabili episcopo. Hoc quaten⁹ aliquo modo diabolica semina in nostris partibus exorta exstirpare, & nefandissimas *Ex cõcil. apud Altheim habito cui interfuit Conradus rex.*

machinationes quorundam peruersorum hominum sedare, & eliminãdo purgare deberet. Transacto igitur triduano ieiunio, & sacris lithaniis more debito celebratis, conuenimus in Ecclesia sancti Ioannis Baptistæ, & mœsti consedimus. Tum demum præfatus S. Petri, & domini Ioannis papæ missus, proferens chartam apostolicis literis inscriptam qua monebamur, arguebamur, & instruebamur, de omnibus ad veram religionem Christianæ fidei pertinentibus. Quæ omnia, vt iustum & dignum erat, humiliter accepimus, diligenter tractauimus, & deuoto affectu omnimodo amplectebamur. Ergo euangelicam præceptionem & institutionem saluberrimam lachrymabili voce protulimus, qua arguebantur Pharisæi & Scribæ: Mundate, inquit, prius quæ intus sunt. Et item: Eiice primum trabem de oculo tuo. Ac propheticum illud: Ruina populi, sacerdotes mali. Perpendentes, & discutiendo nosmetipsos inspicientes, & in medium pœnitentiæ sanctæ digno fructu ad terram nos proiicientes, defleuimus negligentias innumerabiles, & peccata nostra grauissima. Deinde horatu domini Petri contra nosmetipsos, & vitia irati adiuuante primo sancto spiritu, & miserante, capitula infra notata, ad correctionem tam nostram, quàm Christiani populi statuendo collegimus.

De episcopis qui sibi ectos seducunt communicantes cum excommunicatis. Cap. LXIX.

Ex eodẽ concilio, cap. 6.

SCimus sacra autoritate scriptum, qui excommunicato communicauerit, excommunicetur. In hoc nos fatemur episcopi, & presbyteri, & clerici pœnaliter peccasse quòd in posterum Deo auxiliante, & emendare & euitare cupimus, & præcipimus.

De eadem re. Caput LXX.

Ex eodẽ cap. 7.

PLacuit sanctæ synodo hunc errorem quasi impium ab Ecclesia amouere: quia animarũ curam à domino accepimus, non pecuniarum. Inde & reddituri sumus Deo rationem, & accepturi propter suam misericordiam æternam retributionem, vel iustam damnationem.

De episcopis vt non sint malum exemplum populo. Caput LXXI.

Ex eodẽ, cap. 8.

BOnum exemplum populis, seipsos episcopi vel sacerdotes debent præbere, & ostendere non solùm

verùm & factis. Propter hoc enim statuimus, minimè vnquam in posterum contra sacra statuta aliquo modo communicemus excommunicatis, & diiudicemus nosmetipsos, quatenus in futuro nõ iudicemur à domino. Sequi cupimus dicta & statuta sancti Gregorij papæ, & pœnitentiam dignam agere volumus secretè in monasterio: quia publicè nequim⁹: in futuroq; prædicta omnib⁹ modis Deo propitio vitare volumus. Eandemq; legẽ statuentes presbyteris, diaconibus, & omni clero, si de gradu deponi noluerint, vt fideliter obseruent, & aliis seruare prædicent.

De correctione episcoporum qui cum excommunicatis communicauerunt. Cap. LXXII.

AVtoritate apostolica firmamus dicta, & precepta sanctorum canonum, & interdicimus, quàm diu quis excommunicatus sit, vt nullus nostrorũ episcoporum ei audeat communicare, vel cum eo in Ecclesia orare. Et laici qui secuti sunt nos, vt dicunt, errãdo & sequendo nos modo, nos aut nosmetipsos per pœnitẽtiam macerantes corrigendo, & viam eis vitæ prædicantes, & aperientes: vt resipiscant à diaboli laqueis, à quibus per nostra mala exempla capti tenentur, & ad veram matrem Ecclesiam per pœnitentiam reuertantur. *Ex eodẽ. cap. 9.*

De his qui contemnunt bannum ab episcopis impositum. Cap. LXXIII.

NEmo contemnat neque transgrediatur bannum ab episcopis superimpositum. Sciat & abhorreat in epistola B. Clementis dictum, contra se scriptum. Si vobis episcopis nõ obedierint omnes, tam maioris, quàm & inferioris ordinis, atque reliqui populi tribus, & linguæ, non solùm infames, sed & extorres à regno Dei, & consortio fidelium, à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt, & audiant ipsum dominum in Euangelio dicentem: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Quapropter nos euangelicam & apostolicam considerantes autoritatem, non quæstum pecuniarum, sed lucrum quærentes animarum, statuimus & confirmamus, vt si quis post hanc huius sancti concilij definitionem inuentus fuerit corrupisse bannum ab episcopis impositum, XL. dierum castigatione corripiatur tantùm in pane, & sale, & aqua. *Ex cõcil. Triburi. cui interfuit rex Arnolphus, ca. 8.*

De eo pro quibus causis quemlibet hominem anathematis vinculo ligari oporteat. Cap. LXXIIII

Ex eodē, cap. 30. QVæsitum est in eadem synodo, pro quibus causis quilibet hominem episcopali autoritate, vinculo anathematis ligari oporteat, atque vnanimi cōfectorum sententia decretum est, pro his tribus criminibus fieri debere: cùm ad synodum canonicè iussus venire contemnit. Aut postquam illuc venerit, sacerdotalibus resp obedire præceptis. Aut ante finitam causæ suæ examinationem, à synodo profugus abire præsumit.

De illis qui furtum & rapinam exercuerint. Caput LXXV.

Ex eodē, cap. 31. TRanquillitatem sanctæ Dei ecclesię inquietari, & pacem fraternam infestari testantur, fures & latrones, qui ambulant inter nos ouina pelle obumbrati, sed lupina mente recedunt alienati, sæua mente res Ecclesiarum adducti rapientes, & gregem dominicum spoliando lacerantes, de quibus saluator in Euāgelio commemorat: Qui non intrat per ostium in ouilē ouium, ille fur est & latro. Atque subiunxit: Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Vbi quamuis hæreticos qui fidem furantur Ecclesiæ designet, tamen insequutione furum & latronum, tutiorem tam monstrat pacem Ecclesiarum. De talibus Apostolus ad Philippēses: Videte canes, videte malos operarios. Canes vocauit, qui non habent verecundiā. Malos operarios, quia nulla faciunt quæ pietati conueniant. Et dominus per prophetam Esaiam: Ego dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam. Vnde nos quę dominus diligit diligentes, & quæ odio, habentes, statuimus & iudicamus, vt si quis post hæc Euangelica & apostolica atque prophetica verba, & definitionem pacatissimæ synodi, inuentus fuerit furtum aut rapinam exercere, & in ipso diabolico actu mortem meretur incurrere, nullus pro eo præsumat orare, aut eleemosynam dare. Et eleemosyna pro eo data in memoriam clericorum nec pauperum veniat, sed execrabilis fordescat. Beatus Augustinus de talibus horribilem profert sententiam, dicens: Nemo te post mortem tua fideliter redimit: quia tu te redimere noluisti. Si autē fur, vel latro, vulneratus elabitur, & expectatione mortis

desperatus putatur, atque reconciliari se mysteriis sacrosanctis habitu corporis, & voluntate pie mentis deprecatur, Deoque & sacerdoti vita comite emendationem, & actum confitetur, communionis gratiam non negamus tribuendam.

De illis qui in patibulis suspenduntur. Cap. LXXVI.

QVæsitum est ab aliquibus fratribus de his qui in patibulis suspendũtur pro suis sceleribus, post confessionem Deo peractam, vtrum cadauera illorum ad Ecclesias deferenda sint, & oblationes pro eis offerendæ, & Missæ celebrandæ, an non. Quibus respondemus: Si omnibus de peccatis suis parum confessionem agentibus, & dignè pœnitentibus communio in fine secundum canonicum iussum danda est, cur canones eis qui pro peccatis suis pœnam extremam persoluunt, & confitentur, vel confiteri desiderant? Scriptum est enim: Non iudicat Deus bis in id ipsum. *Ex cõcil. Mogũti. cap. 5.*

De episcopis qui cum excommunicatis communicauerint. Caput LXXVII.

DEcreuit sancta synodus cũ consilio serenissimi principis, si deinceps aliquis episcopus sui ministerij oblitus, sciens cum excommunicato communicauerit, siue in salutatione, siue in oratione, siue in iusta confortatione, siue in cibo, siue in potu, excommunicatus habeatur, tam à principe, quàm à cæteris omnibus, quousque in proxima synodo audiatur, & Deo & Ecclesiæ satisfacere cogatur. *Ex cõcil. apud Erphesfurt. cui interfuit Henricus rex, cap. 9.*

De clericis qui fugerint Ecclesias suas, & de seruis qui dominos proprios fugerint. Cap. LXXVIII.

SAnctus Gregorius dicit: Clericum fugientem ab Ecclesia sua, vel seruum fugientem dominum proprium, & nolẽtem reuerti, iudicamus communione priuari, quoadusque ad propriam Ecclesiam, vel ad dominum suum redeat. Et item: Clericum fugitiuum suo episcopo vel domino suo decernimus apostolica sententia restitui, vel excommunicari, vna cum illis qui ei communicauerint. *Ex cõcil. apud Altheim habito cui interfuit Cõradus rex, cap. 27.*

Finis Libri Vndecimi.

INDEX CAPITVLO-
rum Libri Duodecimi.

Tmultiplicia genera iuramentorum eſtirpentur. Cap. i

V De illis qui nomen Dei in vanũ ſumũt. ii

De illis qui per cupiditatem periurium fecerint. iii

De illis qui iubentibus dominis ſuis periuriũ fecerint. iiii

De illis qui peierant ſe in manu epiſcopi, aut in cruce conſecrata, aut non conſecrata. v

De illis qui pro vita redimenda periurium fecerint. vi

De illis qui iniuſta vota iuramento firmauerunt. vii

De eadem re. viii

Quòd Deus ſic iuramenta perceperit, vt ille cui iurati fuerint. ix

De illis qui ſe ſcienter peierauerint. x

Quòd vnuſquiſque ieiunus iurare debeat. xi

De eadem re. xii

Qualem pœnitentiam periuri accipere debeant. xiii

De illis qui per capillũ Dei, aut caput iurãt, vel alio modo blaſphemia cõtra Deum immortalem vtuntur. xiiii

De iuramento Herodis. xv

De illisq odiũ ſẽpiternũ inter ſe iuramẽto firmauerint. xvi

De illis qui incautè iurauerint. xvii

Qualiter ſacerdores iurare debeant. xviii

Quo tempore iurare liceat. xix

De illis qui ſacramentum regis violant. xx

De eadem re. xxi

De illo qui audierit vocẽ peierãtis, & aſſẽſum prębet. xxii

De hoc quod Apoſtolus ſpiritũ ſanctũ teſtificatus eſt. xxiii

De eadem re. xxiiii

Quòd definitio iniuſta ſoluenda ſit. xxv

De eadem re. xxvi

De eadem re. xxvii

Vt omnibus modis cauendum ſit mendacium. xxviii

Item de iuramento. xxix

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMAcienſis Epiſcopi, de Periurio, Decretorum Liber XII.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de Iuramento & periurio, de iurandi facilitate eiuſque periculo, deque improbis iuramentis infringendis agitur.

Vt multiplicia genera iuramentorum extirpentur. Caput I.

VT multiplex iuramentorum & periuriorum confuſio, per quàm multæ fidelium animæ in toto hoc regno perditæ eſſe noſcuntur, quàm ſit deteſtanda & Deo odibilis, attentus omnibus annuncietur. Tantum nanq; hoc malum eſt, vt ad ſanctuaria martyrum vbi diuerſorum ægritudines ſanantur, ibi periuri, licet manifeſtè interdum vexari non videantur, iuſto Dei iudicio à dæmonibus arripiantur. Et ſicut ſanctus dicit Gregorius, ad horum corpora ægri veniunt & curantur, & periuri à dæmonio vexantur. *Ex cõcil. Meldẽſi, cap. 10.*

De illis qui nomen Dei in vanũ ſumunt. Cap. II.

HAbemus in lege domini ſcriptum: Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomẽ domini Dei tui. & ne aſſumes nomen Dei tui in vanum. Ideo admonendi ſunt omnes, vt diligenter caueant periurium, nõ ſolùm in altari, ſeu ſanctorum reliquiis, ſed & in communi loquela. Item cauendum eſt, ne aliquis plus aurum honoret, quàm altare, ne ei dominus dicat: Stulte, quid eſt maius, aurum, an altare quod ſanctificat aurum? *Ex dictis Hieron.*

De illis qui per cupiditatem periurium fecerint. Cap. III.

SI quis per cupiditatem peieraurit, omnes res ſuas vendat, pauperibus & diſtribuat, & monaſterium ingreſſus, iugi pœnitentia ſe ſubdat. *Ex pœnitentiali Romano*

De illis qui iubentibus dominis suis periurium fecerint. Cap. IIII.

Ex decr. Pii papæ, cap. 2.

QVi compulsus à domino peierat se scies, vtrique periuri, & dominus & miles: dominus: quia præcepit miles: quia plus dominũ, quàm animam dilexit. Si liber quadraginta dies in pane & aqua pœniteat, & VII. sequentes annos. Si seruus eius est, tres quadragesimas & legitimas rias, pœniteat.

De illis qui peierant se in manu episcopi, aut in cruce consecrata, aut non consecrata. Caput V.

Ex pœnitentiali Theodo.

QVi peierat se in manu episcopi, aut in cruce consecrata, III. annos pœniteat. Si verò in cruce non consecrata, annum vnum pœniteat. Qui autem fuerit, & ignorans se peierauerit, & postea cognouerit tres Quadragesimas pœniteat.

De illis qui pro vita redimenda periurium fecerint. Caput VI.

Ex pœnitentiali Romano.

SI quis coactus pro vita redimẽda, vel pro qualibet causa vel necessitate se peierat: quia plus corpus, quàm animam dilexerat, tres Quadragesimas. Alij iudicant tres annos, vnum ex his in pane & aqua, pœniteat.

De illis qui iniusta vota iuramento firmauerint. Caput VII.

Ex cõcil. Toletan. cap. 9.

NEcesse enim est, vt malè iurans, dignam pœnitentiam agat, eo quod nomen domini contra præceptum illius sumpsit in vanum: quia in Exodo scriptum est. Nec enim insontem habebit dominus eum, qui assumpserit nomen domini Dei sui frustra. Et in Leuitico: Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomen domini Dei tui. Ego dominus. Malum tamen quod facturum se sacramento vouerat, omnino non faciat: quia stulta vota frangenda sunt.

De eadem re. Cap. VIII.

Ex decr. Fabiani pa. ca. 11.

QVicunque sciens se peierauerit, quadraginta dies in pane & aqua, & septem annos sequentes pœniteat, & nunquam sit sine pœnitentia, & nunquam testimoniũ recipiatur, & post hæc communionem percipiat.

De eadem re. Cap. IX.

SI quis se peierauerit, & alios sciens in periurium duxerit, XL. dies in pane & aqua, & VII. sequentes annos pœniteat, & nunquam sit sine pœnitentia. Et alij si conscij fuerant, similiter pœniteant: sin autem, singuli vt periurium non spntè commissum, pœniteant. *Ex decr. Pelagii pa. ca. 11*

Quòd sic Deus iuramenta perceperit, vt ille cui iurata fuerint. Cap. X.

SIcut mentiri non potest qui non loquitur, sic peierare non potuerit, qui iurare non appetit. Cauendum igitur est iuramentum, nec eo vtendum, nisi sola necessitate. Non est contra Dei præceptum iurare, sed dum vsum iurandi facimus, periurij crimen incurrimus. Nunquam ergo iurat, qui peierare timet. Multi dum loquuntur, iurare semper delectantur, dum oporteat hoc tantùm esse in ore, est, est, non, non. Amplius enim quàm est, & non est, à malo est. Multi vt fallant peierant, vt per fidem sacramenti, fidem faciant verborum: sicque fallendo dum peierant, & mentiũtur, hominem incautum decipiunt. Interdum & falsis lachrimis seducti decipimur, & creditur dum plorant, quibus credendum non erat. Plerunque sine iuramento loqui disponimus, sed incredulitate eorum qui non credunt quod dicimus, iurare compellimur, talique necessitate iurandi consuetudinem facimus. Sunt multi ad credẽdum pigri, qui non mouentur ad fidem verbis. Grauiter autem delinquunt, qui sibi loquentes iurare cogunt. Quacunque arte verborum quisque iuret, Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Dupliciter autem reus erit, qui & Dei nomen in vanum assumit, & proximum dolo capit. Non est conseruandum sacramentũ quod malum incautè promittitur, veluti si quis piam adulteræ perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quàm permanere in stupri flagitio. Iurare, est Dei illa prouidentia, quæ statuit non euellere statuta. Pœnitentia autem Dei, rerum mutatio est. Non pœnitere autem, statuta non reuocare, vt est illud: Iurauit dominus & non pœnitebit eum, id est, quæ iurauit, non mutabit. *Ex dictis S. Isidor.*

De illis qui scienter se peierauerint. Cap. XI.

Ex pœnitentiali Theodo.

SI quis suspicatur quòd ad periurium inducatur, & tamen ex consensu iurat, XL. dies pœniteat, & VII. sequentes annos, & nunquam sit sine graui pœnitentia.

Quòd vnusquisque ieiunus iurare debeat. Cap. XII.

Ex decr. Cornelii pa. cap. 5

SEd & nobis honestũ etiam & iustum videtur, vt qui in sanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat, cum omni honestate & timore Dei, & vt pueri ante quatuordecim annos non cogantur iurare.

De eadem re. Cap. XIII.

Ex cõcil. Aureli. cap. 10.

ET hoc sancta synodus decreuit, nisi pro pace faciendi vt omnes fideles ieiuni ad sacramenta accedant.

Qualem pœnitentiam periuri accipere debeant. Caput XIIII.

Ex decr. Eutychia pa. ca. 26

PRædicandum est etiam, vt periurium fideles caueant, & ab hoc summopere abstineant, scientes hoc grande scelus esse, & in lege, & prophetis, & in Euangelio prohibitum. Audiuimus autem quosdam paruipendere hoc scelus, & leuem quodãmodo periuris pœnitentiæ modum imponere. Qui etiam nosse debent, talem de periurio pœnitentiam imponere debere, qualem & de adulterio, de fornicatione, de homicidio spontè commisso, & de cæteris criminalibus vitiis. Si quis verò perpetrato periurio, aut quolibet criminali peccato, timens pœnitentiam' longam, ad confessionem venire noluerit, ab Ecclesia repellendus est, siue à communione & consortio fidelium, vt nullus cum eo comedat, atque bibat, neque oret, neque in sua domo eum recipiat.

De illis qui per capillum Dei, aut caput iurant, vel alio modo blasphemia contra Deum immortalem vtuntur. Cap. XV.

Ex decr. Pii papæ cap. 5.

SI quis per capillum Dei, vel caput iurauerit, vel alio modo blasphemia contra Deum vsus fuerit, si est ex Ecclesiastico ordine deponatur: si laicus, anathematizetur, vel quis per creaturas iurauerit, acerrimè castigetur, & iuxta quod synodus diiudicauerit pœniteat. Si quis autem talem hominem non manifestauerit, non est dubium quòd in quina condemnatione similiter coerceatur. Et si episcopus ista emendare neglexerit, à synodo corripiatur.

De iuramento Herodis. Cap. XVI.

CVM iuramento pollicitus est Herodes saltatrici dare quodcunque postulasset ab eo. Si ob iusiurandum fecisse se dicit: si patris, matrisque interitum postulasset, facturus esset, an non? Quod in suis ergo repudiaturus fuit, contemnere debuit, & in propheta. *Ex dictis Hierony.*

De illis qui odium sempiternum inter se iuramento firmauerint. Cap. XVII.

QVI sacramento se obligauerit, vt litiget cum quolibet, ne ad pacem vllo modo redeat, pro periurio, vno anno à corpore & sanguine domini segregetur, & reatum suum ieiuniis & eleemosynis absoluat: ad charitatem verò, quæ operit multitudinẽ peccatorum, celeriter redeat. *Ex cõcil. Hilerdẽ. cap. 6.*

De illis qui incautè iurauerint. Caput XVIII.

SI aliquid fortè nos incautius iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem vergat in exitum, illud consilio salubriori mutandm nouerimus, ac magis instante necessitate peierandũ nobis, quàm profecto iuramento in aliud crimen maius esse diuertendum. *Ex decr. Sotheris pap. ca. 3.*

Qualiter sacerdotes iurare debeant. Caput XIX.

COrnelius episcopus, Rufo coëpiscopo in domino salutem. Exigit dilectio tua, frater charissime, vt ex authoritate sedis apostolicæ, tuis deberemus consultis respondere. Quòd licet non prolixè, sed succinctè agere festinaremus, propter quasdam importunitates quæ nostris præpedientibus peccatis in nos superuenere, tuis tamen per reliqua sanctorum patrum instituta studiis perquirere latius, & inuestigare committimus. Non enim potest mens attrita & oneribus, atque importunitatibus grauata, tantum boni peragere, quantum delectata & oppressionibus soluta. Non ergo ista ob id prætulimus, vt hæc & alia quæ necessaria fore cognouerimus, tuæ sanctitati velimus denegare: sed quod hic minus inuenitur, latius perquiratur. Sacramentum autem hactenus à summis sacerdotibus, vel *Ex epist. Cornelij pap. cap. 3.*

reliquis Dei ministris exigi, nisi pro fide recta, minimè cognouimus, nec spontè eos iurasse reperimus. Summopere ergo sanctus Iacobus Apostolus prohibens sacramentum, loquitur dicens: Ante omnia, fratres mei, nolite iurare, neque per cœlũ, neq; per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo vester, est, est, non non, vt non sub iudicium decidatis. Et dominus in Euangelio ait: Audistis quia dictum est antiquis, non peierabis: reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neque per cœlum: quia thronus Dei est, neque per terram: quia scabellum pedum eius est, neque per Hierosolymam: quia ciuitas est magni regis, neque per caput tuum: quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem sermo vester, est, est, non, non. Quod his autem abundantius est, à malo est, est, & ab exigente, & à iurante. Hæc, frater charissime, ipse dñs prohibet, id est, non debere iurare. Hæc apostoli maximè omnes, hæc sancti viri prædecessores nostri, qui huic sanctæ vniuersali Ecclesiæ apostolicæ præfuerũt, hæc prophetæ, & reliqui sancti doctores per vniuersum mundum dispersi ad prædicãdum, iuramenta fieri vetãt. Quorum nos exempla, si cœperimus numerare, aut in schedula hac inserere, ante deficeret diei hora, quàm eorum exempla, de hac causa prohibita. Quæ nos sequentes sanctorum apostolorum, eorumq; successorum iura firmamus, & sacramenta incauta fieri prohibemus. Vnde & ipse dominus in tabulis lapideis quas Moysi dedit, propria manu scripsit, dicens: Vide, ne assumas nomẽ domini Dei tui in vanum, & reliqua. Vnusquisque enim propriam conscientiam mundam debet seruare Deo, & in memoria retinere, quod mentitur, occidit animam. Et Apostolus ait: Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Et alibi: Nolite mentiri inuicem, membra. Hæc præcepta sunt saluatoris, hæc prophetarum, hęc sanctorum patrum instituta. Quæ si quis in vanum duxerit, hostis est animæ suæ: quia nemo contra prophetam, nemo contra apostolum, nemo contra Euangelium facit aliquid absque periculo.

Quo tempore iurare liceat. Cap. XX.

DEcreuit sancta synodus, vt à septuagesima vsque in octauas paschæ,& ab Aduentu domini vsq; post consecratos dies,necnon & in ieiuniis quatuor temporum,& in Letania maiore,& in diebus Rogationum, & in diebus dominicis, nisi de concordia & pacificatione, nullus super sacra iurare præsumat. *Ex cõcil. apud sanctũ Medardum, cap.4.*

De illis qui sacramentum regis violant. Cap. XXI.

SI quis laicus iuramentũ violando prophanat, quod regi & domino suo iurat,& postmodũ peruersè eius regnum,& dolosè tractauerit,& in mortẽ ipsius aliquo machinamento insidiatur:quia sacrilegium peragit, manum suam in Christum domini mittens,anathema sit,nisi per dignam pœnitentiæ satisfactionẽ emendauerit,sicuti constitutum à sancta synodo est,id est,seculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat , & pœniteat omnibus diebus vitæ suæ. Veruntamen communionem in exitu vitæ cum Eucharistia accipiat. Episcop⁹ verò,presbyter,vel diaconus,si hoc crimen perpetrauerit,degradetur. *Ex dictis Augusti.*

De illo qui audierit vocem peierantis, & assensum præbet. Cap. XXII.

ANIMA quæ peccauerit, & audierit vocem peierãtis,& testis fuerit,aut ipse viderit, aut conscius erit, nisi indicauerit portabit iniquitatem. *In Leuitico legitur.*

De hoc,quòd Apostolus Spiritum sanctum testificatus est. Cap. XXIII

VEritatem dico in Christo, non mentior,testimonium mihi reddente conscientia mea in spiritu sancto. *Apostolus dicit.*

De eadem re. Cap. XXIIII.

HIeronymus dicit: Iesum testor, & sanctos angelos eius. *Ex dictis Hierony.*

Quòd definitio incanta soluenda sit. Cap. XXV. *Ex cõcil. Hibern. cap.1.*

DEfinitio incauta laudabiliter soluenda,nec præuaricatio est,sed temeritatis emendatio.

De eadem re. Cap. XXVI.

SI puella sita in puerili ætate in domo patris, illo nesciente se iuramento constrinxerit: & si pater statim, vt audierit, contradixerit, vota eius & iuramenta irrita erunt,& facilius emendabitur. *Ex eodẽ, cap.3.*

De eadem re. Cap. XXVII.

Ex cõcil. Aurelia. cap. 2.

IVramentum filii, aut filiæ, nesciente patre, & votum nachi nesciente abbate, & iuramẽta pueri, irrita sunt.

Quòd omnibus modis cauẽdum sit mendacium. Caput XXVIII.

Gregor. dicit.

NOLI filinegare gratiã dei, ne incurras pro bono in malum, pro humilitate in mendacium. Cauendum nanque est omnibus modis mendacium, siue pro malo, siue etiam pro bono proferri videatur: quia omne mendacium non est ex Deo, sed sicut Saluator dicit, à malo est.

Item de iuramento. Cap. XXIX.

Ex cõcil. Toletan.

ETENIM dum peierare compellimur, creatorẽ quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus, cùm verò noxia promissa complemus, & Dei iussa superbè contẽnimus, vt proximis impia crudelitate noceamus, & nosipsos crudeliore mortis gladio trucidam⁹. Illic enim duplici culparum telo percutimur, hic tripliciter iugulamur. Restat ergo, vt eò nostra pergat sententia, quò misericordiæ patuerit via. Quæ ita domino probatur accepta, vt plus eam cupiat, quàm sacrificia veneranda, dicẽte ipso: Misericordiam volo, & non sacrificium. Hac indulgentiæ concessa licentia, miserationis ipsius opus in glorioſi principis potestatem redigimus: vt quia Deus illi misericordiæ ditum patefecit, remedia pietatis ipse quoque non deneget. Quæ ita principali discretione moderata persistant, vt & illis ita sit misericordia contributa, vt nusquam gens, aut patria, per eosdem, aut periculum quodcunque perferat, aut iacturam. Hæc miserationis obtentu tẽperasse sufficiat, cæterumque iuramenta pro regiæ putestatis salute, vel constitutione gentis & patriæ, quæ hactenus sunt exacta, vel deinceps extiterint exigenda, omni custodia, omniqve vigilantia indissolubiliter decernimus obseruanda men bro-um truncatione, mortisque sententia, religione penitus absoluta, sed ne prauarũ mentium versuta nequitia, nosmet ad periurii aliquando prouocet culpam, nec à sanctæ fidei regula hanc asserat venire sententiam: tam diuinæ authoritatis oracula, quàm præcedentium patrum

huic narrationi curauimus innectenda. Sic enim per Hieremiam dixit: Repentè loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt eradicem, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod loquutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui, vt facerem ei. Et per Ezechielem: Si dixero, inquit, iusto quòd vita viuat, & cõfisus in iustitia sua, fecerit iniquitatẽ, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur: & in iniquitate sua quam operatus est, in ipsa morietur. Si autẽ dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitentiam: vita viuet, & non morietur. Si ergo nostra conuersatio, sic diuinam mutat sententiam: quur miserorum tantæ lachrymæ, vel præssura, tam crudam non temperent ex miseratione vindictam? Hinc etiam populo Israëlitico sæpe vltio promissa suspenditur, & Niniuitarum perditio diuinæ sententiæ permutatione sedatur. Nam sanctus Ambrosius in libro tertio de Officiis, ita ait: Purũ igitur ac syncerum oportet esse affectum, & vnusquisq; simplicem sermonem proferat. Vas suum in sanctitate possideat, ne fratrem circunscriptione verborum inducat. Nihil promittat inhonestum, ac sibi promittere quærat. Tolerabilius est promissum non facere, quàm facere quod turpe sit. Sæpe plerique constringunt se iurisiurandi sacramento, & quum ipsi cognouerint promittẽdum non fuisse ius sacramenti, tamen contemplatione faciunt quod spoponderunt, sicut de Herode supra cripsimus, qui saltatrici præmium turpiter promisit, crudeliter soluit. Turpe, quod regnum pro saltatione promittitur: crudele, quod mors prophetæ pro iurisiurandi religione donatur: quantò tolerabilius tale fuisset periurium sacramẽto? Et post pauca, de Iepte discernens. Miserabilis necessitas, quæ soluitur parricidio. Melius est non vouere id, quod sibi cui promittitur, nolit exolui. Et post paululum: Nõ semper igitur promissa soluẽda omnia sunt. Denique ipse dominus, sicut scriptura indicat, frequenter suam mutat sententiam. Vir quoque sanctissimus Augustustinus inuestigationis acumine acutus, inueniendi arte præcipuus, asserendi copia profluus, eloquentiæ flore venustus, sapientiæ fructu fœcundus, hæc in suis narrat affectibus. Duo sunt enim omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen nõ est

sine culpa, cùm aut iocamur, aut cùm promittimus, mentimur. Illud primùm in iocando, ideo non est perniciosissimũ, quia non fallit. Nouit enim ille, cui dicitur, iocicausa esse dictum. Secundum autem ideo mẽtitus est, qui retinet nonnullam beneuolentiam. Idem ipse alibi, non auferat, inquit, veritas misericordiam, non ambulabit in via domini, in qua misericordia & veritas obuiauerunt sibi. Hinc beatus Papa Gregorius, in libris Moralium, sic ait: Cùm mens inter minora, & maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato euadendi aditus patet, minora semper eligãtur: quia & qui murorum ambitu, ne fugiat, cluditur, ibi se in fugã præcipitat, vbi breuior murus inuenitur. Hinc & Isidorus ait: Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quàm permanere in stupri flagitio. Similiter in Synonimis: In malis promissis, rescinde fidem. In turpi voto, vt à decreto quod incautè nouisti non facias. Impia est promissio, quæ scelere adimpletur. Vnde necesse est, vt malè iurans, dignam pœnitentiam agat, eo quod nomen domini contra præceptũ illius sumpsit in vanum, quia in Exodo scriptum est: Nec enim insontem habebit dominus eum, qui assumpserit nomẽ domini Dei sui frustra. Et in Leuitico: Non peierabis in nomine meo, nec pollues nomen domini Dei tui, ego dominus. Tamen malum quod facturum se sacramẽto denouerat, omnino non faciat: quia stulta vota frangenda sunt.

FINIS Libri duodecimi.

INDEX CAPITVLORVM LIBRI Decimitertij.

De obseruatione Quadragesimæ. Cap. i.

D De ieiunio quatuor temporum. ii.

Quo tempore ad Missam flectamus genua dici debeat. iii.

De illis qui indictum ieiunium contempserint. iiii.

De eadem re. v.

De Letania maiore quomodo obseruanda sit. vi.

De ieiunio rogationum. vii.

Vt in cœna domini, vt in reliquis quadragesimæ diebus ieiunium non soluatur. viii.

Vt in sabbato sancto ieiunium ante noctis initium non soluatur. ix.

Quòd non oporteat in quadragesima natalicia sanctorum celebrari. x.

Quòd in diebus ieiunij eleemosina sit facienda. xi.

Vt in Quadragesima tempus prandij conseruetur. xii.

Quòd in diebus ieiuniorum nulla iurgia esse debeãt. xiii.

Vt in illis sacratis diebus ieiuniorum coniugati à coniugibus se abstinere debeant. xiiii.

De his q̃ in clero sunt, & carniũ esum habuerint exosũ. xv

De vigiliis sanctorum. xvi.

De eadem re. xvii.

De hoc si euenerit pestilentia, vel inæqualitas aëris. xviii.

Vt nullus in dominica die pro abstinentia ieiunet. xix.

De eadem re. xx.

Vt placita secularia in diebus dominicis, & in præcipuis festis, & in diebus ieiuniorum non fiant. xxi.

Vt ieiunium absque cibo luxuriæ obseruari debeat. xxii.

Vt quotidianũ ieiuniũ nõ sit sine refectione aliqua. xxiii.

De eadem re. xxiiii.

Quòd ieiunium curet vulnera delinquentis. xxv.

De quodam Alcibiade qui sibi graue iugum ieiunij imposuerat. xxvi.

De eo qui sub obtentu religionis sine iussu episcopi sui vel presbyteri ieiunium sibi imponit. xxvii.

Vt nullus Christian⁹ dũ sancta loca ꝓ reuerẽtia petierit, alicuius publicę potestatis bãno ibidẽ cõstringatur. xxviii.

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi ECCLESIAE VVORMAciensis Episcopi, de Ieiunio, Decretorum Liber XIII.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de obseruatione vtilitateque Ieiunij, maxime autē de ieiunio Quadragesimali, Quatuor tēporū, aliorū, ab Ecclesia institutorum, & eorūdem violatoribus, agitur.

De obseruatione Quadragesimæ. Cap. I.

Ex epist. Grego. papæ.

QVadragesima sūma obseruatione est obseruāda, vt ieiunium in ea præter dominicos qui de abstinētia subtracti sunt, nisi quē infirmitas impedierit, nullatenus soluatur, quia ipsi dies decimæ sunt anni. A prima igitur dñica Quadragesimæ vsq; in Pascha dñi sex hebdomadæ cōputātur, quarū videlicet dierū XL. & II. fiunt. Et quibus dū sex dies dñici abstinētiæ subtrahūtur, nō plura abstinētia quàm triginta & sex dies remanent. Verbigratia: Si per CCC. XLV. dies annus ducitur, nos autem per XXX. & VI. dies affligimur, quasi anni decimas Deo demus. Et vt sacer numerus quadraginta dierum adimpleatur, quem Saluator noster suo sacro ieiunio consecrauerat, quatuor dies prioris hebdomadæ ad supplementum quadraginta dierum tollantur, id est, quarta feria, quæ caput ieiunij subnotatur, & quinta feria sequens, sexta & sabbatū. Nisi istos quatuor dies superioribus triginta & sex adiunxerimus, quadraginta dies in abstinentia nō habemus. Iubemur etiam ab omnipotenti Deo, omnium bonorum nostrorū decimas dare. Quapropter vt omnis decima à nobis Deo ritè persoluatur, tollamus decimam anni, & in ea peccata nostra cōfitēdo, corrigēdo nos, ieiunādo, vigilādo,

orãdo, eleemosynas largiẽdo, abstergamus, & carnẽ nostrã decimem⁹, vt ad sanctũ Pascha securi peruenire possimus.

De ieiunio quatuor temporum. Cap. II.

CONstituimus, vt quatuor tempora anni, ab omnibus cum ieiunio obseruentur, id est, in Martio, hebdomada prima. In Iunio, secunda. In Septembri, tertia. In Decembri, quarta: quæ fuerit plena ante vigiliam Natalis domini, id est, feria quarta, & sexta, & Sabbato. Veniant omnes ad Ecclesiã hora nona, cũ letaniis ad Missarũ solẽnia. *Ex cõcil. Mogũti. cap. 2.*

Quo tempore ad Missam flectamus genua dici debeat. Caput III.

VT presbyteri plebibus anuũcient, quod in Quadragesima & in ieiunio quatuor tẽporum tantummodo ad Missarum solẽnia genua flectere debeant. In dominicis ècontra diebus vel cæteris festis, à vespera vsq; in vesperã non flectant genua, sed stantes incuruati orent, nec quisquam vno genu solotenus impresso orare præsumat, sicut Iudæi irridentes dominum in passione eius fecisse leguntur, sed vtraq; genua terræ figat. Ait enim Apostolus: Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi. *Ex cõcil. Aurelia. cap. 14.*

De illis qui indictum ieiunium contempserint. Caput IIII.

SIquis indictum ieiunium superbiendo contempserit, & obseruare cum cæteris Christianis noluerit, in Gãgrensi concilio præcipitur, vt anathematizetur. *Ex cõcil. Mogũti. cap. 5.*

De eadem re. Caput V.

SIquis eorum qui continentiæ studẽt, absque necessitate corporea, tradita in commune ieiunia, & ab Ecclesia custodita superbiendo dissoluit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit. *Ex cõcil. Gangrẽ. cap. 19.*

De letania maiore quomodo obseruanda sit. Caput VI.

PLacuit nobis vt letania maior obseruanda sit à cunctis Christianis vno die VII. Calan. Mai. sicut in Romana Ecclesia constitutum reperimus, & sicut sancti patres nostri cõstituerunt: nõ equitãdo, nõ precioſis vestibus induti, cinere respersi, & cilicio induti, nisi infirmitas impedierit. *Ex cõcil. Mogũti, cap. 6.*

De ieiunio rogationum. Cap. VII.

CVM exigẽtibus peccatis, Galliarum populi luporum rabie acriter interimerentur, nec huius flagelli ali- *Ex cõcil. Aurelia. cap. 6.*

quod remedium inueniri posset, congregati traduntur Galliarum episcopi apud Viennam vrbem, atque in commune statuerunt, vt triduanum ieiunium facerent. Cumque dominus pestem misericorditer abstulisset, hi dies in consuetudinem annuæ celebritatis venerunt, vt per Galliarum prouincias, ante Ascensionis domini diem celebrarentur. Agamus & nos hos dies cum summa reuerentia & deuotione, cum abstinentia carnis, & humilitate cordis, non vt visibilium luporum rabiem euadamus, sed vt inuisibilium, id est, spirituum immundorum tentamenta vincere valeamus. Nullus autem his diebus vestimentis pretiosis induatur: quia in sacro & cinere lugere debemus. Prohibeantur ebrietates, & commessationes, quæ fiunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare præsumat, sed discalciatis pedibus omnes incedant. Nequaquam mulier culæ chorus ducant: sed omnes in commune Kyrieleeson decantent, & cum contritione cordis Dei misericordiam exorent, pro peccatis, pro pace, pro peste, pro conseruatione frugum, & pro cæteris necessitatibus. Dies enim sunt abstinentiæ, non lætitiæ.

Vt in cœna domini, vt in reliquis Quadragesimæ diebus, ieiunium non soluatur. Cap. VIII.

Ex cõcil. Laodicẽ. cap. 50. QVòd non oporteat in quadragesima in vltima septimana V. feriæ ieiunium soluere, totamque quadragesimam sine veneratione transire, magisq; conueniat omnem quadragesimã districto venerari ieiunio.

Vt in sabbato sancto ieiunium ante noctis initium non soluatur. Cap. IX.

Ex cõcil. Arausico, cap. 2. VT in sabbato sancto, hoc est, in vigilia Paschæ, ieiunium ante noctis initium, nisi à paruulis aut infirmis, non soluatur, nec ipsa in Parasceue: quia cœna domini & Parasceue, & sabbatum ad illos XL. dies respiciunt: Vel diuina mysteria his duobus diebus non celebrentur: canonibus quippe iubentibus biduo isto, id est, Parasceue & sabbato, sacramenta pœnitus non celebrari.

Quòd non oporteat in quadragesima natalitia sanctorum celebrari. Caput. X.

Ex conci. Laodicen. cap. 51. QVòd nõ oporteat in quadragesima martyrum natalitia celebrari: sed eorũ sancta cõmemoratio in diebus sabbatorum & dominicorum fieri conueniat.

Quòd in diebus ieiunij eleemosyna sit facienda.

Caput XI.

DIebus verò ieiunij eleeomosyna facienda est, & cibũ siue potum, quo quisq; vti debuit, si ieiunauerit, pauperibus eroget: quia ieiunare & cibos prandij ad cœnam reseruare, non mercedis, sed ciborum est incrementum. *Ex cõcil. Cabillo. cap. 5.*

Vt in quadragesima tempus prandij seruetur.

Caput XII.

SOlent plures, qui se ieiuniare putant in quadragesima, mox vt signum audierint ad horam nonam manducare. Qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducauerint, quàm vespertinum celebretur officium. Concurrendum est enim ad missas, & auditis Missarum solẽnibus & vespertinis officiis, largitis eleemosynis ad cibum accedendum est. Si verò aliquis necessitate constrictus fuerit vt ad Missam venire non valeat, æstimata vespertina hora, completa oratione sua, ieiunium absoluat. *Ex decr. Siluerij pa. cap. 1.*

Quòd in diebus ieiuniorum nulla iurgia esse debeant.

Caput XIII.

IN his ieiuniorum diebus nullæ lites, nullæ contentiones esse debent: sed in Dei laudibus & opere necessario persistendum. Arguit enim eos qui contentiones & lites quadragesimæ tempore faciunt, & qui debita à debitoribus exigunt, dominus per prophetam dicens: Ecce in die ieiunij vestri inueniuntur voluntates vestræ: & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & ad contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. *Ex dictis Liber. pa.*

Vt in illis sacratis diebus ieiuniorum coniugati à coniugibus se abstinere debeant. Cap. XIIII.

ABstinendum est enim in his sacratissimis quadragesimæ diebus à coniugibus & castè & piè viuendum, vt sanctificato corde & corpore isti dies transigantur, & sic perueniatur ad diem sanctum Paschæ: quia pene nihil valet ieiunium, quòd coniugali opere polluitur, & quòd orationes, vigiliæ, & eleemosynæ non commendant. *Itẽ eiusdẽ, cap. 5.*

De his qui in clero sunt, & carnium esum habuerint exosum. Cap. XV.

HI qui in clero sunt presbyteri aut diaconi, & à carnibus abstinẽt, placuit, eas quidem contingere, & ita si *Ex cõcil. Ancirano cap. 13.*

voluerint contenere. Quòd si in tantum eas abominantur, vt nec holera quæ cum eis coquuntur existiment comedenda, tanquam non consentientes regulæ, ab ordine cessare debent.

De vigilus sanctorum. Cap. XVI.

Ex conci. Aureliã. cap. 1. PResbyteri cùm sacras festiuitates populo annuncient, etiam ieiunium vigiliarum eos omnimodis seruare moneant.

De eadem re. Caput XVII.

Ex dictis Eusebij papæ, ca. 10. VT in Ecclesia à sacerdotibus ieiunia constituta, sine necessitate rationabili, non soluantur.

De hoc si euenerit fames, pestilentia, vel inæqualitas aeris. Caput XVIII.

Ex decr. Liberij papæ, ca. 2. SI euenerit fames, pestilentia, inæqualitas aëris, vel alia qualiscunque tribulatio, statim ieiuniis, eleemosynis & obsecrationibus domini misericordia deprecetur.

Vt nullus in die dominica pro abstinentia ieiunet. Caput XIX.

Ex cõcil. Gangrẽ. cap. 18. SI quis propter continentiam, quæ putatur, aut propter contumaciam in die dominico ieiunat, anathema sit.

De eadem re. Caput XX.

Ex cõcil. Turonẽ. cap. 57. SI quis propter publicam pœnitentiam à sacerdote acceptam, aut pro aliqua necessitate, die dominica vel pro quadam religione, ieiunauerit, sicut Manichæi, anathema sit.

Vt placita secularia in diebus dominicis, & in præcipuis festis, & in diebus ieiuniorum non fiant. Cap. XXI.

Ex conci. apud Ephesfurt, habito, cui interfuit Henricus rex, cap. 2. PLacita secularia dominicis diebus vel aliis præcipuis festis, seu etiam in his diebus in quibus legitima ieiunia celebrantur, secundum canonicam constitutionem minimè fieri decreuimus. Insuper etiam sancta synodus decreuit, vt nulla iudiciaria potestas licentiam habeat, sua autoritate Christianos ad placitum bannire, in supradictis diebus, id est, septem dies ante Natalem domini vsque in octauas Epiphaniæ, & à Quinquagesima vsque in octauas Paschæ, & VII. dies ante natiuitatem sancti Ioannis Baptistæ, quatenus adeundi Ecclesiam, orationibusque vacandi liberius habeatur facultas.

Vt ieiunium absque cibo luxuriæ obseruari debeat.
Caput XXII.

NOn dico hebdodas, non dico duplicata ieiunia, sed saltem singulos dies absque ciborum luxria transigamus. *Ex dictis Hierony.*

Vt quotidianum ieiunium non sit sine refectione aliqua Cap. XXIII.

SInt tibi quotidiana ieiunia, & refectio sacietatem fugiens. Nihil enim prodest tibi biduo triduoq; trãsmisso vacuum portare ventrem si pariter obruatur. Si compensatur saturitate ieiunia, ilico mens repleta torpescit: & irrigata terra corporis huius, spinas & carduum germinat. *Ex dictis Pimeni æremitæ.*

De eodem Cap. XXIIII.

SInt tibi ieiunia pura, continua, moderaque, id est, quotidie esurire, & quotidie prandere. *Itẽ idem*

Quòd ieiunium curat vulnera delinquentis.
Caput XXV.

NOli adhuc aquam bibere, sed modico vtere vino propter infirmitates tuas: curat enim vulnera delinquentis, curatosque sanctificat ieiunium. *Apstol⁹ dicit.*

De quodam Alcibiadæ qui sibi graue iugum ieiunii imposuerat. Cap. XXVI

ALcibiades quidã erat ex numero eorum qui pro Christo vincti tenebantur Hic vitam satis arduam & austeram gerebat, nihil cibi volens accipere, sed ratùm pane, & sale cum aqua vtebatur. Cum vitæ hunc rigorem vellet etiam in carcere positus obtinere, Attalo cuidam seruo Dei reuelatum est: quia non rectè faceret Alcibiades creaturis Dei, & vellet aliis formam scandali derelinquere. Quibus cognitis Alcibiades cœpit omnia cum gratiarum actione percipere: quia quæ illi reuelabat spiritus vt doceret, huic vt sequeretur idem spiritus persuadebat. *Euſebi. in eccleſiaſt. hiſtoria.*

De eo qui sub obtentu religionis sine iussu episcopi sui, vel presbyteri ieiunium sibi imponit. Cap. XXVII

VT nemo nisi consentiente proprio episcopo, aut eius misso, ieiunium sub obtentu religionis sibi imponat, vnum diem præ aliis excipiendo, omnimodo interdicimus, quod & factum displicet, & in futurum fieri prohibemus: quia plus causa riolandi esse dinoscitur, quàm supplementum catholicæ legis. *Ex cõcil. apud Erphesfurt habito, præsente Henrico reg. ca. 5.*

Vt nullus Christianus dum sancta loca pro reuerentia petierit, a'icuius publicæ potestatis banno ibidē constringatur. Cap. XXVIII.

Ex eodē concilio. PRæcipimus nanque vt nullus Christianus pro reuerentia Ecclesiam petendo, ibiq́ue manendo, indeq́ue reuertendo alicuius publicæ potestatis banno, ibidem constringatur: ne fortè dum ad Ecclesiam causa orationis properat, per bannum impediatur pro salute animæ deuotè assistere.

FINIS Libri decimitertij.

INDEX CAPITVLO-*rum Libri Decimiquarti.*

Quòd crapula multum sit Christianis contraria. Cap. I

Vt malum ebrietatis omninò vitetur. II

Quòd episcopi & eorum ministri, crapulæ & ebrietate non debeant grauari. III

De eadem re. IIII

De eadem re. V

De eadem re. VI

Quales conuiuæ sacerdotum epulis interesse debeant. VII

De eadem re. VIII

De eadem re. IX

De eadem re. X

Qui ebrius fuerit vt ordo patitur pœniteat. XI

Quòd vino inebriari non liceat, sed fugiendum sit. XII

De illis qui per ebrietatem vomitum fecerint. XIII

De eadem re. XIIII

De illis qui per superbiam alios inebriant. XV

Quòd fugienda sit ebrietas. XVI

Item de ebrietate. XVII

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMACIEN

sis Episcopi, de Crapula & Ebrietate, Decretorum Liber XIIII.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de detestandis vitiis, Crapula, & Ebrietate tractatio instituitur, quæque iis qui hisce vitiis implicantur pœna iniungenda sit, docetur.

Quòd crapula multum sit Christianis contraria. Cap. I.

NIhil sic contrarium est homini Christiano quomodo crapula & ebrietas, sicut ait dominus in Euanglio: Videte ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. *Ex dictis Benedicti*

Vt malum ebrietatis omnino vitetur. Cap. II.

MAgnum malum ebrietatis, vnde omnia vitia pullulant, Christanis modis omnibus cauere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandũ esse decreuimus, vsque ad congruam emendationem. *Ex decr. Eutychia pa. ca. 9.*

Quòd episcopi & eorum ministri, crapula & ebrietate non debeant grauari. Cap. III.

EPiscopi & Dei ministri nõ debent cõmessationibus, & vinolentiis nimis incombere, sed considerent sententiam domini dicentis: Attendite ne grauẽtur cordã vestra in crapula, & ebrietate. Moderatè enim cibũ & necessarium sumptum, sumant, vt iuxta Apostolum sobrij sint, & parati ad seruitium domini. *Ex decr. eiusdem. cap. 9.*

De *eadem re.* Cap. IIII.

VT sobrietatem sacerdotes teneãt, & hanc habendam fidelibus prædicent: quia non potest liberè sobrietatẽ prædicare, qui se mero vsque ad alienationem mentis ingurgitat. Hoc & de commessationibus, & cæteris pestibus ad gastri margiam pertinentibus, obseruandum est. *Ex cõcil. Cabillon, cap. 10.*

De eadem re. Cap. V.

Ex cano. apostolorum titu. 42. EPiscopus, presbyter, aut diaconus aleæ atque ebrietati deseruiens, aut desinat, aut certè damnetur. Subdiaconus, aut lector, aut cantor similia faciens, aut desinat, aut communione priuetur, Similiter etiam laicus.

De eadem re. Cap. VI.

Ex eodē. cap. 43. SI quis episcopus, aut aliquis ordinatus in consuetudine ebriosus fuerit, aut desinat, aut deponatur.

Quales conuiuæ sacerdotum epulis interesse debeant.

Caput VII.

Ex decr. Eusebij pa. ca. 10 OPortet episcopum moderatis epulis contentum esse, suosque conniuas ad comedendum, & potandum non vrgere, quin potius semper sobrietatis præbeat exemplum. Remoueantur ab eius cōuiuio cuncta turpidinis argumenta, non ludicra spectacula, non acromatum vaniloquia, non fatuorum stultiloquia, nō scurrilium admittātur præstigiæ. Adsint peregrini, & pauperes, & debiles, qui de sacerdotis mensa Christum benedicentes benedictionem percipiant. Recitetur sacra lectio, subsequatur viuæ vocis exhortatio, vt non tantùm corporali cibo, imò verbis spiritalis alimento conuiuantes se refectos gratulentur, vt in omnibus honorificetur Deus, per iesum Christum dominum nostrum.

De eadem re. Cap. VIII.

Ex pœnitentiali Theodo. SAcerdos quilibet si inebrietur per ignorantiam, septem dies pœniteat, in pane & aqua: si per negligentiam, XL. dies: si per contemptum XL. dies. Diaconus vel monachus secundum ordinem, vt scriptum est, seu & reliqui clerici, & ministri iuxta ordinem, iudicio sacerdotis pœniteant. Laici velut vota non habentes si inebriantur, arguantur à sacerdote, quòd ebriosi regnum Dei non possidebunt, & veteritus sit ebrietas, & compellat eos pœnitere. Qui cogit hominem vt inebrietur humanitatis gratia, accerrimè reprehendatur, & VII. dies pœniteat: si per contemptum, XXX. dies. Nullus Christianus alium Christianum plus bibere cogat, quàm naturæ sufficiat. Quòd si fecerit, iuxta id quod in pœnitentiali habetur, pœniteat.

De eadem re. Cap. IX.

Ex dictis Fructuosi episcopi. SI quis Ecclesiastica prędituś ordinatione, aut monachus repertus fuerit ebriosus, in pane & aqua tribus pœnitentiæ mensibus.

De eadem re. Cap. X.

OBseruandum est vobis, vt & vos ab ebrietate abstineatis, & vt plebes subditæ abstineant, prædicetis. Et neque per tabernas eatis bibendo, aut comedendo, neque domos, aut vicos curiositate qualibet peragretis, neq; cũ fœminis, aut cum quibuslibet personis impuris conuiuia exerceatis, nisi fortè paterfamilias quilibet vos ad domũ suam inuitauerit, & cum cõiuge sua, & prole velit vobiscum spiritali gaudio lætari, & verborum vestrorum refectionem accipere, & vobis refectionem carnalem charitatis officio exhibere. Oportet enim, vt si quãdo quilibet fideliũ, carnalibus vos reficit epulis, a vobis reficiatur epulis spiritalibus. *Ex decr. Eutychia. papæ, ca. 13.*

Qui ebrius fuerit, vt ordo patitur, pœniteat. Caput XI.

ITaque eum quem ebrium fuisse constiterit, vt ordo patitur, aut triginta dierum spacio à cõmunione statuimus submouendum, aut corporali dandum supplicio. *Ex cõcil. Agathẽ. cap. 10.*

Quòd vino inebriari non liceat, sed fugiendum sit. Caput XII.

FVge vinum velut venenum, ne ebrietas superet te, expoliatumque virtutibus te nudũ efficiat. Vinum enim, vt sancta scriptura dicit, apostare facit etiam sapientes. Attende Noe virum sapientem, & sanctum, quomodo per ebrietatem nudatus est, dormiens. Attende, & Loth patriarcham, qui per ebrietatem impudenter se commiscuit filiabus Hinc beatus Basilius dicit: Multi per vinum à dæmonibus capti sunt: necest aliud ebrietas, quàm manifestissimus dæmon. Hinc propheta ait: Fornicatio & ebrietas aufert cor. Ebrietas enim perturbationẽ parit, gignit mentis furorem, & flammam suscitat libidinis. Apostolo teste, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Si quis autẽ contra hæc fecerit sanctorum statuta, dignam ac longam agat pœnitẽtiam: quia vnũ est ex his peccatis quæ hominem à regno Dei separãt, dicente apostolo Paulo: Neque ebriosi regnum Dei possidebunt. *Ex dictis Augustí.*

De illis qui per ebrietatem vomitum faciunt. Caput XIII.

Ex pœnitentiali Romano.

QVI per ebrietatem vomitum facit, si presbyter aut diacon⁹ est, XL. dies pœniteat. Si monachus XXX. dies pœniteat, si clericus, XX. dies, si laicus, XV. dies.

De eadem re. *Cap.* *XIIII.*

Ex pœnitẽtiali Bedæ presbyteri.

LAicus, si per ebrietatem vomitum facit, tres dies à cr ne, & vino, & ceruisia abstineat.

De illis qui per superbiam alios inebriat. *Cap. XV.*

Ex eodẽ.

SI quis per nequitiam alium inebriat, quadraginta dier pœniteat. Quòd si in consuetudine habuerit, commu nione priuetur, donec dignè pœniteat, & emendationem promittat.

Quòd fugienda sit ebrietas. *Cap.* *XVI.*

Ex decr. Clemẽtis pap. cap. 35.

EBrietatem oppido prohibebat propheta, & ebrio corpore, & animo mortuos esse prædicabat. De quibus per exemplum aiebat: Væ qui consurgitis mane ad ebrie tatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt v no æstuetis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & v num in conuiuiis vestris, & opus domini nõ respicitis, p opera manuum eius consideratis Et iterum: Væ qui po tes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscend ebrietatem, qui iustificatis impium pro muneribus, & i stitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc, sicut deuorat s pulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix e rum quasi fauilla erit, & germen eorum, vt puluis ascẽd Abiecerunt enim legem domini exercituum, & eloqui sancti Israël blasphemauerunt. Ideo iratus est furor do ni in populo suo, & extendit manum suam super eum, percussit eum, conturbati sunt montes, & facta sunt ma ticina eorum, quasi stercus in medio platearum. In om bus his non est aduersus furor eius, sed adhuc manus extensa.

Item de ebrietate. *Cap.* *XVII.*

Sanctus Isidorus dicit.

EScæ crapulam, potus ebrietatem, generant. Ebrie autem perturbationem gignit mentis, furorem co dis, flammam libidinis. Ebrietas ita mẽtem alienat, vt sit, nesciat. Vnde etiã malum non sentitur, quòd per ebr

tatem committitur. Verùm est, quod iuxta prophetam dicitur: Fornicatio & ebrietas auferet cor. Fornicatio enim, sicut ait Salomõ, infatu at sapientẽ. Ebrietas, sicut in Loth sensus rationem captiuat. Vnde & in Prouerbiis: Potentes, inquit, qui iracundi sunt, vinum non bibant, ne quum biberint, obliuiscantur sapientiam. Plerisque laus est multum bibere, & non inebriari. Audiant hi aduersum se dicẽtem prophetam: Væ qui potentes estis ad bibendũ vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Vino multo deditos, & luxuriosẽ viuentes, Esaias sic arguit, dicens: Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsq; ad vesperam, vt vino æstuetis. De talibus, & alio loco dicitur: Væ tibi ciuitas, cuius rex iuuenis est. & cuius principes mane comedent. Multi enim à mane vsque ad solis occubitum, ebrietati & gulæ voluptatibus seruiunt, nec intelligunt cur nati sunt: sed cõsuetudine beluina detenti, luxuriæ tantùm, tota die, epulisque inseruiunt. Clamat Ioël propheta, his qui ebrietati deseruiunt, dicens: Expergiscimini ebrii, & flete, & vlulate, omnes qui bibitis vinum in dulcedinem. Quo testimonio, non ait tantùm, flete omnes qui bibitis vinum, vt bibere omnino non liceat, sed adiecit in dulcedinem, quod ad voluptuosam pertinet, & prodigam effusionem. Nam quantum satis est necessitati edocet Timotheum bibere Apostolus dicens: Vino modico vtere. Non solùm ex vino inebriantur homines, sed etiã ex cæteris potandi generibus, quæ vario modo conficiuntur. Vnde & Nazaræis, qui se sanctificabant domino præceptum est vinum & siceram nõ bibere? vtraque enim statum mentis euertunt, & ebriosos faciunt. Luxuriam quippe carnis vtraque æqualiter gignunt. Quidam continentes, sicut panem cum pondere ædunt, ita & aquã cum mensura sumũt, asserẽtes ad castimoniã carnis, etiam abstinentiam conuenire.

FINIS Libri decimiquarti.

INDEX

CAPITVLORVM

Libri Decimiquinti.

Piscopi impositam à Deo sibi curam in populis habeant, pauperum oppressores non
E ferant. Cap. i
De illis qui in episcopiis prædam fecerint. cap. ii
Vt episcopi potestates admoneant, vt pauperes non opprimant. iii.
De eadem re. iiii.
De secularibus Ecclesiam, vel clericum iniustè calumniatibus. v.
Vt contemptores canonum excommunicentur. vi.
De præuaricatoribus diuinarum legum. vii.
Quòd non liceat Imperatori, vel cuiquam potentum aliquid agere contra diuinum mandatū, & quod iudicium iniustum regio metu ordinatum, non valeat. viii.
Vt nemo contra canones esse præsumat. ix.
De imperatoria lege. x.
Quando canonica ventilantur, nisi sint religiosi laici, non interfint. xi.
Vt laici in synodo, nisi clericis iubentibus, docere nō audeant. xii.
Vt populus docendus sit, non sequendus. xiii.
De illo qui contra decretum episcopi venerit. xiiii.
Admoneatur imperator, vt constitutis apostolicæ sedis obtemperet. xv.
Generalis admonitio regum. xvi.
Alia admonitio principum. xvii.
Item adhortatio principum. xviii.
Qualiter studendum sit regibus sacerdotum, vel populi peccata vlcisci. xix.
De eadem re. xx.

Quòd multorum solamen sit, si prudentes viri regibus adhæreant xxi.
Vt regum aduersarii excommunicentur. xxii.
De illis qui principi non obedierint. xxiii.
De illis qui in aduersitate propriæ gentis, aut patriæ culpabiles inueniuntur. xxiiii.
Vt nullus præsumat principe viuente alium eligere regẽ. xxv.
Vt nemo intendat in interitum regis. xxvi.
De fidelibus regum. xxvii.
De regum sobole. xxviii.
Quòd quicquid commotus animus fecerit, hoc iustum putat. xxxi.
Quòd laici presbyteros, qui Ecclesias illorum tenent, nõ aliud quàm diuinum officium agere cogant. xxx.
Vt Iudæi super Christianos non ponantur. xxxi.
Quòd sancta Ecclesia vnum patrem habeat in cœlis. xxxii.
De illo qui pro catholica fide tribulationes patitur. xxxiii.
De hæredibus, si iussa testatoris non impleuerint, vt episcopus adimpleat. xxxiiii.
Vt laici quanuis religiosi ecclesiastica non disponant. xxxv.
De illis qui res Ecclesiæ à regibus petunt. xxxvi.
De eo, si episcopus ecclesiasticum, & comes seculare placitum vna die condixerint. xxxvii.
De regibus bene regentibus. xxxviii.
De eadem re. xxxix.
De patientia regum. xl.
De delictis regum, seu exemplis. xli.
Quòd reges legibus teneantur xlii.
De disciplina regum in Ecclesia. xliii.
Quur deus alios ad libertatem, alios autem ad seruitutem discreuisset. xliiii.

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMACI. ensis Episcopi, de Laicis, Decretorũ Liber XV.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc de Laicis omnis conditionis tractatio instituitur, tam de iis qui præsunt, vt Imperatoribus, regibus, principibus, quàm his qui horum imperio subiecti sunt.

Episcopi cùm impositam à Deo sibi curam in populis habeant, pauperum oppressores non ferant. Cap. I.

Ex cõcil. Toletan. 5. ca. 32.

EPiscopi in protegendis populis ac defendendis, impositam à Deo sibi curã non ambigant. Ideoq; dum conspiciunt iudices, ac potestates pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant: & si contempserint emendare, anathematizentur.

De illis qui in episcopijs prædam fecerint. Cap. II.

Ex cõcil. Carthag. cap. 8.

VT si quis quemlibet expoliauerit, & admonente episcopo non reddiderit, excommunicetur.

Vt episcopi potestates admoneant, vt pauperes non opprimant. Cap. III.

Ex cõcil. Aurelia. cap. 4.

VT iudices aut potestates, qui pauperes opprimunt, commoniti à pontifice suo nõ emẽdauerint, excommunicentur.

De eadem re. Cap. IIII.

Ex cõcil. Mogũti. cap. 8.

VT episcopi potestatem habeãt res Ecclesiasticas providere, regere, & gubernare, atque dispensare, secundum canonum authoritatem. Volumus vt laici in eorum ministerio obediant episcopis ad regendas Ecclesias & viduas & orphanos defendendos, & vt obedientes sint ad eorum Christianitatem seruandam, & Episcopi cau-

sentientes comitibus, & iudicibus ad iustitias faciendas, & vt nullatenus per aliquorum mendacium, vel falsum testimonium, neque periurium, aut per præmium lex iusta in aliquo deprauetur.

De secularibus Ecclesiam vel clericum iniustè calumniantibus. Caput V.

SI qui secularium pro calumnia Ecclesiam aut clericum fatigare tentauerit, & euictus fuerit, ab Ecclesiæ liminibus, & catholicorum communione, nisi dignè pœnituerit, arceatur. *Ex conci. Agathē, cap. 32.*

Vt contemptores canonum excommunicentur. Caput VI.

VT laici contemptores canonum excommnicentur: clerici honore priuentur. *Ex cōcil. Carthag. cap. 15.*

De præuaricatoribus diuinarum legum. Cap. VII.

SI quis publicus diuinæ legis præuaricator, vel pro manifestis criminibus sanctorum canonum contemptor repertus fuerit, ac sanctorum patrum constitutionibus contradictor, & si monitionibus episcopalibus obtemperare distulerit, anathematizetur. *Ex conci. apud Lauriacum, cap. 10.*

Quòd non liceat Imperatori, vel cuiquam potentum, aliquid agere contra diuinum mandatum. Caput VIII.

NOn licet ergo Imperatori, vel cuiquam pietatem cūstodienti, aliquid contra mandata diuinitatis præsumere, nec quicquam quo Euangelicis propheticisq; seu apostolicis regulis obuietur, agere. Iniustum enim iudiciū, & diffinitio iniusta, regio metu, vel iussu à iudicibus ordinata non valeat: nec quicquam quod contra Euangelicā & propheticā, aut apostoliā doctrinam, constitutionemq; eorum siue sanctorum patrum actum fuerit stabit: & quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit, maniuo cassabitur. *Ex decr. Adriani papæ. ca. 16.*

Vt nemo contra canones esse præsumat. Cap. IX.

VT constitutitiones contra canones & decretā præsulum Romanorum, vel bonos mores nullius sint momenti. *Ex cōcil. Triburi. cap. 10.*

De imperatoria lege. Cap. X.

Ex decr. Pij papæ, cap. 3.

LEx imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus.

Quando canonica ventilantur, nisi sint religiosi, laici non intersint. Cap. XI.

Ex cõcil. Cabillon. cap. 6.

QVando ea quæ canonica sunt ventilantur, vel quando regularia examinantur, neque aliquos laicos interesse nisi religiosos oportet: & nisi hos tãtummodo, qui in propria appellantur persona.

Vt laici in synodo, nisi clericis iubentibus, docere non audeant. Cap. XII.

Ex conci. Carthag. cap. 118.

LAici in synodo præsentibus clericis, nisi ipsis iubentibus, docere non audeant.

Vt populus sit docendus, non sequendus. Cap. XIII.

Ex decre. Celesti. papæ, ca. 22.

DOcendus est populus, non sequendus: nosque si nesciunt quod liceat, quidve non liceat commonere, non his consensum præbere debemus. Quisquis verò conatus fuerit tentare prohibita, sentiet censuram canonicam minimè defuturam.

De illo qui contra decretum episcopi venerit. Caput XIIII.

Gregor. dicit.

SI quis venerit contra decretum episcopi, ab Ecclesia abiiciatur.

Admoneatur imperator, vt constitutis apostolicæ sedis obtemperet. Cap. XV.

Ex decre. Anasta. papæ.

ILlud verò pecularius pro amore imperij vestri, & beatitudine quam consequi poterit regnum, pro apostolico officio prædicamus, vt sicut decet, & spiritus sanctus dictat, monitis nostris obedientia præbeatur, vt bona omnia vestra respublica consequatur, sicut in Exodo promittitur. Si audieris vocem domini Dei tui, & quæ placent feceris coram eo, & obedieris præceptis eius, & custodieris omnem iustitiam eius, omnem infirmitatem quam imposui Aegytiis, non importabo in te. Ego enim sum dominus, qui salutem facio te. Et illic iterum tuba potentissima canitur: Et nunc Israël, quid dominus Deus tuus postulat à te aliud, quàm vt timeas dominum Deum tuum, & ambules in omnibus viis eius, & diligas eũ, & seruias domino

Deo tuo ex toto corde,& ex tota mente tua?Custodi præcepta domini Dei tui & iustitias, quas ego mandabo tibi. Hæc me suggerentem frequentius,non spernat pietas tua, ante oculos habens domini in Euangelio verba: Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit: & qui me spernit,spernit eum qui me misit.Nam & Apostolus concinens saluatori nostro,ita loquitur: Quapropter qui hæc spernit,non hominem spernit,sed Deum, qui dedit spiritum suum sanctum in nobis. Pectus clementiæ vestræ, sacrarium est publicæ fœlicitatis, vt per instãtiam vestram, quam vélut vicarium præsidere iussit in terris,Euangelicis, apostolicisque præceptis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam,quæ sunt salutifera, compleantur.

Generalis admonitio regum. *Cap. XVI.*

PRopter hoc omnipotens Deus bonos quosque ad populorum regimina perducit,vt per eos omnibus,quibus prælati fuerint, dona suæ potestatis impendat: quod in Anglorum gente factum cognouimus,cui vestra gloria idcirco est præposita, vt bona quæ vobis concessa sunt,etiamsubiectæ vobis genti superno beneficio restaurentur. Et ideo glorioſe fili eam, quam accepisti diuinitus, gratiam solicita mente custodi, Christianam fidem in populis tibi subditis extendere festina:zelum rectitudinis tuæ, in eorum conuersione multiplica, idolorum cultus insequens,fanorum ædificia euerte.Subditorum mores in magna vitæ mundicia,exhortando, terrendo, corrigendo, & boni operis exempla monstrando,ædifica, vt illũ retributorem inuenias in cœlo,cuius nomẽ atq; cognitionem dilataueris in terra.Ipse enim vestræ quoque gloriæ nomen, etiam posteris glorioſius reddet,cuius vos honorem queritis,& reseruatis in gentibus.Sic enim Constantinus quondam piissimus imperato,Romanã rempub.à peruersis idolorum cultibus reuocans, omnipotenti Deo nostro Iesu Christo secum subdidit,seq; cum subiectis populis tota ad eum mente conuertit.Vnde factum est,vt antiquorũ principum nomen,suus vir ille laudibus vinceret, & tãto in opinione præcessores suos,quantò & in bono opere superaret. Et nunc itaque vestra gloria cognitionem vnius Dei, patris,& filij, & spiritus sancti, regibus ac populis sibimet

Ex regist. ad Adilbercũ regẽ Francorum, ca.264.

ſubiectis feſtinet infundere, vt antiquos gentis ſuæ reges, laudibus ac meritis tranſeat: & quantò in ſubiectis ſuis etiam aliena peccata deterſerit, tantò etiam de peccatis propriis ante omnipotentis Dei terribile examen ſecurior fiat. Prætereà ſcire veſtram gloriam volumus, quia ſicut in ſcriptura ſacra ex verbis domini omnipotentis agnoſcimus, præſentis mundi iam terminus iuxta eſt, & ſanctorum regnum venturum eſt, quod nullo vnquam poterit fine finiri. Appropinquante autem eodem mundi termino, multa imminent quæ anteà non fuerunt, videlicet immutationes aëris, terroresque de cœlo, & contra ordinationem temporum tempeſtates, bella, fames, peſtilentiæ, terræmotus per loca, quę tamen non omnia noſtris diebus ventura ſunt, ſed poſt noſtros dies ſubſequentur. Vos itaque ſi qua ex his euenire in terra veſtra cognoſcitis, nullo modo veſtrum animum perturbetis: quia idcirco hæc ſigna de fine ſeculi præmittuntur, vt de animabus noſtris debeamus eſſe ſoliciti, de mortis hora ſuſpecti, & venturo iudici in bonis actibus inueniamur eſſe prępoſiti.

Alia admonitio principum. *Cap. XVII.*

Ex regiſt. ad Iuſtinum imperato. Siciliæ, cap. 2.

QVod lingua loquitur, atteſtatur conſcientia: quia dudum vos & nullius dignitatis occupationibus implicatos multum dilexi, multumque veneratus ſum. Ipſa nanque inceſſus veſtri modeſtia quibuſdã conatibus exigebat, vt diligi etiam à nolente debuiſſet. Et cùm vos veniſſe ad adminiſtrandam præturam Siciliæ audirem, valde gauiſus ſum: & quia quandam inter vos atque eccleſiaſticos ſimultationem ſubrepere comperi, vehementiſsimè contriſtatus ſum. Nunc verò quia, & vos adminiſtrationis cura, & me ſtudium huius regiminis occupat, in tantum nos rectè diligere ſpecialiter poſſumus, in quantum generalitati minimè nocemus. Vnde per omnipotentem dominum rogo, in cuius tremendo iudicio noſtrorum actuum poſituri rationem ſumus, vt eius reſpectum ſemper gloria veſtra ante oculos habeat, & nunquam quodlibet, ex quo inter nos vel parua diſſenſio prouenit, admittat. Nulla vos lucra ad iniuſtitiam pertrahant. Quàm ſit vita breuis aſpicite, ad quem quandoque ituri eſtis iudicem, qui iudiciariam poteſtatem geritis, cogitate. So-

lerter ergo intuendum est, quod cuncta lucra hic relinquimus, & solas dispensatiuorum lucrorum causas, nobiscum ad iudiciũ deportamus. Illa ergo nobis sunt commoda quærenda, quæ nequaquam mors adimat, sed mãsura in perpetuum præsentis vitæ finis ostendat.

Item adhortatio principum. *Cap. XVIII.*

Ex reg. Gre. ad Gennadiũ Patriciũ & Exarchũ, cap. 73.

SI non ex fidei merito, & Christianæ religionis gratia tantæ excellentiæ vestræ bellicorum actuum prospe-ritas eueniret, non summopere miranda fuerant, cùm sciamus hæc etiam antiquis bellorum ducibus fuisse concessa. Sed cùm futuras Deo largiente victorias non carnali prouidentia, sed magis orationibus præuenitis fit vt hoc in stuporem veniat, quòd gloria vestra non terreno consilio, sed Deo desuper largiente discedat. Ibi enim meritorum vestrorum loquax non discurrit opinio, quæ & bella vos frequenter appetere, non desiderio fundendi sanguinis, sed dilatandæ causa reipublicę, in qua Deum coli conspicimus, loqueretur, quatenus Christi nomen per subditas gentes, fidei prædicatione circum quaque discurreret. Sicut enim exteriora vos virtutum opera eminentes in hac vita constituunt: ita & internorum ornamẽta, ex corde mundo procedentia, in futura vita cœlestium gaudiorum participatione glorificant.

Qualiter studendum sit regibus, sacerdotum vel populi peccata vlcisci. *Cap. XIX.*

Ex reg. Grego. ad Brunihildam reginam Frãcorum, cap. 272.

CVM scriptum sit, iustitia eleuat gentem, miseros autem populos facit peccatum, tunc regnum stabiliri creditur, cùm culpa quæ cognoscitur, citius emendatur. Multorum igitur ad nos relatione peruenit, quod dicere sine afflictione cordis nimia non valemus, ita quosdam sacerdotes in illis partibus impudicè ac nequiter conuersari, vt & audire nobis sobprobrium, & lamentabile sit referre. Ne ergo postquam huius nequitiæ hucusque se tetendit opinio, aliena prauitas aut nostram animam, aut vestrum reguum peccati sui iaculo feriat, ardenter ad hæc debemus vlciscenda consurgere, ne paucorum fames, multorum esse possit perditio. Nam causa sunt ruinæ populi, sacerdotes mali. Quis enim pro populi peccatis se inter-

ceſſor obiiciat, ſi ſacerdos qui exorare debuerat grauiora committat? Sed quoniam eos quorum hæc locutio eſt inſequi, nec ſolicitudo ad requiſitionem, nec zelus excitat ad vindictam: ſcripta ad nos veſtra diſcurrant, vt perſonam præcipitis cum veſtræ autoritatis aſſenſu tranſmittamus, quæ vna cum aliis ſacerdotibus hæc & ſubtiliter quærere, & ſecundum Deum debeat emendare. Nec enim diſſimulanda ſunt quæ dicimus: quia qui emendare poteſt & negligit, participem ſe proculdubio delicti conſtituit. Prouidete ergo animæ veſtræ, prouidete nepotibus quos cupitis regnare fœliciter, prouidete prouinciis, & priſquam creator noſter manum ſuam ad feriendum excutiat, de correctione huius ſceleris ſtudioſiſsimè cogitate, ne tanto poſtmodum acrius feriat, quantò modo diutius & clementer expectat. Scitote autem quia magnum Deo noſtro ſacrificium placationis offeretis, ſi tanti labem facinoris, de veſtris citius finibus amputatis. Datum die X. Calend. Iulij. Indict. quarta.

De eadem re. Caput XX.

Ex re. Gre. ad Tendericum regẽ Francorum, cap. 273.

EXcellentiæ veſtræ index cordis epiſtola, quanta in vobis fulgeat cum regia poteſtate, prudentia, ita luculenti copia ſermonis edocuit, vt dubium eſſe non valeat, quicquid laudabile de vobis fama narrauerit. Et quoniam adhortationem noſtram regiis animis, per laudis prædicamenta placuiſſe ſignaſtis, vt quicquid ad Dei noſtri cultum, quicquid Eccleſiarum reuerentiam, quicquid ad honorem pertinere cognoſcitis ſacerdotum, ſtudioſe ſtatuis & velitis in omnibus cuſtodire, iterata vos per veſtram mercedem adhortatione pulſamus, vt congregari ſynodum iubeatis, & ſicut dudum ſcripſimus, corporalia ſacerdotibus vitia, & ſymoniacæ hæreſis prauitatem, omnium epiſcoporum definitione damnari, atque à regni veſtri amputari finibus, faciatis, nec plus illis per pecuniam obtinere, quã præcepta dominica præcipiunt permittatis. Nam dum omnis auaritia idolorũ ſit ſeruitus, quiſquis hãc in dandis honoribus & maximè eccleſiaſticis vigilanter non præcauet, infidelitatis perditioni ſubiicitur, etiãſi tenere fidem quã negligit videatur. Sicut ergo contrà exteriores hoſtes, ita quoq; cõtra interiores animarũ aduer-

sarios studere esse soliciti, vt per hoc quod Dei nostri inimicis fideliter repugnatur, & hic fœliciter ipsius protectione regnetis, & ad æterna postmodum gaudia eius duce gratia veniatis.

Quòd multorum solamen sit, si prudentes viri regibus adhæreant. Cap. XXI.

PRudentes viros, sicut estis, regibus adhærere, multorum solamen est. Nam dum præstari sibi locum ad animæ datum vtilitatem intelligunt, certum est, quia mercedis causas alias vbi inueniunt non præponunt. *Ex rege Greg. ad Asclepiodotũ Patricium Anglor. cap. 271.*

Vt regum aduersarij excõmunicentur. Cap. XXII.

SI quis potestati regiæ, quæ non est iuxa Apostolum nisi à Deo, contumaci & inflato spiritu contradicere, vel resistere, præsumpserit, & eius iustis & rationabilibus imperiis secundum Deum & autoritatem Ecclesiasticam obtemperare noluerit, anathematizetur. *Ex cõcil. apud Lauriacum, cap. 13.*

De illis qui principi nõ obedierint. Cap. XXIII

IN Libro Regum legitur: Qui nõ obedierit principi, morte moriatur. In concilio autem Agathensi præcipitur, vt anathematizetur. *Ex cõcil. Toletan.*

De illis qui in aduersitate propriæ gentis aut patriæ culpabiles inueniuntur. Cap. XXIIII.

NObis igitur ratio persuasit synodalis decernere, vt quicunque laicorum aduersitate propriæ gentis, aut patriæ, vel regiæ potestatis, ad exteras partes se conferendo noxius fuerit vltrà repertus, perpetua sit excommunicatione damnatus, & nunquam illi præter in vltimo mortis suæ communio tribuatur. *Ex eodẽ.*

Vt nullus præsumat principe viuente alium eligere regem. Cap. XXV.

QVanquam in concilio anteriori quòd anno primo gloriosissimi principis nostri habitum est, de huiusmodi re fuerit promulgata sententia: tamen placet iterata iuxta quod conuenit custodire. Itaque regis vita constante, nullus sibi aliquo opere, vel deliberatione, seu cuiuscunq; dignitatis laicus, seu gradu episcopatus, presbyterij, aut diaconij consecratus, cæteriquè clericatus officiis deditus, futurum regem prouideat, contra viuentis regis vtilitatem, & *Ex eodẽ cõcilio. 7 cap. 17.*

proculdubio voluntatem, blandimento, vel suasione p
eandem spem, aut alios in se trahat, aut ipse in alium
quiescat. Iniquum enim & valde execrabile à Christia
debet haberi, futuri temporis illicitis prospicere, & vit
ignaros vētura difponere. Quòd si quisquam iam talia
qua deliberatione cum quocunque est meditatus, hoc
nouerit esse sacerdotali moderatione concessum, vtf
nialiter poscit, hoc sine mora præsentis principis aur
studeat publicare. Si autem obtineat & deliberationis
machinamēta noluit dicere, pessimo plectatur anathem

Vt nemo intendat in interitum regis Cap. XXVI.

Ex eodē. cap.18. IAm quidem in antecedenti vniuersali synodo, salut
strorum principum constat esse consultum, sed liber
rare bene sancita, & digna autoritate munire salubrite
dinata. Ideoque contestamur coram Deo, & omni
angelorum, coram prophtarum atque apostolorum, vel
nium martyrum choro, coram omni catholica Eccles
Christi annorum cœtu, vt nemo intendat in interitum
gis, nemo vitam principis nece attrectet, nemo regni
gubernaculis priuet, nemo tyrānica præsumptione
regni sibi vsurpet, nemo quolibet machinamēto in eius
uersitatem sibi coniuratorum manum associet. Quòd
quopiam horum quisquam nostrorum temetario ausu
sumptor extiterit, anathemate diuino percussus, absq;
remedij loco, habeatur condemnatus æterno iudicio.

De fidelibus regum. Cap. XXVII.

Ex eodē PRoinde decreuit concilium sanctum, omnes qui p
deli obsequio, & syncero seruitio, voluntatibus, vel
sis paruerint principis, totaq; intentione salutis eius
diam, vel vigilantiam habuerint regni, à successoribus
à dignitate, nec à rebus pristinis causa repellantur in
sed & nūc ita pro vnius cuiusque vtilitate principis
rentur discretione, sicut eos prospexerit necessarios
patriæ, & sic illis impartiatur benignitas, vt in cæteris
neat gratia, & potestas, quatenus ita omnia in rebus
conquisita lucrentur, vt posteris relinquendi, vel quibu
luntas eorum decreuit, conferendi, spontaneo fruantur
bitrio. Cæterum, si infidelis quisquam in capite regio,

inutilis in rebus commissis extiterit, in clementiæ vestræ manu posteritatis nutu constet huiusmodi moderatio. Fas est enim indubium deducero ius potestatis, cui omnium gubernatio superno constat delegata iudicio. Quòd si post eius discessum quispiam repertus fuerit vitæ fuisse infidelis, quicquid largitate ipsius in rebus habuit, conquisitis careat, confiscandum, & fidelibus largiendum.

De regum sobole. Cap. XXVIII.

Sicut insolentia malorum regum odiosa semper & exe- *Ex eodē.*
crabilis existit subiectis: ita bonorum prouida vtilitas *cap.16.*
amabilis effi citur populis. Quocirca quis ferat, aut quis talem errantem Christianum videat, qui regiam sobolem, aut posteritatem conetur expoliare rebus, aut priuare dignitatibus? Quod deinde ne fiat, generalis promatur principis filiis sententia nostra, id est, de præsentis excellentissimi Cintilani regis posteritate dentur apta à nobis decreta, vt eaquæ synodus præterito anno in hac Ecclesia habita constituit, circa omnem posteritatem eius vniuersitas regni sui conseruet, hoc est, vt præbeatur filiis eius dilectio benigna & firma, & tribuantur, vbi loci opportunitas exhibuerit, defensiones ad adminicula iusta: ne de rebus iustè profligatis, aut parentum dignitate procuratis, vel largitate principum aut alicuius impensis, aut etiam propietate debitis, fraudentur qualibet insidia calliditatis, néve à quoquam lædendi eos præbeantur argumenta machinationis: quia dignum est, vt cuius regimine habemus securitatem, eius posteritati decreto concilij impertiamus quietem.

Quòd quicquid commotus animus fecerit, hoc iustum puter. Cap. XXIX.

OMnipotenti Deo reus est, qui serenissimo domino in *Ex rege.*
omne quod agit & loquitur purus non est. Ego autem *Greg. ad*
indignus pietatis vestræ famulus, in hac suggestione mea, *Mauri-*
neque vt episcopus, neque vt seruus iure reipublicæ sed iu- *cium Au-*
re priuatæ loquor, quia serenissime domine, & illo iam tem *gustum,*
pore dominus meus fuisti, quando adhuc dominus om- *cap.213,*
nium non eras. Illa præpositorum solicitudo vtilis, illa est clautela laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor sibi nil vindicat. Restringenda ergo sub ratione potestas est, nec quicquam agendum prius, quàm concitata ad tran-

quillitatem mens redeat, Nam commotionis tempore, ...stum putat ira quod fecerit.

Quòd laici presbyteros, qui Ecclesias illorum tenent, non aliud quàm diuinum officium facere cogant.

Caput XXX.

Ex dictis Augusti.

ADmoneo vos dilectissimi Deum timere, sacerdotes honorare, reddentes eis debitum sanctitatis, vt vobis iuuãtibus ipsi incõturbati valeant, atq; securi, salutaria ...dicare, & regulam atque vigorem Ecclesiasticum conser... re, ita clerici omnes suis subiaceant episcopis, & ab illis ... ceantur. Præceptũ quippe est à domino: Reddite quæ ... Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Apostolicum præ... ptum vobis mando, vt nullus secularis clericũ in suum ... beat obsequium, sed illi cuius signaculum in capite ... mente deseruiat, & corde, educatus in his quæ à suo ... piuntur episcopo. Detestabile est enim & iniquum opus ... ricum in Iudis inueniri, aut cum accipitribus, vel venat... nibus degere vitam, tantisque scenicis causis sauciatum ... episcopatum aut presbyterium, vel quibuslibet sacerdotal... officiis accedere, non bonis: sed malis vitiis plenum. Scr... ptum nanque est: Qui diligitis dominũ, odite malum. Non ... & hoc hortamur Christianitatem vestram, vt iuxta sanc... ctorum canonum instituta, nec Ecclesiis à vobis fundatis ... liundè veniens presbyter suscipiatur, nisi à vestræ Eccles... fuerit episcopo consecratus, aut ab eo per commendatit... literas suscipiatur. Multi enim sibimetipsis mendaces, ... toties serui cuiusquam fugam arripientes, dominis suis ... metipsos quasi consecratos presbyteros annunciant, ... non sint. Sunt autem ministri diaboli & non Dei, & qui ... suscipiunt similiter: quia scriptum est: Videbas furem, ... cum eo currebas, & c.

Vt Iudæi super Christianos nõ ponantur. Cap. XXXI.

Ex cõcil. Meldensi cap. 3.

NE Iudęi administratorio vsu sub ordine villicorum ... que actorum Christianam familiam regere audeant, ... nec eis hoc à quoquam fieri præcipiatur. Si quis verò co... tra hæc agere præsumpserit, si episcopus, presbyter, aut ... conus fuerit, proprio summoueatur gradu: si verò mon... chus fuerit, communione priuetur. Similiter & laicus. Et ... perseuerauerint inobedientes, anathematizentur.

Quòd sancta Ecclesia vnum patrem habeat in cœlis. Cap. XXXII.

QVia ergo constat in Ecclesia diuersarum conditionum homines esse, vt sunt nobiles, & ignobiles, seruii, coloni, inquilini, & cætera huiuscemodi nomina, oportet, vt quicunque eis prælati sunt, clerici, siue laici, clementer erga eos agant, & misericorditer eos tractent, siue in exigendis ab eis operibus, siue in accipiendis tributis, & quibusdam debitis, sciantque eos fratres suos esse, & vnũ patrem habere Deum, cui sic clamant: Pater noster qui es in cœlis, vnam matrem sanctam Ecclesiam, quæ eos in temerato sacri fontis vtero gignit. Disciplina igitur eis misericordissima, & gubernatio opportuna adhibenda est. Disciplinæ in disciplina te viuendo, authorem suum offendunt. Gubernationes in quotidianis vitæ cõmeatib⁹ prælatorum adminiculo destitutæ fatiscunt. *Ex cõcil. Cabillon. cap. 51.*

De illo qui pro catholica fide tribulationes patitur. Caput XXXIII.

CHristianum catholicũ, qui pro catholica fide, & pro ecclesiasticis rebus, & Christiana religione tribulationes patitur, omni honore à sacerdotibus honorandum, etiam & per diaconum victus ei ministretur. *Ex cõcil. Carthagi. ca. 43.*

De hæredibus, si iussa testatoris non implenerint, vt episcopus adimpleat. Cap. XXXIIII.

SI hæredes iussa testatoris non adimpleuerint, ab episcopo loci illius omnis res, quæ his relicta est, canonicè interdicatur, cum fructibus, & cæteris emolumentis, vt vota defuncti impleantur. *Ex cõcil. Mogũti. cap. 1.*

Vt laici quanuis religiosi Ecclesiastica non disponant. Cap. XXXV.

LAicis, quanuis religiosis, nullo modo de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi, vnquam attribuatur facultas. *Ex codẽ cap. 5.*

De illis qui res Ecclesiæ à regibus petunt. Caput XXXVI.

QVI res Ecclesiæ petuut à regibus, & horrendæ cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent, & à communione Ecclesiæ, cuius facultatem auferre cupiunt, excludantur. *Ex cõcil. Lugdunẽsi, cap. 11.*

De eo, si episcopus ecclesiasticum, & comes, secu-
lare placitum vna die condixerint.

Caput XXXVII.

Ex cõcil. Triburi. cui interfuit rex Arnolphus, ca. 9.

CVM autem episcopus Ecclesiam à domino Deo sibi commissam regens, episcopatum circumeũdo pererexerit, & placitum canonicè constitutum decreuerit, populumq; sibi commissum illo inuitauerit, atque comes eadem die sciens placitum ab episcopo condictum, vel nesciens placitum cum populo suo condixerit, & banno illuc venire præceperit, placitum comitis omnes postponant, & comes ipse, idemque populus post episcopum festinè pergant, scientes se non illic seditiosa contentione decerture, sed pro fide catholica inuigilare, non cumulum pecuniarum, sed lucrum congregare animarum. Vnde in eadem beati Clementis epistola: Vestrum, qui legatione domini fungimini, est docere populos: eorum verò est, vobis obedire in Deo. Et in epistola Alexandri papæ successoris Euaristi: Si quis autem legationẽ vestrã impedit, non vnius, sed multorum profectum auertit. Et sicut multis nocet, ita à multis est arguendus: & quia Dei causam impedit, & diuinum Ecclesiæ conturbat, ideo à liminibus eius arceatur. Quapropter nullus comes, nullusq; iudex, nullus omnino in clericatu, vel seculari habitu constitutus, legationẽ episcoporum impediat, vel conturbare præsumat. Vt autem vnanimitas & cõcordia sit inter episcopos & comites, placuit, vt si quis episcopus domi residens conuentum populi esse voluerit, & comes, nihilominus in ipsa eademq; die placitum condixerit, effectum obtineat, qui prior indixerat. Salua tamen dignitate, & potestate episcopi.

De regibus bene regentibus. *Cap. XXXVIII.*

Ex dictis S. Isidor.

QVI intra seculum bene temporaliter imperat, sine fine in perpetuum regnat, & de gloria seculi [illegible] ad æternam transmeat gloriam. Qui verò prauè regnum exercent, postvestem fulgentem, & lumina lapillorũ, nudi & miseri ad inferna torquendi descendunt. Reges à recte agendo vocati sunt, ideoque rectè faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Nam & viros sanctos pro de reges vocari in sacris eloquiis, eo quod rectè agant [illegible]

susque proprios bene regant,& motus his resistentes sibi rationabili discretione componant. Rectè igitur illi reges vocãtur qui tàm semetipsos, quàm subiectos bene regendo modificare nouerunt. Quidam ipsum nomen reginimis,ad immanitatem transuertũt crudelitatis: dumq; ad culmen potestatis venerint,in apostasiam statim labũtur,tantoque se tumore mentis extollunt, vt cunctos subditos in sui comparatione despiciant, eosq; quibus præesse contigit, non agnoscant. Quibus congruè per Ecclesiasten dicitur: Ducem te constitui,noli extolli Dũ mundi reges se cæteris sublimiores sentiunt, mortales tamen se esse cognoscant: nec regni gloriam qui in seculo sublimantur,aspiciant,sed opus quod secum ad inferos deportant,intendant. Si ergo carebunt huius temporis gloria, illa agant,quæ post finem sine fine possideant. Dum Apostolus dicat: Non est potestas,nisi à Deo. Quomodo per prophetam de quibusdam potestatibus dicitur: Ipsi regnauerunt,sed non ex me? Quasi diceret: Non me propitio,etiam,sed me irato. Vnde inferius per eundẽ Peophetam dicit: Dabo,inquit,tibi regẽ in furore meo. Quo manifestius elucet,bonam,malamque potestatem à Deo ordinari sed bonam propitius,malam iratus. Reges quando boni sunt,muneris esse Dei: quando verò mali,sceleris esse populi. Secundum meritum enim plebium, disponitur vita rectorum, Testante Iob: Qui regnare facit hypocritam,propter peccata populi Irascente enim Deo talem rectorem populi suscipiunt,qualẽ pro peccato merentur. Nonunquam pro malitia plebis,etiam reges mutantur,& qui ante videbantur esse boni, accepto regno fiunt iniqui.

De eadem re. Cap. XXXIX.

QVI rectè vtitur regni potestate ita se præstare omnibus debet, vt quantò magis honoris celsitudine claret,tantò semetipso mentẽ humiliet proponens sibi exẽplum humilitatis Dauid, qui de suis meritis non tumuit, sed humiliter sese deiiciens,dixit: Vilis incedam, & vilis apparebo ante deum,qui elegit me. Qui rectè vtitur regni potestate,formam iustitiæ,factis magis,q̃ verbis instituet. Iste nulla prosperitate erigitur,nulla aduersitate turbatur. *Ex dictis eiusdem.*

Nõ innititur propriis viribus, nec à domino recedet cor eius. Regni fastigium, humili præsidet animo. Non eum delectat iniquitas, non inflammat cupiditas: sine defraudatione alicuius ex paupere diuites facit, & quod iuxta potestatem à populis extorquere poterat, sæpe misericordiæ clementia donat. Dedit Deus principibus præsulatum pro regimine populorum: & illis eos præesse voluit, cum quibus vna est eis nascendi, moriendique conditio. Prodesse ergo debet populis principatus, non nocere, nec dominando præmere, sed condescẽdendo consulere: vt vere sit vtile hoc potestatis insigne, & donum Dei pro tuitione vtatur membrorum Christi. Mẽbra enim Christi, fideles sunt populi: quos dum ea potestate quam accipiunt, optimè regunt, bonam vtique vicissitudinem Deo largitori restituunt. Bonus rex facilius ad iustitiam à delicto regreditur, quàm de iustitia ad delictum transfertur: Vt noueris hoc esse casum, illud propositum. In proposito eius esse debet, nunquam egredi à veritate; quòd si casu titubare contigerit, mox resurgere.

De patientia regum. *Cap.* XL.

Ex dictis eiusdem.

PLerunque princeps iustus, etiam malorum errores dissimulare nouit. Non quòd iniquitati eorũ consentiat, sed quòd aptum tempus correctionis expectet, quãdo eorum vitia, vel emendare valeat, vel punire. Multi aduersus principes coniurationis crimine deteguntur, sed probare volens Deus clementiam principum, illos malè cogitare permittit, istos non deserit. De illorum malo, bene istis facit: dum culpas quas illi agunt, isti mira patientia indulgẽt. Reddere malum pro malo, vicissitudo est iustitiæ. Sed qui clementiam addit iustitiæ, nõ malum pro malo culpatis reddit, sed bonum pro malo offensis impertit.

De delictis regum seu exemplis. *Cap.* XLI.

Ex dictis eiusdem.

DIfficile est principem regredi ad melius, si vitiis fuerit implicatus. Populi enim peccantes, iudicem metuunt. Reges autem, nisi solo Dei timore, metuq; gehẽnæ coërceantur, liberi in præceps proruunt, & per abruptum licentiæ, in omne facinus vitiorum labuntur. Quãtò quisq; in superiori constitutus est loco, tantò in maiori cõuersa-

tur periculo,& quantò splendoris honore quisque celsior est,tantò,si delinquat, peccato maior est. Potentes enim, potenter tormenta patiuntur. Cui enim plus committitur,plus ab eo exigitur,etiam cum mẽsura pœnarum. Reges vitam subditorum facilè exemplis suis, vel ædificant, vel subuertunt. Ideo principem nõ oportet delinquere, ne formã peccandi faciat peccati eius impunita licẽtia. Nam res qui ruit in vitiis,citò viam ostendit erroris. Sicut legitur de Hieroboam,qui peccauit,& peccare fecit Israël. Illius autem ascribitur,quicquid exemplo eius à subditis perpetratur. Sicut nonnulli bonorum principum Deo placita facta sequuntur,ita facilè multi praua eorum exempla sectantur: plerique autem apud iniquos principes necessitate magis quàm voto mali existunt,dum imperiis eorum obediunt. Nonnulli autem,sicut prompti sunt sequi reges in malum,sic pigri sunt imitari illos in bonum. Sæpe vnde mali reges peccant,inde boni iustificantur: dum precedentium cupiditatem & malitiam corrigunt. Nam re vera peccatis eorum communicant, si quod illi diripuerunt, isti retentant. Cuius peccatum quisque sequitur,necesse est vt eius pœnam sequatur. Neq; enim erit impar supplicio, cuius errore quisque par est,ac vitio.

Quòd reges legibus teneantur. *Cap. XLII.*

IVstum est,principem legibus obtemperare suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet,quãdo & ipse illis reuerentiam præbet. Principes legibus teneri suis,ne in se posse damnare iura, quæ in subditis constituunt. Iusta enim vocis eorum authoritas,si quod populis prohibent,sibi licere non patiantur. Sub religionis disciplina seculi potestates subiectæ sunt. Et quanuis culmine regni sint prædi ti,vinculo tamen fidei tenentur adstricti,vt fidem Christi,suis legibus prædicent, & ipsam fidei prædicationem moribus bonis conseruent. *Ex dictis eiusdem.*

De disciplina regum in Ecclesia. *Cap. XLIII.*

PRincipes seculi nonnunquã intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent,vt per eandem potestatem, disciplinam ecclesiasticã muniant. Cæterùm intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent,nisi vt quod nõ prę- *Ex dictis eiusdem.*

ualet sacerdos efficere, per doctrinæ sermonem, potestas hoc imperet, per disciplinæ terrorem. Sæpe per regnū terrenum, cœleste regnum proficit, vt qui intra Ecclesiam positi contra fidem & disciplinā Ecclesiæ agunt, rigore principum conterantur, ipsamq; disciplinā quam Ecclesiæ vtilitas exercere non prævalet, ceruicibus superborum potestas principalis imponat, & vt bene rationem mereantur, virtute potestatis impertiat. Cognoscant principes seculi, Deo debere reddere se rationem, propter Ecclesiam quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax, & disciplina Ecclesię per fideles principes, siue soluatur, ille ab eis rationem exigit, qui eorum potestati suam Ecclesiam credidit.

Cur Deus alios ad libertatem, alios autem ad seruitutem discreuisset. Cap. XLIIII.

Item eiusdem.

PROPTER peccatū primi hominis humano generi pœna diuinitus illata est seruis, ita vt quibus aspectus non congruere libertatem, his misericordius irroget seruitutem: & licet per peccatum humanæ originis, tamen æquus Deus ideo discreuit hominibus vitam, alios seruos constituens, alios dominos: vt licentia malè agendi seruorum, potestate dominantiū restringatur. Nam si omnes sine metu fuissent, quis esset, qui à malis quempiā cohiberet? Inde & in gentibus principes, regesque electi sunt, vt terrore suo populos à malo coërcerent, atque ad rectè viuendum legibus subderent. Quantum ad pœnæ rationem non est personarum acceptio apud Deum, qui mundi elegit ignobilia & contemptibilia, & quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret, ne glorietur omnis caro, hoc est, carnalis potentia coram illo. Vnus enim dominus, equaliter omnibus fert consultum & seruis. Multor est subiecta seruitus, quàm elata libertas. Melti enim inueniuntur Deo liberè seruientes sub dominis constituti flagitiosis, qui & subiecti sunt illis corpore, prælati tamen sunt mente.

FINIS Libri decimiquinti.

INDEX

CAPITVLORVM

Libri Decimiſexti.

E rectoribus Eccleſiarum, ne præcipites ſint in dictandis ſententiis. Cap. i.

D Vt comites & iudices pro iudicio munera non accipiant. ii.

De illis qui crimen obiecerint, & verum non probauerint. iii.

Quales ad teſtimonium accedere debeant. iiii.

Ne innocens pernicie accuſantium maculetur. v.

Vt nullus deſcribatur reus, priuſquam conuincatur. vi.

Vt presbyteri ſuos parochianos in ſynodo accuſare debeant. vii.

De illis qui victi fuerint aliquos ad falſum teſtimonium attraxiſſe. viii.

Vt res finita, refricari non debeat. ix.

De illis qui à ſuis iudicibus pulſati non fuerint. x.

Vt nullꝰ infamis religioſum Chriſtianũ accuſare poſsit. xi

De falſo teſte quòd non debeat impunitus abire. xii.

Vt nemo abſens diiudicetur. xiii.

De eadem re. xiiii.

Vt nemo ſimul ſit accuſator, iudex, & teſtis. xv.

De falſo teſtimonio quòd capitale ſit crimen. xvi.

Vt falſi teſtes à cõmunione niſi pœnituerint, ſint ſubmouendi. xvii.

Vt falſus teſtis prout crimen eſt quod oppoſuit puniatur. xviii.

De ingenuis, ſi in ſynodo accuſantur. xix.

Vt teſtes ad teſtimonium non recipiantur, quos accuſator à domo ſua produxerit. xx.

Vt nullus clericus ad iudicem ſeculare, alium clericum accuſare præſumat. xxi.

Vt nullus iudex ſecularis aliquẽ eccleſiaſticorum diſtringere præſumet. xxii.

Vt omnes causæ per autoritatem veritatis ventilentur sint. xxii.
De clericis in falso testimonio conuictis. xxiii.
De iudicibus. xxiv.
De prauis iudicibus. xxv.
De verbosis iudicibus, & elatis. xxvi.
De præmio remunerationis. xxvii.
De oppressoribus pauperum. xxviii.
Vt iudex non prius obuiet sua sententia litigantibus, quàdiu ipsi habent aliquid quod proponant in quæstione. xxx.
Vt non iidem sint accusatores & iudices, & testes accusati. xxxi.
Vt eius accusationem nullus facilè accipiat, qui facilè litigat, & accusat. xxxii.
Vt episcopus accusatores fratrum excommunicet. xxxiii.
De illis qui conuicti fuerint, fratribus falsa crimina obiecisse. xxxiiii.
De illis testibus qui aliquem ex sacro ordine accusare pertentant, & vt quique optimi, & fideliores in testimonium assumantur. xxxv.
Vt nullus secularis alicui ex clero vim inferre præsumat. xxxvi.
Quòd mariti vxores suas ex suspicione accusare possint. xxxvii.

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMACIensis Episcopi, de Accusatoribus & Testibus, Decretorũ Liber XVI.

ARGVMENTVM LIBRI.

Libro hoc qualis iudex, accusatores, & testes esse debeãt, docetur, quæque pœnitentia sit iudicibus qui ad gratiam iudicant, calumniatoribus, & falsis testibus, iniungenda.

De rectoribus Ecclesiarum, ne præcipites sint in dictandis sententiis. Cap. I.

S. Vmmopere præcauere debent rectores Ecclesiarũ, & qui publica iudicia exercẽt, vt in dictandis sententiis nullatenus. leuitate, aut furore ducti, sint præcipites, sed causis prius diligenter ventilatis, cũ res quę ignorabatur pleniter ad notitiã venerit, tunc diuina & humana lex resoluatur, & secundũ quod ibi constitutum est, remota personarũ acceptione, definitiua proferatur sentẽtia. Hinc est quod Moses querelas populi semper ad dominũ, tabernaculũ ingressus, referebat, & iuxta quod domin⁹ imperabat, iudicia proponebat: nimirũ nos instituens, vt non ex corde nostro, sed ex præcepto diuino, condemnationis vel iustificationis sententiam proferamus. *Ex dictis Gre. papæ.*

Vt comites & iudices pro iudicio munera non accipiant. Cap. II.

COmitibus verò & iudicibus hoc summopere cauendum est, vt iustè iudicent, & nequaquam in iudicio munera seu personas accipiant, dicente domino: Non accipias personam nec munera: quia munera excæcant oculos sapientium, & mutant verba iustorum: sed ministros, *Ex cõcil. Cabillon. cap. 21.*

quos vicarios, & cẽtenarios vocant, iustos habere debeat, ne fortè eorum auaritia aut rapacitate populus grauetur, & amissis facultatibus in paupertatem redigatur. Testes verò probatissimi & pauci, de pluribus esse debent tales de quorum fide non dubitetur. Multum autem praua testium, cupiditate & falsitate respublica læditur.

De illis qui crimen obiecerint, & verum non probauerint. Caput III.

Ex conci. Arausico. cap. 4.

QVi crimen obiicit, sciat se probaturum re veri, ibi causa terminetur, vbi crimen admittitur, ne non probauerit quod obiecit, pœnam quam tulerit, ipse patiatur.

Quales ad testimonium accedere debeant. Caput IIII.

Ex cõcil. apud Theodonis villã habito, cap. 3.

HOmicidæ, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venefici, adulteri, & qui raptum fecerint, vel falsum testimonium dixerint, seu qui ad sortilegos magosque cucurrerint, nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi.

Ne innocens perniciæ accusantium maculetur. Caput V.

Ex decre. Fœlicis papæ, ca. 15.

DIgnum est vt vita innocentis non maculetur pernicie accusantium, adeo, vt quisquis à quolibet criminatur, non ante accusatus supplicio deputetur, quam accusator præsentetur, atque vt & canonum sententia exquiratur: vt si indigna ad accusandum persona inuenitur, ad eius accusationem non iudicetur.

Vt nullus describatur reus, priusquam conuincatur. Caput VI.

Ex decr. Adriani pa. ca. 2.

IVdex crimine sum discutiens, non ante sententiam proferat finitiuam quàm aut reus ipse confiteatur, aut testes idoneos conuincatur.

Vt presbyteri suos parochianos in synodo accusare debeant. Caput VII.

Ex conci. Mogũti, cap. 6.

IN sancto concilio decretum est, vt presbyteri suos parochianos, & accusare, & testimoniare possint. Si autem neglexerint, sui gradus periculo subiacebunt.

De illis qui conuicti fuerint aliquos ad falsum testimonium attraxisse. Cap. VIII.

SIquis conuictus fuerit aliquos ad falsum testimonium, vel periurium attraxisse, aut per quamcunque corruptionē solicitasse, ipse quidē vsq; ad exitū non cōmunicet. *Ex cōcil. Aquisgran. cap. 9.*

Vt res finita refricari non debeat. Cap. IX.

DE his criminibus de quibus absolutus est accusatus, refricari accusatio non potest. *Ex cōcil. Mogūti. cap. 7.*

De illis qui à suis iudicibus pulsati non fuerint. Caput X.

PVlsatus ante suum iudicem causam dicat, & non ante suum iudicem pulsatus, si voluerit taceat: & vt pulsato, quoties appellauerit, inducię dentur. *Ex decre. Eusebij papæ, ca. 20.*

Vt nullus infamis religiosum Christianum accusare possit. Caput XI.

NVlli infami & sacrilego de quocunq; negocio liceat quādoq; aduersus religiosum Christianum, quamuis humilis, seruilisq; persona sit, testimonium dicere: nec de qualiber re, actione, inscriptione, Christianum impetere. *Ex decre. Fœlicis papæ, ca. 7.*

De falso teste quòd non debeat impunitus abire. Caput XII.

FAlsus testis, dicit Salomon, non erit impunitus. Qui falsum testimonium profert contra proximum suum, extinguetur lucerna eius in die vltimo. Qui metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat: quia magis timet hominem, quàm Deum. Falsidicus testis tribus personis est obnoxius. Prim ū Deo, cuius præsentiam contemnit. Deinde iudici, quem mentiendo fallit: postremò innocēti, quem falso testimonio lædit. Si falsi testes separantur, mox mendaces inueniuntur, Vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodesse nō vult, & iste nocere desiderat. Beat⁹ cuius testimoniū in conspectu Dei probabile inuenietur. *Ex dictis Augusti.*

Vt nemo absens diiudicetur. Cap. XIII.

NEMO absens iudicetur: quia humanæ & diuinæ hoc prohibent leges. Nullum nanque eorum, id est, accusatorum sententia non à suo iudice dicta constringat: quia & seculi leges id ipsum fieri præcipiunt. *Ex epist. Zepheri papæ Siciliēsibus episcopis missa.*

De eadem re. Caput XIIII.

Ex decr. Adriani papæ, ca. 4.

CAueant iudices Ecclesiæ, ne absente eo cuius causa ventilatur sententiam proferant: quia irrita erit, & causam in synodo pro facto dabunt.

Vt nemo simul sit accusator, iudex, & testis. Caput XV.

Ex epistol. Alexand. papæ, ca. 7.

NEmo simul sit accusator, testis ac iudex, nullus vero præsumat accusator simul esse, & iudex, & testis: quoniam in omni loco iudicij quatuor personas necesse est semper adesse, id est, iudices electos, & accusatores, & defensores, & testes.

De falso testimonio quòd capitale sit crimen. Caput XVI.

Ex cõcil. Agathẽ. cap. 8.

NOuerint falsi testes, quòd si falsum testimonium capitale crimen non esset, nequaquã dominus in Euangelio inter principalia crimina hoc annumerasset. Ait enim: De corde exeunt homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia. Et ideo similiter debet pœnitere, & excommunicari falsus testis, sicut adulter, & fur, & homicida.

Vt falsi testes à communione nisi pœnituerint sint submouendi. Caput XVII.

Ex cõcil. Aureliã. cap. 5.

FAlsos testes à communione ecclesiastica submoueri, nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa deluerint.

Vt falsus testis prout crimen est quod opposuit patiatur. Caput XVIII.

Ex cõcil. Elibertã. cap. 10.

FAlsus testis prout crimen est abstinebitur. Si tamen nõ fuerit mortis quod obiecit, & probauerit quod obtacuit, biennij tempore abstinebitur. Si autem non probauerit in conuentu clericorum, placuit per quinquennium abstineri.

De ingenuis, si in synodo accusantur. Cap. XIX.

Ex cõcil. Triburi. cap. 10.

NObilis homo vel ingenuus, si in synodo accusatus negauerit: si eum fidelem esse sciunt, cum duodecim ingenuis se expurget. Si anteà deprehensus fuerit in furto aut periurio, aut falso testimonio, ad iuramentum non admittatur, sed sicut qui ingenuus non est, feruenti aquæ aut candenti ferro se expurget.

Vt teſtes ad teſtimonium non recipiantur, quos accuſator à domo ſua produxerit. Cap. XX.

TEſtes ad teſtmonium non admittendos qui nec ad accuſationem admitti præcepti ſunt, vel quos ipſe accuſator de domo ſua produxerit. Ad teſtimoniū autem infra quatuordecim ætatis annos, nullus admittatur. *Ex eodē cap. 5.*

Vt nullus clericus ad iudicem ſecularem alium clericū accuſare præſumat. Cap. XXI.

VT nullus clericus ad iudicem ſecularem alium clericum accuſare, aut ad cauſam dicendum trahere quocunque modo præſumat: ſed omne negocium clericorum, aut in epiſcopi ſui, aut presbyterorum cum archidiaconi præſentia finiatur. Quod ſi quiſcunque clericus hoc implere diſtulerit, ſi iunior fuerit, vna minus de XL. ictus accipiat. Si verò honoratior, triginta dierum concluſione multetur. *Ex cōcil. Mariſcē. cap. 8.*

Vt nullus iudex ſecularis aliquem Eccleſiaſticorum diſtringere præſumat. Cap. XXII.

VT nullus iudicum, neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum vllum, aut iuniores Eccleſiæ, ſine ſcientia pontificis, per ſe diſtringat, aut condemnare præſumat. Quòd ſi fecerit, ab Eccleſia cui iniuriam irrogare dinoſcitur, tam diu ſit ſequeſtratus, quouſque reatum ſuum agnoſcat, & emendet. *Ex cōcil. Pariſiēſi, cap. 10.*

Vt omnes cauſæ per autoritatem veritatis ventilandæ ſint. Cap. XXIII.

OMnes cauſæ primitus per autoritatem veritatis ventilandæ ſunt. Quibus ſint, cuius ſint, quomodo ſint, quales ſint, doctæ aut indoctæ, paruæ, an magnæ, notæ ſint, aut ignotæ. Longi temporis an parui, aut antiqui hoſtis conſuetudine repertæ ſint. Hæc omnia iudex cum æqualitate diſcernere debet. *Ex dictis Auguſt. in libr de ciuitate Dei.*

De clericis in falſo teſtimonio conuictis. Caput XXIIII.

STatutum eſt, vt ſi quis clericus in falſo teſtimonio conuictus fuerit, reus capitali crimine cenſeatur, & officij ordine degradetur. *Ex cōcil. Epaonēſi cap. 76.*

De iudicibus. Cap. XXV.

AD delictum pertinet principum, qui prauos iudices contra voluntatem Dei populis fidelibus præferunt: *Ex dictis S. Iſidor.*

Nam sicut populi peccatũ delictũ est, quãdo principes mali sunt, sic principis est peccatũ, quãdo iudices iniqui existũt. Bonus iudex sicut nocere ciuib⁹ nescit, ita prodesse omnibus nouit. Aliis enim præstat cẽsura iustitiæ, aliis bonitatis. Qui iudicia sine personarum acceptione suscipit, non infirmat iustitiam, auaritiæ flamma, nec studet auferre alteri, quæ cupiat sibi. Boni iudices, iustitiam ad solam obtinendam salutem æternam suscipiunt, nec eam muneribus accepta distribuunt, vt dum de iusto iudicio temporalia iura non petunt, præmio æterno ditentur. Omnis qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, in vtroque penso iustitiam, & misericordiam portat: sed per iustitiam reddit peccatis sententiam, per misericordiam peccati temperat pœnam. In isto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam vero per miserationem indulgeat. Quod Dei iudicia cunctis suis præponit, semper timens tremensque in omni negotio reformidat, ne de iustitiæ tramite deuiãs cadat, & vndè iustificatur, inde potius condemnetur.

De prauis iudicibus Cap. XXVI.

Ex dictis eiusdem. NEMinem stultorum vel improborũ oportere iudicem esse. Nam stultus per ignauiam ignorat iustitiam, improbus per cupiditatem corrumpit ipsam quam dicit rectitudinem. Grauius lecerã ur pauperes à prauis iudicibus quam à cruentissimis hostibus. Nullus enim prædo tam crudelis in alienis, quam iudex iniquus in suis. Latrones in aperto faucibus ac latebrosis iacentes insidias ponunt: isti palam rapacitatis auaritia seuiunt. Hostes in aliorum sanguine tantùm intendunt: iudices quasi crudelissimi carnifices uium, oppressione sua subiectorum vitam extinguunt. Q enim destruant multi sunt: rari sunt qui populos legum deramine regant. Plerunque & boni iudices sunt, sed nostros rapaces habent, horum figura, vt ait quidam, Scilla pingitur, atque describitur. Ipsa quidem humana cie, sed capitibus canini accincta & circundata. Nonnullis quibusdam potestatibus accidit, vt ipsorum humanitatem manitas iniquorum sociorum perturbet. Sæpe iudices cupiditatis causa, aut differunt, aut peruertunt iudicia, fiuiunt cœpta partium negocia, quousque marsupia qui causantur exhauriãt. Quando enim iudicant, nõ

sed dona desiderant, & sicut negligẽtes sunt in discussione causantiũ, sic in eorũ dãno soliciti sunt. Iudices praui, iuxta Prophetæ vocem, quasi lupi vespere nõ relinquunt in mane, hoc est, de præsentis vitæ tantùm cõmodis cogitant, nõ de futuris. Vita enim ista vesperum: futura verò mane accipitur. Et bene ait quasi lupi, quia luporum more cuncta diripiunt, & vix pauca pauperibus derelinquunt.

De verbosis iudicibus, & elatis. Cap. XXVII.

VErbosi iudices, & elati, vt sapientes videantur, non discutiunt causas, sed asserunt, sicq; cõturbant iudicij ordinem, dum suo nõ contenti officio, aliena præsumunt, quidam dum iudicare incipiunt irascuntur, ipsamq; iudicii sententiam in insaniam vertũt, de quibus rectè per prophetam dicitur, qui conuertunt in furorem iudicium. Qui iratus iudicat, in furorem iudicium mutat, & ante profert sententiam quàm agnoscat. Furor in iudice, inuestigationem veri non valet attingere: quia mẽs eius turbata furore, ab inscrutatione alienatur iustitiæ. Iracundus iudex iudicij examen plenè cõtueri non valet: quia caligine furoris non videt. Qui autem repulso furore discutit, facilius ad contuendam veritatem mentis serenitate consurgit: & sine vlla perturbatione, ad æquitatis intelligentiam peruenit. *Ex libro Officior. S. Isidor.*

De præmio remunerationis. Cap. XXVIII.

QVi rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat, fraudem in Deo perpetrat: quia iustitiam quam gratis impartiri debet, acceptione pecuniæ vendit. Bona malè vtuntur, quia iustè pro temporali lucro iudicant. Tales quippe ad veritatem, non iustitiæ defensio, sed amor prẽmi prouocat. Quibus si spes nummi subtrahitur, confestim à iustitiæ confessione recedunt. Acceptio nummorũ præuaricatio veritatis est. Vnde & pro iusto dicitur: Qui excutit manus ab omni munere, iste in excelsis habitat. Diues muneribus cito corrumpit iudicem: pauper autem dum non habet quod offerat, non solùm audiri contemnitur, sed etiam & contra veritatem opprimitur. Cito violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Plus enim obtinet nitentem censoris amor lucri, quàm æquitas iudicii. *Ex eodẽ.*

Nam sicut populi peccatũ delictũ est, quãdo principes mali sunt, sic principis est peccatũ, quãdo iudices iniqui existũt. Bonus iudex sicut nocere ciuib⁹ nescit, ita prodesse omnibus nouit. Aliis enim præstat cẽsura iustitiæ, aliis bonitatis. Qui iudicia sine personarum acceptione suscipit, non infirmat iustitiam, auaritiæ flamma, nec studet auferre alteri, quæ cupiat sibi. Boni iudices, iustitiam ad solam obtinendam salutem æternam suscipiunt, nec eam muneribus accepta distribuunt, vt dum de iusto iudicio temporalia iura non petunt, præmio æterno ditentur. Omnis qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, in vtroque penso iustitiam, & misericordiam portat: sed per iustitiam reddit peccatis sententiam, per misericordiam peccati temperat pœnam. In isto libramine quædam per æquitatem corrigat, quædam vero per miserationem indulgeat. Quod Dei iudicia cunctis suis præponit, semper timens tremensque in omni negotio reformidat, ne de iustitiæ tramite deuiãs cadat, & vndè iustificatur, inde potius condemnetur.

De prauis iudicibus Cap. XXVI.

Ex dictis eiusdem. NEMinem stultorum vel improborũ oportere iudicem esse. Nam stultus per ignauiam ignorat iustitiam, improbus per cupiditatem corrumpit ipsam quam dicit rectitudinem. Grauius lecerã ur pauperes à prauis iudicibus quam à cruentissimis hostibus. Nullus enim prædo tam crudelis in alienis, quam iudex iniquus in suis. Latrones in aperto faucibus ac latebrosis iacentes insidias ponunt: isti palam rapacitatis auaritia seuiunt. Hostes in aliorum sanguine tantùm intendunt: iudices quasi crudelissimi carnifices suorum, oppressione sua subiectorum vitam extinguunt. Quos enim destruant multi sunt: rari sunt qui populos legum moderamine regant. Plerunque & boni iudices sunt, sed improbos rapaces habent, horum figura, vt ait quidam, Scylla pingitur, atque describitur. Ipsa quidem humana facie, sed capitibus canini accincta & circundata. Nonnullis quibusdam potestatibus accidit, vt ipsorum humanitatem inhumanitas iniquorum sociorum perturbet. Sæpe iudices propter cupiditatis causa, aut differunt, aut peruertunt iudicia, aut finiunt cœpta partium negocia, quousque marsupia eorum qui causantur exhauriãt. Quando enim iudicant, non

sed dona desiderant, & sicut negligẽtes sunt in discussione causantiũ, sic in eorũ dãno soliciti sunt. Iudices praui, iuxta Prophetæ vocem, quasi lupi vespere nõ relinquunt in mane, hoc est, de præsentis vitæ tantùm cõmodis cogitant, nõ de futuris. Vita enim ista vesperum: futura verò mane accipitur. Et bene ait quasi lupi, quia luporum more cuncta diripiunt, & vix pauca pauperibus derelinquunt.

De verbosis iudicibus, & elatis. Cap. XXVII.

VErbosi iudices, & elati, vt sapientes videantur, non discutiunt causas, sed asserunt, sicq; cõturbant iudicij ordinem, dum suo nõ contenti officio, aliena præsumunt, quidam dum iudicare incipiunt irascuntur, ipsamq; iudicii sententiam in insaniam vertũt, de quibus rectè per prophetam dicitur, qui conuertunt in furorem iudicium. Qui iratus iudicat, in furorem iudicium mutat, & ante profert sententiam quàm agnoscat. Furor in iudice, inuestigationem veri non valet attingere: quia mẽs eius turbata furore, ab inscrutatione alienatur iustitiæ. Iracundus iudex iudicij examen plenè cõtueri non valet: quia caligine furoris non videt. Qui autem repulso furore discutit, facilius ad contuendam veritatem mentis serenitate consurgit: & sine vlla perturbatione, ad æquitatis intelligentiam peruenit. *Ex libro Officior. S. Isidor.*

De præmio remunerationis. Cap. XXVIII.

QVi rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat, fraudem in Deo perpetrat: quia iustitiam quam gratis impartiri debet, acceptione pecuniæ vendit. Bona malè vtuntur, quia iustè pro temporali lucro iudicant. Tales quippe ad veritatem, non iustitiæ defensio, sed amor prẽmi prouocat. Quibus si spes nummi subtrahitur, confestim à iustitiæ confessione recedunt. Acceptio nummorũ præuaricatio veritatis est. Vnde & pro iusto dicitur: Qui excutit manus ab omni munere, iste in excelsis habitat. Diues muneribus cito corrumpit iudicem: pauper autem dum non habet quod offerat, non solùm audiri contemnitur, sed etiam & contra veritatem opprimitur. Cito violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Plus enim obtinet nitentem censoris amor lucri, quàm æquitas iudicii. *Ex eodẽ.*

Tres enim sunt munerum acceptiones, quibus contra iustitiam humana vanitas militat, id est, fauor amicitiarum, adulatio laudis, & corporalis acceptio muneris. Facilius autem peruertitur animus, rei corporeo munere, quàm gratia laudisque fauore. Quatuor modis iudicium humanum peruertitur: timore, cupiditate, odio, amore. Timore, dum metu potestatis alicuius, veritatem loqui paueſcimus. Cupiditate, dum præmio muneris alicuius corrũpimur. Odio, dum contra quemlibet aduersarium molimur, cuius odio corrumpimur. Amore, dum amico vel propinquo præstare contendimus. His enim quatuor causis sæpe æquitas violatur.

De opressoribus pauperum. Cap. XXIX.

Ex eodẽ. Pauperum oppressores tunc sentiantur grauiori digni esse sententia, quando prævaluerint his quibus acrius nocere voluerint. Nam tantò in futuro supplicio condemnandi sunt, quantò hic fortius contra miserorum vitam inualuerint. Audiãt iudices & qui præsunt populis, quia pro temporalibus molestiis quas plebibus ingerunt, æterno incendio cremabuntur, testante domino per Esaiam prophetam: Iratus sum, inquit, super populum meum, & dedi eum in manu tua: non posuisti ei misericordiam, aggrauasti iugum tuum valde. Descende, in puluere sede, tace, & intra in tenebras. Veniet super te malum & peries, & irruet super te repentè miseria quam nescis. Magis mala facientes quàm mala patientibus, dolere debemus. Illi enim prauaricando in malum proficiunt: isti patiendo à malo corriguntur. Deus autem per malas voluntates aliorum, in aliis multa operatur bona. Malignantium hominum voluntas nequaquam potest impleri, nisi Deus dederit potestatem. Nam dum homines Deo permittente malum quod concupiscunt perficiũt, ipse dicitur facere qui permittit. Inde est quod scriptum est per prophetam: Si erit malum, quod dominus non fecit. Veruntamen quòd iniqui mala exequuntur voluntate, id circo Deus perficiẽdi dat potestatem per suam bonam voluntatem, quia de nostro malo ipse multa operatur bona. Quidam cùm Dei voluntati resistunt, nescientes consilium Dei faciunt, quòd nouerint sic Deo subiecta esse omnia, vt & ipsi qui eius dispositioni resistere arbitrantur, eius impleant voluntatem. Propterea in hac vita bo-

iudicantur à malis, vt iterum in illa vita mali iudicentur à bonis: siue vt etiam sit hic bonis temporalis afflictio, & illic æterna remuneratio. Idcirco sunt necessarii mali, vt quoties boni offendunt, flagellētur ab illis. Hinc est quod Assur virgam furoris sui testatur dominus. Sed quoties ita fit, de Dei indignatione procedit, vt Deus per illos in eos sæuiat, quos flagellando emēdare desiderat. Sed ille iustissima voluntate, illi verò sæpe crudeli intentione: sicut per prophetam dicitur de eodem Assur. Ipse autem nō sic, sed ad conterendum paratum est cor eius, atrocem super eos diuinum furorem venturum, qui existunt persecutores, & violenti fidelibus. Consolando enim Deus suos ita iudicare promittit. Aduersus eos, inquit, qui iudicauerunt te, ego iudicabo, & cibabo hostes tuos carnibus suis, & quasi mixto sanguine suo inebriabuntur. Habet aliquem vsum, & malorum iniquitas, quòd dilectos Dei, suis moribus laniat, ac per hoc vita impiorum sibi deperit: iustorum autem deperit, sed proficit, dū eos mali per tribulationis exercitium ad præsentem odiendam vitam, & futuram desiderādam erudiunt. Interdum enim prodest peruersorum prauitas vtilitati iustorum, dum eos malitia sua erudit, & ad regna cœlorum requirenda molestia, temporalis impellit. Probatur hoc exemplis Israēliticæ plebis, quæ tunc durius agebatur in Aegypto, quando oportebat eam per Mosen ad terram repromissionis vocari, & ex malis, quæ in Aegypto patiebatur descendere, & ad promissam patriam festinare. Iniqui dum constantiam iusti in persequtionibus suis aspiciunt, mentis confusione tabescunt, & dū aduersa ostentant, nec vincunt, tandem de se peruersitatis insania confunduntur. Stulti contra bonos studium semper assumunt, quibus dum prosperitas elucet, iactanter de suis meritis gloriantur, & bonorum atque iustorum afflictionibus detrahunt, dumque eis aduersa contigerit, mox ad blasphemiā pusillanimitate animi conuertuntur. Quidam simplicium nescientes dispensationem Dei, in malorum prouectibus scandalizantur, dicentes iuxta Prophetam: Quare via impiorum prosperatur? Bene est omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt. Qui ergo hoc dicunt, non mirentur, quòd prauorum hominum temporalem, & caducam fœlicitatem aspiciunt, sed magis nouissima eo-

rum intendant,quãta illis post hoc æterna supplicia præparentur,dicente propheta: Ducent in bonis dies suos, & subitò ad inferna descendunt.

Vt iudex,non prius obuiet sua sententia litigantibus quandiu ipsi habent aliquid quod proponant in quæstione. Cap. XXX.

Ex decr. Eleutherij papæ ecclesiis per Galliã cõstitutis. cap.3.

NEC litigantibus iudex prius velit sua sententia obuiare,nisi quando ipsi iã peractis omnibus nihil habeant in quæstione quod proponant. Et tãdiu actio ventiletur,quousq; rei veritas reperiatur. Frequẽter interrogare oportet,ne aliquid prętermissum fortè remaneat,quod adnecti conueniat. Inducię enim non modicè ad quęsdum dandæ sunt,ne aliquid properè agi à quacunq; parte videatur:quia per subreptionem multa proueniunt. Nihil amen absq; legitimo,& idoneo accusatore fiat. Nã & dominus noster Iesus Christus Iudã furem esse sciebat: sed quia non est accusatus,ideo nõ est eiectus: & quicquid inter apostolos egit,pro dignitate ministerii ratum manet. Nam si leges seculi accusatores requirunt, quantò magis ecclesiasticæ regulæ? Docent enim terrestria, & humana quæ sint ecclesiastica,atque cœlestia.

Vt non ỹdem sint accusatores, & iudices, & testes, & accusati. Cap. XXXI.

Ex dictis Damasci papæ,ca. 19.

ACcusatores verò & iudices non iidem sint: sed per se accusatores,per se iudices,per se testes, per se accusati,vnusquisq; in suo ordinabiliter ordine. Nã inscriptio prima semper fiat,vt talionem calumniator accipiat. Quia ante inscriptionẽ nemo debet iudicari,vel dãnari, cùm seculi leges hæc eadem retineant. De quib⁹ omnibus vera semper fiat æqualitas,quatenus accusationis & iudicii, & testimonii mercedẽ per veritatẽ gestorũ cõsequi valeant.

Vt eius accusationem nullus facilè accipiat, qui facilè litigat, & accusat. Cap. XXXII.

Ex cõcil. Vvormaciẽ. ca.2.

EIus qui frequenter litigat, & ad accusandum est facilis,accusationem nemo absq; grãdi examine accipiat.

Vt episcopus accusatores fratrũ excõmunicet. Cap. XXXIII.

Ex cõcil. Aurelia. cap.1.

VT episcopus accusatores fratrum excommunicet, si emendauerint vitium,recipiat eos ad communionem,non ad clerum.

De illis qui conuicti fuerint fratribus, falsa crimina obiecisse. Cap. XXXIIII.

EOS, qui fratribus suis capitalia crimina obiecisse cõuicti fuerint, placuit vsque ad exitum non communicare, nisi digna satisfactione pœnituerint. *Ex cõcil. Agathẽ. cap. 6.*

De illis testibus, qui aliquem ex sacro ordine accusare pertentant, & vt quiq; optimi, & fideliores in testimonium assumantur. Cap. XXXV.

PLacuit sancto conuentui, vt testes ad testimonium dicendum precio non conducantur, & vt quiq; optimi, & fideliores in testimonium assumantur, vt is contra quem testimoniare debent, nullam eis infamiam possit inferre, & vt nullus testimonium dicat, nisi ieiunus. *Ex cõcil. Matiscẽ. cap. 5.*

Vt nullus secularis alicui ex clero vim inferre præsumat. Cap. XXXVI.

QVicunque iudex aut secularis presbytero, aut diacono, aut cuilibet ex clero, aut de iunioribus absque audientia episcopi, vel archidiaconi, vel archipresbyteri, iniuriam inferre præsumpserit, anathema habeatur. *Ex cõcil. apud Theodonis villam habito, ca. 10*

Quòd mariti vxores suas ex suspicione accusare possint. Cap. XXXVII.

MAritis sanè etiã ex suspicione vxores accusare permissum est, & ipsi plus cæteris de adulterio, & accusare possunt, & defendere. *Ex cõcil. Parisiẽsi, cap. 3.*

FINIS Libri decimisexti.

INDEX CAPITVLORUM Libri Decimiseptimi.

De muliere, quæ cum duobus fratribus fornicata est. Caput i.
De eadem re. ii.
De illo qui cum duabus sororibus fornicatus est, quarum vna vxor fuerat. iii.

De illo qui se ignorante cum sorore vxoris suæ fornicatus est. iiii.
De eadem re. v.
De eadem re. vi.
Item de illo, qui cum duabus sororibus neutra vxore fornicatus est. vii.
De illo qui cum duabus seroribus, cum nouerca, vel cum sorore sua, vel cum amita, vel matertera sua, vel cum filia patrui, vel auunculi sui, vel cum filia amitæ, vel matterteræ suæ, vel cum nepte sua, vel cum commatre, vel cum filiola quam de fonte suscepit, vel ante episcopum tennit, fornicatus est. viii.
De illo qui cum matrem habuit vxorem, cum filiastra fornicatus fuerit. ix.
De eadem re. x.
De illo qui cum nouerca fornicatus est. xi.
De illo qui cũ filiastra ignorãte matre fornicatus est. xii.
De illo qui stuprauerat quandam, quam frater eius postea duxerat vxorem. xiii.
De eadem re. xiiii.
De eadem re. xv.
De muliere cum qua & pater, & filius fornicati sunt. xvi.
De illo qui cum vxore fratris sui fornicatus est. xvii.
De illo qui sponsam filii sui oppresserit. xviii.
De illo qui cũ vxore, matre, & filiastra fornicatus est. xix.
De illo coniugato, qui cum filia materteræ suæ, vel auunculi, vel amitæ, vel patrui sui fornicatus fuerit. xx.
De patre & filio, de auunculo, & de nepote, si cum vna muliere fornicati fuerint. xxi.
De eadem re. xxii.
De illis qui infantes suos idèo à baptismo suscipiunt, ut separentur à coniugibus. xxiii.
De eadem re. xxiiii.
De eadem re. xxv.
De eadem re. xxvi.
De mulieribus, quæ aliquo molimine inter se fornicantur. xxvii.
De sanctimonialibus, si inter se fornicantur. xxviii.
De muliere, si cum altera fornicata fuerit. xxix.
De illis qui irrationabiliter versati sunt.

De eadem re. xxxi.
De illis qui cum pecudibus fornicantur. xxxii.
Item de quadrupedum fornicatoribus. xxxiii.
De illis qui fornicantur, sicut Sodomitæ. xxxiiii.
De clericis vel monachis, si fuerint masculorum insectatores. xxxv.
De eadem re. xxxvi.
De eadem re. xxxvii.
Item de commixtione animalium. xxxviii.
De episcopo, qui secundū naturā fornicat⁹ fuerit. xxxix.
De sacerdote, qui per turpiloquium, aut per conspectū libidinosum pollutus fuerit. xl.
De eadem re. xli.
De illis qui per illecebrosos amplexus fœmin. polluū. xlii.
De clericis qui p malas cogitatiões semē effuderint. xliii.
Si mulier debeat separari à viro suo, quæ filium suum casu per negligentiam à fonte susceperit. xliiii.
De eo qui spiritalē habet cōpatrē, cuius vxor cōmater nō est, & eo defuncto, si ei⁹ viduā possit ducere vxorē. xlv.
De eo, si aliquis suæ spiritalis commatris filiam vxorem ducere possit. xlvi.
De quodā, qui suam filiolā spiritalē constuprauit. xlvii.
De quodā fratre, qui impugnabatur à spū fornica. xlviii.
De sponsa fratris sui, si frater eam violauerit. xlix.
Si quis de vno in aliū trāsmigrat episcopatū, & cōsanguineā suā polluerit, vel aliquod crimē capitale cōmise. l.
De mulieribus, quæ absente marito cōceperint, & fœtum sustulerint. li.
De illis mulierib⁹ quę malè cōceptos necare studuerīt. lii.
Dé mulieribus, quę partus suos occultè interficiunt. liii.
De eadem re. liiii.
De eadem re. lv.
De Sodomitico peccato. lvi.
De illis qui conceptum excutiunt. lvii.
De illis qui infantes suos oppresserint. lviii.
De patre & matre, qui filios suos apud se mortuos inuenerint. lix.
De illis fœminis quæ abortum fecerint. lx.

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA-*cienſis Epiſcopi, de Fornicatione, Decretorum Liber* XVII.

ARGVMENTVM LIBRI.

Liber hic Fornicationem, & inceſtum diuerſi generis complectitur, & quæ correctio, pœnitentiaque iis, quibus vitiis ſunt inuoluti, debeatur, docet.

De muliere, quæ cum duobus fratribus fornicata eſt. Cap. I.

Ex cõcil. Neocæſa. cap. 2.

MVlier ſi duobus fratribus nupſerit, abiecta tur vſque ad mortem: veruntamen in extu propter miſericordiam, ſi promiſerit quod facta incolumis, huius coniunctionis vincula diſſoluat, fructum pœnitentiæ conſequatur, & communio ei concedatur. Quòd ſi defecerit vir, aut mulier in talibus nuptiis, difficilis erit pœnitentia in vita permanenti.

De eadem re. Cap. II.

Ex decr. Martini pap. ca. 9

SI qua mulier duos fratres, aut ſi quis vir duas vxores duxerit, à communione ſeparentur vſque ad mortem. In morte, pro miſericordia viaticum accipiant.

De illo qui cum duabus ſororibus fornicatus eſt, quarum vna vxor fuerat. Cap. III.

Ex cõcil. Aurelia. cap. 6.

QVI dormierit cum duabus ſororibus, & vna ex illis anteà vxor fuit, neutram ex ipſis habeat: neceſſe dulteri vnquam coniugio copulentur.

De illo qui ſe ignorante cum ſorore vxoris ſuæ fornicatus eſt. Cap. IIII.

Ex cõcil. Triburi. cap. 8

IN lectum mariti abſente vxore ſoror iuit vxoris: et ille vxorem ſuam putans, dormiuit cum ea. Superiori viſum eſt, ſi ipſe per ſecuritatem veram hoc probauerit

quòd inscius fecerit hoc solus, pœnitentiam quidem quæ sibi indicata fuerit agat, legitimum suum coniugium habere permittatur: illam digna vindicta affligi, & in æternum coniugio priuari.

De eadem re. Cap. V.

SI quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, & sororem ab eodem anteà stupratam nescierit, vel si ipse sororem eius quam antea stuprauit non intellexerit, si dignè pœnituerint, & si se continere non valuerint, post annos septem coniugia illis non negentur. Si autē non ignorauerunt, vsque ad mortem à coniugio abstineant. *Ex eodē. cap. 9.*

De eadem re. Cap. VI.

SI quis cum duabus sororibus fornicatus fuerit, vir diebus vitæ suæ pœniteat. Soror autem quæ de alia sorore nescíuit, licentiam habeat nubendi. *Ex eodē. cap. 10.*

Item de illo qui cum duabus sororibus neutra vxore fornicatus est. Cap. VII.

SImiliter & de duabus sororibus qui cum vna in adulterio mansit, & aliam publicè accepit, non habeat mulierem vsq; in diē mortis suæ, & illa quæ nescíuit, accipiat maritū. *Ex eodē cap. 11.*

De illo qui cum duabus sororibus, cum nouerca, vel cum sorore sua, vel cum amita, vel matertera sua, vel cum filia patrui, vel auunculi sui, vel cum filia amitæ, vel materteræ suæ, vel cum nepte sua, vel cum commatre, vel cū filiola quā de fonte suscepit, vel ante episcopū tenuit fornicatus fuerit. Cap. VIII

SI quis fornicatus fuerit cum duabus sororibus, vel cum nouerca sua, vel cum sorore sua, vel cum amita sua, vel cum matertera sua, vel cum filia patrui sui, & auunculi sui, vel cum filia amitæ suæ, siue materteræ suæ, cum nepte sua, vel cum commatre sua, aut filiola sua, siue quam de fonte suscepit, vel ante episcopum tenuit, & si qua mulier simili modo fornicata fuerit, abstineat se ab ingressu domus Dei annum, & eodē anno nisi dominicis & festis diebus solummodo pane & aqua & sale vtatur: arma nō ferat, osculū nulli præbeat, sacrificium nisi pro viatico minimè sumat. Sex deinde annis ingrediatur quidem domum Dei: sed carnibus, & vino, ac sycera minimè vtatur, nisi festis diebus. De armis verò & osculis. siue sacrificio, sicut supra scriptum est. Posteà verò duobus annis quando car- *Ex conci. Mogūti. cap. 3.*

ne vescitur, à potu omni quo inebriari potest se continere. Et si biberit potum, minimè carne vescatur, absque præcipuis festis diebus. De armis verò vel osculo, & sacrificij modum teneat iam dictum. Inde vsque ad obitum suum, nisi prædictis festis diebus à carne abstineat: tres ferias legitimas in omni hebdomada, & tres quadragesimas in anno legitimè custodiat. De armis verò vt supradictum est, & nunquam aliquando coniugio copuletur. Hæc eadem pœnitentia imponenda est patricidis, vel fratricidis, vel consanguineis, nec non & qui sponte per fraudem, & auaritiam, hominem innoxiũ occidũt, quod morchidũ vocãt.

De illo qui cum matrem habuerit vxorem, cum filiastra fornicatus fuerit. Cap. IX.

Ex eodẽ cap. 2. SI quis viduam vxorem duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu cum duabus sororibus concubuerit, aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre & filio fornicata fuerit, tales copulationes anathematizari & desiungi, præcimus, nec vnquam amplius coniugio copulari, sed sub magna districtione fieri.

De eadem re. Caput X.

Ex cõcil. apud Vermeriam, cap. 10. SI quis cum filiastra sua fornicatus fuerit, nec matrem nec filiam potest habere: nec illa, nec ille aliis se poterunt coniungere vllo vnquam tẽpore. Attamen vxor eius, si ita voluerit, & si se continere non potest, si posteaquam cognouit quòd cũ filia sua vir eius fuit in adulterio, carnale cõmertium cum eo nõ habuit, si vult alij nubere potest.

De illo qui cum nouerca fornicatus est. Cap. XI.

Ex eodẽ cap. 21. SI quis cum nouerca sua dormierit, neuter possunt ad coniugium peruenire: sed vir eius potest si vult aliam accipere, si se continere non potest. Similiter qui cũ filiastra sua, vel cum sorore vxoris suæ dormierit, stare potest.

De illo qui cum filiastra, ignorante matre fornicatus est. Caput XII.

Ex eodẽ cap. 4. SI quis cum matre & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat vxorẽ: illæ verò si voluerint accipiant maritos. Si autẽ hoc fierint ipsæ fœminæ, absq; maritis in perpetuum maneant

De illo qui qui ſtuprauerat quandam quam frater eius poſtea duxerat vxorem. Cap. XIII.

SI homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater eius neſciens eandem duxerit vxorem: frater eo quod fratri crimen cælauerit, pœniteat, & poſt pœnitẽtiam nubat. Mulier autem vſque ad mortem pœniteat, & ſine ſpe coniugij maneat. *Ex eodẽ cap.5.*

De eadem re. Cap. XIIII.

SI frater cum muliere fornicatus fuerit, & frater neſciẽs cum eadem concubuerit, mulier diebus vitæ ſuæ pœniteat, poſt pœnitentiam autem, frater ignarus ſceleris coniugium accipiat ſi vult. *Ex eodẽ cap.6.*

De eadem re. Caput XV.

ITem indicatum eſt quendam ſtupraſſe quandam fœminam quam poſteà frater eius accepit vxorem. Statuerũt eum qui ſtuprauit, & à ſe ſtupratam fratri cælauit: quia geminauit peccatum, pœnitentia diſtrictiori caſtigandum. Coniugium tale diſſolui oportere, & mulieri quidem nunquam dari poteſtatem nubendi. Illis autem pro miſericordia coniugium indulgere, ſed cum pœnitentia. *Ex cõcil. Matiſcẽ. cap.5.*

De muliere cum qua, & pater, & filius fornicati ſunt. Caput XVI.

QVidam fornicatus eſt cum quadam muliere, poſteà filius neſciens patris factum ſtuprauit eandẽ. Quod cũ pater reſciſceret, de ſe filioq; confeſſus eſt. Statuerunt melius eſſe, vt taliter lapſis cum digna pœnitentia legitima permittantur coniugia, quã fortè deterius delinquant. Fornicaria autem, ſine ſpe coniugij maneat. *Ex cõcil. Triburi. cap.6.*

De illo qui cum vxore fratris ſui fornicatus eſt. Caput XVII.

SI quis cum vxore fratris ſui dormierit, adulter & mœcha diebus vitæ ſuæ abſque coniugio maneant. Ille verò cuius vxor fuit, ſi vult, aliam coniugem accipiat. *Ex eodẽ cap.12.*

De illo qui ſponſam filij ſui oppreſſerit. Cap. XVIIII.

SI quis ſpõſam filij ſui oppreſſerit, & poſteà filius eius eã duxerit: pater poſtmodũ non habeat vxorẽ, nec ipſa mulier virum, filius, qui facinus patris ignorauit, aliã accipiat. *Ex eodẽ cap.13.*

De illo qui cum vxore, matre, & filia stra formicatus est. Caput. XIX

Ex cõcil. Mogũti, cap. 6.

SIquis viduam vxorem duxerit, & posteà cum filiastra fuerit fornicatus, seu cum duabus sororibus: aut si qui cum duobus fratibns, seu cum patre & filio: si quis relictam fratris, si quis neptem, aut nouercam, aut nurum, aut consobrinam, aut filiam auunculi, aut eius relictam, aut priignam polluerit, eos disiungi, & vlterius nunquam coniugio copulari, præcipimus.

De illo coniugato qui cum filia materteræ suæ, vel auunculi, vel amitæ, vel patrui sui fornicatus est. Caput XX.

Ex cõcil. Triburi. cap. 1.

INterrogatum est si quis cum filia materteræ suæ, vel amitæ, vel auunculi, vel patrui concubuerit, si coniugatus fuerit, liceat ne illi vlterius vti coniugio, aut non coniugato vxorem accipere? Iustum esset, sicut aliqua statuta priorum habentur, vt in perpetuum à coniugio tales abstineant. Visum est humanæ fragilitatis intuitu, vt post pœnitentiam non quidem pœnitus priuentur coniugio, deterrissimè tamen tam immanis fornicatio vindicetur, sicut sanctus papa Nicolaus, & alij Romani pontifices statuerunt, ne fortè desperati, multiplicius peccent.

De patre, & filio, de auunculo, & de nepote, si cum vna muliere fornicati fuerint. Cap. XXI.

Ex conci. Mogũti, cap. 5.

INterrogatum est si pater & filius, vel si duo fratres, vel si auunculus, & nepos cum vna muliere fornicati sunt, quid inde faciendum sit. Manifestum est quod graui vindicta plectendũ est, quod graue facinus esse reperitur: Omnis enim mœcha interdicitur, vbi scriptum est, non mœchaberis, quantò magis cum cognata, vel cum coniugis concubina cognati? Hinc in Leuitico scriptum est: Si mœchatus fuerit quis cum vxore alterius, morte moriantur, & mœchus, & adultera. Qui dormierit cum nouerca sua, & cum nuru sua, & qui filiam & matrem duxerit, & qui acceperit sororem suam, morte moriantur. Si enim in lege turpitudinẽ incœstus mortis sentẽtia vindicare iussit, quomodo in Euangelio, vbi summa iustitia est, incestuosis peccati pœnitentiam euadet? Vnde Apostolus: Irritam qui fecerit legem Mosi, sine vlla miseratione sub duobus

vel tribus testibus moritur: quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Igitur Theodorus iudicauit eum qui incestum fecerit XII. annos pœnitere debere: alij XV. alij X. alij septem. Sed nos priscorum patrum vestigia sequentes, his solis spatium pœnitentiæ tem peremus, qui deuotè, & cum lachrymis pœnitentiam egerint: cæteri definitum tempus obseruent.

De eadem re. Caput XXII.

Ex cõcil. apud Vermeriam, cap. 4.

SI quis filiastrum aut filiastram suam ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab vxore sua, & aliam nunquam accipiat. Similiter & mulier.

De illis qui infantes suos ideo à baptismo suscipiunt, vt separentur à coniugibus. Cap. XXIII.

Ex conci. Cabillon. cap. 4.

DIctum etiam nobis est, quasdam fœminas desidioſè quasdam verò fraudulenter, vt à viris suis separentur, proprios filios coram episcopis ad confirmandũ tenuisse. Vnde nos dignum duximus, vt si qua mulier filium suum desidia, aut fraude aliqua coram episcopo tenuerit ad confirmandum propter fallaciam suam, aut propter fraudem, quandiu viuat pœnitentiam agat, à viro tamen suo non separetur.

De eadem re. Cap. XXIIII.

Ex cõcil. Mogũti. in claustro S. Albani habito, præsente Ludouico imperato. cap. 10.

DE eo quod interrogastis, si ille qui filiolam suam ducit vxorem, & de eo qui concubuit cum commatre sua spiritali, & de illo qui filium suum baptizauit, & cuius vxor eum de fonte suscepit, ea ratione, vt discidium coniugij fieret, si posteà in tali copulatione permanere possent de talibus sic respondendum est. Si filiolam, aut commatrem suam spiritalem aliquis in coniugium duxerit, separandos eos esse iudicauimus, & graui pœnitentia plectendos. Si autem cõiuges legitimi vnus aut ambo ex industria fecerint, vt filium suum de fonte suscipiant, vt discidium fiat, tale consilium damus. Si innupti manere voluerint, bonum, est. Sin autem, grauis pœnitẽtia insidiatori iniungatur, & simul maneant, & si superuixerit præuaricator coniugij, acerrima pœnitentia multetur, & sine spe coniugij maneat.

De eadem re. Caput XXV.

Ex cõcil. Triburi. cap. 8.

NVllus proprium filium, aut filiam à fonte baptismatis suscipiat, nec filiolam, nec commatrem ducat vxorem, nec illam cuius filiam ad confirmationem ante episcopum tenuerit. Vbi autem factum fuerit, separentur.

De eadem re. Caput XXVI.

Ex cõcil. Mogũti. cap. 5.

QVam detestabile & execrabile scelus sit, vnicuique Christiano, filiolam suam constuprare, testatur Gregorius papa in dialogis suis, vbi refert quẽdã hominẽ polluisse filiolam suã, & quia neglexit pœnitentiã agere, subitò miserabili morbo correptus expirauit: & sepulto, nũ solum corpus sed etiam omne sepulchrum, igne inuisibilis consumpsit.

De mulieribus quæ aliquo molimine inter se fornicantur. Caput XXVII.

Ex pœnitentiali Theodo.

MVlier quocunque molimine, aut in se ipsa, aut cum altera fornicans, tres annos pœniteat.

De sanctimonialibus si inter se fornicantur. Caput XXVIII.

Ex eodẽ.

SI sanctimonialis cũ alia sanctimoniali per aliquod machinamentũ fornicatæ fuerint, septẽ annos pœniteant.

De muliere si cum altera fornicata fuerit. Caput XXIX.

Ex cõcil. Anquirẽ. cap. 8.

MVlier si cũ muliere fornicata fuerit, tres annos pœniteat. Sic & illa quæ semen viri sui cibo miscet, vt inde plus eius accipiat amorem, pœniteat.

De illis qui irrationabiliter versati sunt. Caput. XXX.

Ex cõcil. Anciran. cap. 15.

DE his qui irrationabiliter versati sunt, siue versatur, id est, qui cum pecoribus & masculis se coinquinauerint, quotquot ante viginti annos ætatis tale crimen commiserint, XV. annis exactis in pœnitentia, communionem mereantur orationum: deinde quinquennio in hac communione durantes, tunc demum oblationis sacramẽta contingant, Discutiatur autem & vita eorum quale tẽpore pœnitudinis extiterit, & ita misericordiam consequãtur. Quòd si inexplebiliter his hęrere criminibus, ad agendã pœnitẽtiã prolixius tẽpus insumãt. Quotquot autem post XX. annos ætatis, vxores habentes, in hoc peccato

prolapsi sunt, XXV. annos pœnitentiã agentes, ad orationis communionem recipiãtur. In qua quinquennio perdurantes, tunc oblationis sacramenta percipiant. Quòd si & vxores habentes, & transcendentes quinquagesimum annum ætatis ita deliquerint: ad exitum vitæ communionis gratiam consequantur.

De eadem re. Cap. XXXI.

EOS qui irrationabiliter vixerunt, & lepra iniusti criminis alios polluerunt, præcepit sancta synodus inter eos orare, qui spiritu periclitantur immundo. *Ex eodẽ. cap. 16.*

De illis qui cum pecudibus peccant. Cap. XXXII.

QVi cum pecude peccat, quidam iudicant annos, X. quidam septem, quidam tres tres, quidam centum dies, iuxta qualitatem personæ pœnitere. *Ex pœnitentiali Theodo.*

Item de quadrupedum fornicatoribus. Cap. XXXIII.

SI inuenti fuerint qui cum quadrupedibus, vel masculis contra naturam peccant, dura & districta pœnitentia coercendi sunt. Quapropter episcopi vel presbyteri à quibus iudicium pœnitentiæ iniungitur, conentur omnimodis hoc malum radicitus abscindere. *Ex pœnitentiali Romano.*

De illis qui fornicantur sicut Sodomitæ. Caput XXXIIII.

QVi fornicatus fuerit sicut Sodomitæ, si seruus est, & si episcopis castigabitur, duos annos, si liber est & coniugatus, X. annos, si priuatus, septem annos pœniteat: pueri centum dies, si in consuetudine est. Laicus coniugatus, si in consuetudine habet, XV. annos pœniteat. Si ex ordinibus est, & in consuetudine habet, degradatus, vt laicus pœniteat. Qui autem cum fratre naturali fornicatus fuerit, per tam sordidam cõmixtionem, ab omni carne se abstineat, vel XV. annos pœniteat, si clericus est, amplius pelli debet. *Ex pœnitentiali Theodo.*

De clericis vel monachis, si fuerint masculorum insectatores. Cap. XXXV.

CLericus vel monachus adolescentium vel paruulorum insectator, vel qui osculo, vel aliqua occasione turpi deprehensus fuerit, publicè verberetur, & coronam amittat, decaluatusque turpiter, sputamentis obliniatur in facie, vinculisque artatus ferreis, carcerali sex mensibus angustia maceretur, & triduo per hebdomadas singulas ex pane hor *Ex dictis Basilij.*

deaceo ad vesperam reficiatur. Post hæc aliis sex mensibus sub senioris spiritalis custodia segregata in curticula degens, operi manuum & orationi sit intentus, vigiliis & ieiunibus subiectus, & sub custodia semper duorum fratum spiritalium ambulet, nulla priuata loquutione, vel consilio deinceps iuuenibus coniungendus.

De eadem re. Cap. XXXVI.

Ex dictis S. Isidor. SI quis ex iuuenibus vel aliqua suspicioſa persona cum paruulis iocatus fuerit, diuturna pœnitentia maceretur.

De eadem re. Cap. XXXVII.

Ex dictis eiusdem. SI deprehensus fuerit aliquis frater ludere cum pueris, & habere amicitias ætatis infirmæ, tertiò commoneatur, ut memor sit honestatis, atque timoris Dei. Si non cessauerit, seueriſsimè corripiatur.

Item de commixtione animalium. Cap. XXXVIII.

Ex pœnitentiali Romano SI quis cuiuslibet animalis commixtione peccauerit, per annnis in humilitate subiaceat ad Ecclesiæ ianuam, & post hos aliis quinque annis in orationis communione susceptus pœnitentiam agat, & sic gratiam sacramenti percipiat. Interrogentur autem alii de eo qualem vitam in pœnitentia egerit, & sic communionis misericordiam consequatur. Si quis autem post viginti annos habens vxorem hoc peccato succubuerit, xxv. annos humilitati subiaceat, & quinque annis in orationibus, & sic communicet.

De episcopo qui secundum naturam fornicatus fuerit. Cap. XXXIX.

Ex pœnitentiali Theodo. ITem in canone apostolorum iudicatur vt episcopus, presbyter, diaconus qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur, non tamen communione priuetur: quia nō iudicat Deus bis in idipsum. Si quis pontifex fornicationem fecerit naturalem, synodus indicauit vt per annos pœniteat, & multis lachrymis & eleemosynis veniam à domino petat. Presbiter non prælato monachi vento cum puella vel meretrice peccans, annos tres, & in mensibus quadragesimis secundam, & quartam, & sextam feriam, & sabbato semper de sicco cibo pœniteat. Si cum sanctimonialla Dei, aut masculo, plus addatur ieiunium, id est, septem annos, si in consuetudine est. Similiter diaconi, si monachi

non sunt, duos annos, sicut & monachi qui sine gradu sunt. Si diaconi monachi sunt, septem annos. Monachi cum gradu septem annos pœniteant. Item episcopus si sine voto monachi cum puella vel meretrice peccauerit, x. annos pœniteat, Clericus cum tali puella sine voto monachi si fornicatus fuerit, vnum annum pœniteat, si frequẽter duos annos. cum canonica duos annos, si frequenter tres annos. Si genuerit ex ea filium, quatuor annos, alii dicunt septem. Theodorus dixit: Monachus fornicationem faciens, septem annos pœniteat. Item Beda dixit: Monachus fornicationem quærens & non inueniens, annũ dimidium pœniteat. Item Romanus pœnitentionalis dicit: Monachus fornicationem faciẽs cum meretrice vel puella, tres, si cum sanctimoniali, septem annos pœniteat. Item laicus priuatus maculans vxorem proximi sui, vt adulteritum pœniteat. Si cum virgine peccauerit, vterque pœniteat annum vnum. Si cum ancilla Dei, quatuor annos: si genuerit ex ea, septem annos: pœniteat. Item si quis peccauerit sicut Sodomitæ. quidam, x. annos dicunt pœniteat: qui in consuetudine habet, amplius pelli debet. Si autẽ in gradu sunt degradentur, & sicut laici pœniteant. Vir qui inter fœmora fornicatus fuerit, vnum: si iterauerit, duo annos pœniteat. Si autem in terga fornicatus fuerit tres annos: si pueri duos annos. Qui cũ pecude fornicatus fuerit vel iumento, x. annos pœniteat. Oportet enim discretionem esse inter qualitatem pecudum vel hominum, sicut supradiximus. Item episcopus cum quadrupedibus peccans, x. annos pœniteat, & gradum amittat, presbyter, v. diaconus tres, clericus duos.

De sacerdote qui per turpiloquium, aut per conspectum libidinosum pollutus fuerit Cap. XL.

SAcerdos qui per turpiloquiu. m, seu conspectu libidinoso coinquinatus fuerit, nõ tamen voluerit fornicare, x. dies pœniteat. Presbyter si osculatus est fœminã per desideriũ, & semẽ fuderit, xx. dies pœniteat. Diaconus, x. dies, similiter monachus. Clericus septẽ. Laicus quatuor. Item si presbyter semen fuderit per cogitationem septem dies pœniteat, si tangit cum manu tres hebdomadas. Episcopus si per cogitationem fuderit, quatuor hebdomadas pœniteat. Si tangit cum manu diaconus & semen fuderit, xiiii. dies, Monachus similiter. Aliter, Si clericus, viginti dies,

Ex *pœnitentiali Romano*

quantò magis alij gradus? Si impugnatione mentis coinquinabitur, ſeptem dies pœniteat, vel quouſque cogitatio vincatur. Si in ſomnis voluntate pollutus ſit, ſurgat, cantetque ſeptẽ Pſalmos pœnitentiales, id eſt, Domine ne in furore. I. Beati quorum. Domine ne in furore. II. Miſerere mei Deus. Domine exaudi. De profundis. Domine exaudi. vel vnuſquiſque ſecundum ſuam virtutẽ, & in mane XXX. Pſalmos cantet. Volens autem in ſomnis peccare, ſiue qui pollutus ſit ſine voluntate, XV. Pſalmos cantet. Peccans non pollutus, viginti quatuor Pſalmos.

De eadem re. Cap. XLI.

Ex pœnitentiali Theodo.

ITem in ſomno peccans, ſi ex cogitatione pollutus fuerit, XXV. Pſalmos cantet. In ſomno peccãs ſine cogitatione, XII. Pſalmos. Si ſemen fuderit in Eccleſia per dormitionem, cantet Pſalterium, vel tres dies pœniteat. Si voluntariè ſemen fuderit in Eccleſia mala cogitatione. Si clericus, XIIII. dies, diaconus, XXV. presbyter XL. epiſcop' L. monachus, XXX.

De illis qui per illecebroſos amplexus fœminarum polluuntur. Cap. XLII.

Ex pœnitentiali Bedæ pr.

QVi per illecebroſos amplexꝰ fœminæ, vel oſculo polluitur, xx. dies pœniteat. Qui tetigit inuerecũdè eam eiuſdem fœminæ, tres menſes pœniteat. Qui per turpiloquium polluitur, ſeptem dies pœniteat. Presbyter ſi oſculatus fuerit fœminam per immũdum deſiderium xx. dies pœniteat. Si inquinatus fuerit, xl. dies pœniteat. Qui in Eccleſia per ſomnum polluitur, tres dies pœniteat. Qui in ſomnis voluntate pollutus eſt, ſurgat & cantet ſeptem Pſalmos pœnitentiales, & in die, xxx. Qui peccare voluerit in ſomnis, & non fuerit pollutus, xxiiij. Pſalmos cantet,

De clericis qui per malas cogitationes ſemen effuderint. Cap. XLIII.

Ex pœnitentiali Romano.

CLericus ſi ſemen fuderit non tangendo per malas delectationes, ſeptem dies pœniteat. Si tãgit cum manu xx. dies pœniteat. Si diaconus, xxx. dies. Si presbyter, hebdomadas, iiii. Presbyter ſi ſemen fuderit per cogitationem ſeptem dies pœniteat, monachus ſimiliter. Qui voluntariè ſemen fundit in Eccleſia, ſi clericus eſt, xiiii. dies. Si monachus, aut diaconus, xxx. dies. Si presbyter, xl. Si epiſcopus, dies pœniteat.

Si mulier debeat separari à viro suo, quæ filium suum casu per negligentiam à fonte susceperit.

Caput XLIIII.

DEusdedit sanctę Romanæ, & apostolicę Ecclesiæ Episcopus, Gordiano Hispanensis Ecclesiæ coëpiscopo, & fratri dilectissimo. Peruenit ad nos diaconus vester, vestræ sanctitatis epistolam inferens, quòd quidam viri, etiam & mulieres præterito sabbato Paschali die, pro magno populorum incursu, nesciẽtes suos filios susscepissent ex lauacro sancto. Cupis etenim scire, si pro tali accidenti ratione debeãt viri & mulieres ad suum propriũ vsum redire, an non. Nos enim ex hac tri itia mœsti, inquisiuimus priorum nostrorum dicta. Inuenimus autem in archiuo huius apostolicæ sedis iam talia contigisse in Ecclesia Hisauriæ, & Ettheſiorum, simulq; Hierolymæ, etiam aliarum Ecclesiarum episcopis, & earũ ciuitatum ab hac apostolica sede, volentibus scire, si viri & mulieres redirẽt ad proprium thorum. Beatæ memoriæ sanctissimi patres, Iulius, Innocẽtius, & Celestinus cum episcoporum plurimorum & sacerdotum conuentu, in Ecclesia beati apostolorum principis prohibentes talia, perscripserunt, & confirmauerunt, vt nullo modo se in coniugio reciperẽt mulieres, aut viri, qui per quãcunque rationem susciperent natos, sed separarent se: ne suadente diabolo tale vitiũ peccati inolescat per mundum, & vniuersorum error accrescat. Scitis quia quomodo sunt septem dona sancti spiritꝰ, ita sunt septem dona baptismi. A primo pabulo sacrati salis, & ingressu sanctæ Ecclesiæ vsque ad confirmationem spiritus sancti per Chrisma. Ab hoc primo spiritus sancti dono vsque ad septimum, nullus Christianus suam commatrem in cõiugium recipere debet, & qui præsumpserit, anathematis vinculo religetur in perpetuo, nisi pœnitentiam egerit dignè. Mulieres verò quum separatæ fuerint, ac pro illicita actione à propriis viris, totam præcipimus recipere dotem, quam in die nuptiali receperint, & post expletum annum recipiant alium virum, si voluerint. Similiter & vir vxorem.

Ex decr. Densde-dit, papæ Gordia-no episco-po mi ßi

De eo qui spiritalem habet compatrem, cuius vxor cõmater non est, & eo defuncto, si eius viduam possit ducere vxorem. Cap. XLV.

Ex cõcil. Triburi. cui interfuit rex Arnolphus, ca. 47.

QVI ſpiritalẽ compatrẽ habet, cuius filiũ de lauacro ſacræ fontis accepit, & eius vxor cõmater nõ eſt, licet ei defuncto cõpatre ſuo eius viduã ducere in vxorẽ, ſi nullam habent cõſanguinitatis propinquitatem. Quid enim? Nunquid non poſſunt cõiungi, quos nulla proximitas carnalis, vel in id generatio ſecernit ſpiritalis.

De eo, ſi aliquis ſuæ ſpiritalis commatris filiam vxorem ducere poßit. Cap. XLVI.

Ex eodẽ cap. 48.

ILlud etiã, nec canonica inſtitutione definimus, nec introductione aliqua refutam⁹, ſed propter eos qui diuerſẽ de eo ſentiunt, hoc loco aliquid cõmemoramus. Si quis ſuæ ſpiritalis commatris filiam fortuitu, & ita contingẽte rerũ caſu in coniugium duxerit, conſilio maturiori ſeruato, habeat, atque honeſtè legitimo cõiugio operam det.

De quodam, qui ſuam filiolam ſpiritalem conſtuprauit. Cap. XLVII.

Ex dialo. Gregor.

TErribile etiam quiddam in Valeriæ prouincia contigiſſe vir vitæ venerabilis Maximianus Syracuſanus Epiſcopus, qui diu in hac vrbe meo monaſterio præfuit, narrare cõſueuit, dicens, Quidã curialis, illic ſacratiſſimo Paſchali ſabbato, iuuenculam cuiuſdã filiam in baptiſmate ſuſcepit. Qui poſt ieiuniũ domum reuerſus, multo vino inebriatus, eandem filiolam ſuam ſecum manere petiit, eamq; nocte illa, quod dicto nefas eſt, perdidit. Cũque mane facto ſurrexiſſet reus, cogitare cœpit, vt ad balneum pergeret, ac ſi aqua balnei lauaret maculam peccati. Perexit igitur, lauit, cœpit trepidare, Eccleſiam ingredi: ſed tanto die non ignoret, ad Eccleſiã erubeſcebat hominẽ. Sin verò iret, pertimeſcebat iudicium Dei. Vicit itaq; humana verecundia, perrexit ad Eccleſiã, ſed tremebũdus pauens ſtare cœpit, atque per ſingula momenta ſuſpicabatur qua hora immundo ſpiritui traderetur, & corã omni populo vexaretur. Cumq; vehemẽter timeret, ei in illa Miſſarum celebritate, quaſi aduerſè nil contigit, qui lætus exiit. Die altero Eccleſiam iam ſecurus intrauit. Factumq; eſt, vt per ſex cõtinuos dies lætus, ac ſecurus procederet, nullatenus quòd eius ſcelus dominus, aut non vidiſſet, aut viſum miſericorditer dimiſiſſet. Die autẽ ſeptima ſubita morte defunctus eſt. Cumq; ſepulturæ traditus fuiſſet, per longum ſpatium cunctis videntibus de ſepulchro ipſius flamma exiit,

tam diu ossa eius concremauit, quousq; omne sepulchrum cõsumpsit: & terra quæ in tumulo collecta fuit, de fossa videretur. Quod videlicet omnipotens Deus faciens, ostẽdit quid eius anima pertulit in occulto, cuius etiã corpus ante humanos oculos flãma consumpsit. Qua in re quoq; nobis hæc audientibus exemplum formidinis dare dignatus est, quatenus ex hac consideratione colligamus, quid anima viuens ac sentiens, pro reatu suo patitur, si tanto ignis supplicio etiam insensibilia ossa concremantur.

De quodam fratre, qui impugnabatur à spiritu fornicationis. Cap. LXVIII.

QVidam pater molestiam sustinebat a spiritu fornicationis. Abiit autem ad quendam probatissimũ seniorem, & precabatur eum, dicens: Pone tibi solicitudinẽ, beatissime pater, & ora pro me: quia grauiter me impugnat passio fornicationis. Hæc cũ audisset senior, orabat intentè diebus, ac noctibus, pro eo deprecans domini misericordiam. Iterum autẽ veniebat idem frater, & rogabat seniorem, vt magis intẽtius pro eo oraret. Similiter autem cum omni solicitudine beatus senior orabat intẽtius pro eo. Frequenter autem venientem ad se monachum vidẽs senior, & deprecantẽ se, vt oraret, valde contristatus admirabatur: quia non exaudiret dominus orationes suas. Eadem autem nocte, reuelauit ei dominus, quæ circa illum monachum erant, negligentiæ, & ignauiæ resolutionem, & delectationes fore corporeas cordis eius. Ita autẽ ostensum est sancto seniori. Vidit sedentem illum monachum, & spiritum fornicationis in diuersis mulierũ formis ante illum ludentem, & ipsum condelectari. Videbat & angelũ domini, astantem, & indignantẽ grauiter contra eundem fratrem: quia non surgebat, neque prosternebat se in orationibus ad dominum, sed magis delectabatur in cogitationibus suis. Hæc ergo ostensa sunt per reuelationem sancto seniori. Cognouit autem, quia culpa & negligentia illius monachi erat, vt non exaudirentur orationes eius. Et tunc dixit ei senior: Quia tua culpa erat frater: quia condelectaris cogitationibus malis. Impossibile est enĩ discedere à te spiritum fornicationis immundum, aliis orantibus, & Deum pro te deprecantibus, nisi & tu te ipse laborem assumas in ieiuniis, & orationibus, & vigiliis multis,

Ex dictis Pophnutij æremitæ.

cum gemitu deprecans, vt misericordiam suam, & adiutorium det gratiæ suæ, præbeatq; tibi dominus Christus, vt possis resistere malis cogitationibus. Nam & medici, qui corporibus hominũ medicamenta conficiunt, & adhibẽt, quanuis omnia cum summa diligentia faciant, veruntamẽ si ille qui infirmatur, nõ se abstineat à noxiis cibis, vel de aliis quæ solent lædere infirmitates, nihil ei proficit cura, & diligentia, & solicitudo medicorum. Similiter etiam, & in animæ languoribus eueniet: licet cum omni intẽtione, & ex toto corde sancti patres, qui sunt medici spirituales, exorent misericordiam Christi domini saluatoris nostri pro eis, qui orationibus eorum se postulãt adiuuari, nisi & ipsi cũ omni intentione mentis tam in orationibus, quàm in omni opere spirituali, quæ Deo placita sunt, faciant, non eis proficient orationes eorum.

De sponsa fratris, si frater eam violuerit. Cap. XLIX.

Ex cõcil. Triburi. cui interfuit rex Arnolphus, ca. 10.

QVidam desponsauit vxorem, & dotauit, cum ea core non potuit. Quam frater eius canculò corrupit, & grauidam reddidit. Decretum est, vt quamuis nupta esse non potuerit legitimo viro, despõsatam tamen fratri, frater habere nõ possit. Sed mœchus & mœcha, sed nicationis quidam vindictam sustineant, licita verò eis coniugia non negentur.

Si quis de vno in alium transmigrat episcopatum, & consanguineam suam polluerit, vel aliquod crimen capitale commiserit. Cap. L.

Ex eodẽ cap. 42.

SI quis de vno in alium omnino transmigrat episcopatum, & si, quod absit, contingat eum filiam sororis suæ, amitæ, aut materteræ, auũculi, vel patrui polluere, aut aliquod crimen capitale committere, episcopus in cuius tũ dioœcesi commoratur, & tali scelere criminatur, habeat ius & potestatem secundum canonicam authoritatem, & nostram synodalem institutionem flagitiosum coërcere, & ad pœnitendum emollire. Per quẽ enim melius rei veritas ventilatur, quàm per illum sub quo habitat, & habitare desiderat.

De mulieribus, quæ absente marito conceperint, & fœtum sustulerint. Cap. LI.

Ex cõcil. Eliberta. cap. 3.

SI qua mulier per adulterium absente marito concepe-
rit, idque post facinus occiderit, placuit vix in fine di-

dam esse communionem, eo quod geminauerit scelus.

De illis mulieribus, quæ male conceptos necare studuerint. Cap. LII.

HI verò qui malè cõceptos ex adulterio, factos, vel ędi tos necare studuerint, vel in ventre matrum potionibus aliquibus colliserint, in vtroq; sexu adulteris post septem annorum curricula communio tribuatur, ita tamen, vt omni tempore vitæ suæ fletibus, & humiliati insistant. *Ex cõcil. Hilerdẽ. cap. 5.*

De mulieribus, quæ partus suos occultè interficiunt. Cap. LIII.

MVlieres quædam, vt audiuimus, quæ ex fornicatione concipiẽtes, metuentes ne scelus quod occultè perpetrauerunt, manifestum fieret, infantes quos pepererunt, occiderunt, & terræ congerie cooperuerunt, aut in aquas proiecerunt. Quod quantum nefas sit, canones Ancirani, Hiberitani, atque Hilerdensis concilii, testes sunt. His itaquevix in fine dandam esse communionem decernũt, sed humanius tractantes, post decennem pœnitentiam tales placuit ad communionem recipi. *Ex cõcil. Arelatẽs. cap. 6.*

De eadem re. Cap. LIIII.

DE mulieribus quæ fornicãtur, & partus suos necant, vel quæ agunt secũ, vt vtero cõceptos excutiant, antiqua quidem definitio vsq; ad exitũ vitæ eas ab Ecclesia remouet. Humanius autẽ nunc definimus, vt eis X. annorũ tempus, secundũ præfixos gradus pœnitentia largiatur.

De eadem re. Cap. LV.

SI qui infantem oppresserint, tres annos pœniteant: vnũ ex his in pane, & aqua. Si clericus fecerit, quatuor annos, vnum ex his in pane & aqua. *Ex cõcil. Aurelia. cap. 10.*

De Sodomitico peccato. Cap. LVI.

EPiscopus fornicationẽ faciens naturalem XII. annos pœniteat, presbyter X. diaconus IX. subdiaconus octo, clericus septem, laicus sex annis pœniteat. Frater carnalis cum fratre carnali fornicationem faciens XV. annis ab omni carne se abstineat. Si semen in os miserit, septem annos pœniteat, alii dicunt vsq; in finẽ vitæ pœnitere debere. Viri inter fœmora fornicantes, vnum annum pœniteãt, si iterantes II. Si inter crura fornicãtes, si pueri sunt, *Ex pœnitentiali Romano.*

annum vnum pœniteant. Si viri, duos annos. Si autē in cō-
ſuetudine eſt, modus pœnitentiæ addatur iudicio ſacerdo-
tis. Vir ſemetipſum coinquinans, primò X. dies pœniteat,
& iterans XX. dies. Si cum gradu eſt, addatur pœnitētia.
Puer XV. annorum, XL. dies pœniteat. Qui concupiſcit
mente fornicari, ſed non potuit, X. dies pœniteat. Qui per
turpiloquium, vel aſpectu coinquinatus eſt, tamen non vo-
luit peccare corporaliter, XX. dies pœniteat. Si autē im-
pugnatione cogitationis violenter coinquinatus eſt, XX.
dies pœniteat. Qui diu illudetur à cogitatione, molliter
ei repugnans, ſex dies, vel quantū exegerit diuturnitas co-
gitationis pœniteat. Pueri qui fornicantur intra ſemetip-
ſos, iudicatū eſt, vt vapulent. Pueri ſoli de hoc inter ſe ſer-
mocinantes, & tranſgredientes ſtatuta ſeniorum, tres ſu-
perpoſitiones accipiant. Oſculum non ſimplicitér facien-
tes, quinque ſuperpoſitiones accipiāt. Illecebroſum oſculū
facientes, ſine coinquinamento, quinque dies pœniteant.
Cū coinquinamēto, ſine amplexu, X. ſuperpoſitiones acci-
piant. Poſt annos XX. idē cōmittentes, XL. dies ſeparati à
mēſa, extorresq; ab Eccleſia, cū pane & aqua viuāt. Mini-
mi verò fornicationē imitātes, & irritantes ſe inuicē, ſed
coinquinati non ſunt, propter ætatis maturitatē, flagellē-
tur. Si verò frequenter, addatur pœna. Pueri ante XX. an-
nos ſe inuicem manibus coinquinantes, & confeſſi: ante-
quam cōmunicēt xx. dies pœniteant. Si iterauerint poſt
pœnitentiā, C. dies. Si verò frequentius, ſeparētur, & annū
pœniteant. Puer oppreſſus à maiore infra x. annos, hebdo-
madam ieiunet: ſi conſentit xx. dies: mollis autē annum
pœniteat. Qui in ſomnis volūtariè pollutus eſt, ſurgat, &
cantet genibus flexis VII. Pſal. Volens in ſomno peccare
xx. Pſal. cantet, Si pollutus eſt ſine voluntate xv. Pſal. cā-
tet, & in fine vniuſcuiuſq; Pſalmi dicat ter: Deus in adiu-
toriū meum intēde, & reliqua. Qui ſemē in Eccleſia dor-
miens fuderit, tres dies ieiunet. Epiſcopus fornicationem
faciens cōtra naturā, degradetur, & duodecim annos pœ-
niteat. Presbyter aut diaconus, fornicationē cōtra naturā
faciens, prælato antè monachi voto, degradētur, & V. an-
nos pœniteant, & veniā omni hora rogēt, & ſuperpoſitio-
nem patiātur, in vnaquaq; hebdomada, exceptis quinqua-
geſimis diebus. Poſt ſuper poſitionē, pane ſine mēſura vtā-

tur,& ferculũ aliquatenus butyro impinguato, & die dominico sic viuant.Cæteris verò diebus paximati panis mẽsura,& paruo impinguata butyro holera, & ouis paucis,& formatico reficiãtur,& aquæ tantũ quantũ sufficiat si operarius est.Lectus enim nõ multũ fœnũ habeat, & per tres quadrageſimas anni addat aliquid, prout virtus eius admiserit,semper ex intimo corde vt defleat culpã suam.Obedientiã quæ omnia præeminet,libentiſsimè accipiat Post annũ & dimidiũ Eucharistiam sumat,& ad pacem veniat: Psalmos cũ fratribus cantet, ne penitus anima tãto tẽpore cœlestis medicinæ ieiuna intereat. Si inferiori gradu prius quis monachus fuerat, tres quidem annos pœniteat, sed mẽsura nõ grauetur panis.Si operarius est, sextario de lacte Romano,& alio de tenucla,& aqua quantum sufficit pro sitis ardore sumat. Si verò sine voto monachi presbyter aut diaconus sic peccauerit,sicut monachus sine gradu pœniteat,& postea recipiat gradus suos .Si autẽ presbyter aut diaconus post tale peccatum voluerit monachus fieri, indiscreto proposito exilij annum & dimidium pœniteat, habeat tamẽ abbas cum consilio episcopi sui huius rei moderandi facultatem, si obedientia pœnitentis placita sit Deo & fratribus quibus commissum est.

De illis qui conceptum excutiunt. Cap.LVII.

SI aliquis causa explendæ libidinis,vel odii meditatione,vt non ex eo soboles nascatur, homini, aut mulieri aliquis fecerit,vel ad potandum dederit,vt non possit generare,aut concipere,vt homicida teneatur. *Ex cõcil. Vvorma. cap.30.*

De illis qui infantes suos oppresserint. Cap.LVIII.

SI quis infantẽ suũ oppresserit, aut vestimẽtorũ põdere suffocauerit,& hoc post baptisinũ factũ fuerit,XL.dies pœniteat in pane & aqua,& à cõiuge se interim abstineat. Posteà tres annos pœniteat per legitimas ferias,& tres in anno quadrageſimas obseruet. Quòd si ante baptismum infans oppressus fuerit,proximos quadraginta dies vt supra pœniteat. Posteà verò quinquennium expleat. *Ex cõcil. Mogũti. cap.6.*

De patre & matre qui filios suos apud se mortuos inuenerint. Cap. LIX.

DE infantibus autem qui mortui inueniuntur cum patre & matre,& non apparet vtrum à patre aut matre *Ex cõcil. Parisiẽsi, cap.5.*

occisus sit ipse infans vel suffocatus, an propria morte defunctus: non debent inde securi esse, nec sine pœnitentia ipsi parentes, sed tamen in eis consideratio debet esse pietatis, vbi non voluntas, sed euentus mortis causa fuit. Si autem eos non latet ipsos eius esse interfectores, scire debent grauiter se deliquisse, quod in Ancirano concilio cõprobatur. Quidam autem trium annorum pœnitentiam horum iudicant esse debere: quorum vnum ex his exigat in pane & aqua, atque se ab omni luxuria tempore pœnitentiæ suæ custodiat.

De illis fœminis quæ abortum fecerint. Cap. LX.

Ex pœnitentiali Romano.

SI qua mulier abortum fecerit voluntariè, tribus annis pœniteat.

Finis Libri decimiseptimi.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMACIensis Episcopi, de Visitatione infirmorũ, Decretorũ Liber XVIII.

ARGVMENTVM LIBRI.

Liber hic infirmos à presbyteris visitandos esse, & quæ ad hanc visitationem requirantur, edocet.

CVM sacerdos audierit aliquem infirmari in sua plebe, citò ad eum pergat, & ingressus cubiculum aquam benedictam super eum, & per omne cubiculum aspergat, et antiphona: Asperges me domine, & versu: Exurgat Deus & dissipentur inimici, &c. Deinde dicat orationem: Deus qui sacerdotibus tuis tantam grãtiam. Deinde cantet septem Psalmos cum precibus pro infirmis. Deinde Lithaniam cantet. Post hæc omnes iubeat exire

cubiculum secedere. Et appropinquans lecto quo infirmus decumbit, eum blande leniterque alloquatur, vt omnem spem suam in Deo ponat, vt flagellum Dei patienter toleret, & vt hæc ad purgationem, & castigationem suam prouenire credat, vt peccata sua confiteatur, vt emendationem promittat, si dominus vitam concesserit, pœnitentiam pro culpis commissis spondeat, vt substantiam suam dum adhuc sensus & ratio viget, disponat, vt peccata sua eleemosynis redimat, vt his qui in se peccauerunt indulgeat, vt rectam fidem, & credulitatem teneat, & si fidem ex integro non sapuerit, presbyter eum docere debet: & vt de Dei misericordia nunquam desperet, doceat. Cum his & huiuscemodi alloquuntionibus fuerit mens infirmi releuata, data benedictione, interroget eum de singulis per ordinem.

Quando presbyter domum intrat in qua infirmus iacet, primum dicat.

Pax huic domui.

Et omnibus habitantibus in ea.

Postea benedicetur sal & aqua, & aspergatur in domo cum antiphona.

Benedic domine domum istam, & omnes habitantes in ea, quia tu domine dixisti: pax huic domui, benedic domine timentes te pusillos cum maioribus, benedicti vos domino qui fecit cœlum & terram.

Post hæc canendi sunt septem Psalmi pœnitentiæ. Deinde Lithania. Qua expleta cantetur: Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem,
Sed libera nos à malo, Amen.

Saluum fac seruum tuum,

Deus meus sperantem in te.

Mitte ei domine auxilium de sancto,

Et de Sion tuere eum.

Nihil proficiat inimicus in eo,

Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

Esto illi domine turris fortitudinis,

A facie inimici.

Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat in animam inimicorũ eius.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius.

Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.
Domine exaudi orationem meam.
Psalmus: Miserere mei Deus.

Sequitur Oratio. *Oremus.*

OMnipotents & misericos Deus, quæsumus immensam pietatem tuam, vt ad introitum in tuo nomine humilitatis nostræ, hunc famulum tuum. N. in hoc habitaculo iacentem fessum, salutiferè visitare digneris, sicut visitare dignatus es domine Tobiam, & Saram socrum Petri, puerumque Centurionis, ita & iste pristina sanitate animæ corporisque recepta, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actionem. Per do.

Tunc detur ei locus secretior confitendi, & quod maximum est, interroget eum de fide Catholica. Et sic dicat.

CRedis in Deum patrem, & filium, & spiritum sanctum? Respon. Credo. Credis quod iste tres personæ vnus Deus sit? Respon. Credo. Credis quod in ipsa ista carne qua nunc es, resurgere habes in die iudicij, & recipere siue bonum siue malum quod gesisti? Responsio. Credo. Vis dimittere illis peccata sua qui in te peccauerunt? Respon. Volo. Vis peccata quæ fecisti emendare si reuiuiscas? Responsio Volo.

Postea vngatur. Post confessionem, & fidem redditam, & vnctionem, dicatur Antiphona.

In veritate tua exaudi me domine. Psalmus.
Domine exaudi orationem meam, auribus percipe.

Deinde kyri eleison, & Pater noster cum his precibus.

EXurge domine Deus exaltetur manus tua, Ne obliuiscaris pauperum.
Tibi enim derelictus est pauper,
Orphano tu eris adiutuor.
Desiderium pauperum exaudiuit dominus,
Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.
Mirifica misericordias tuas,
Qui saluos facis sperantes in te.
Tu autem in sancto habitas,
Laus Israël.

Ad te clamauerunt, & salui facti sunt,
In te sperauerunt, & non sunt confusi.
Ne tradas domine bestiis animam confitentem tibi,
Animam pauperis tui ne obliuiscaris in finem.

Posteà sequuntur iste Orationes. Oremus.

DEus qui famulo tuo Ezechiæter qui nos annos ad vitam donasti, ita & famulum tuum. N à lecto ægritudinis tua potentia erigat ad salutem. Per Christum.

Alia.

RESpice domine famulum tuum. N. in infirmitate sui corporis laborantem, & animam refoue quam creasti, vt castigationibus emendatus, continuò se sentiat tua medicina esse saluatum. Per Christum.

Alia.

DEus qui facturæ tuæ pio semper dominaris affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris, & famulum tuum. N. ex aduersa valetudine corporis laborantem placatus respice, & visita in salutari tuo, ac cœlestis gratiæ ei præsta medicinam. Per Christum.

Alia.

DEus, qui humano generi salutis remedia, & vitę æternæ munera contulisti, conserua famulo tuo. N. tuarum dona virtutum, & concede vt medelam tuam non solum in corpore, sed etiam in anima sentiat. Per.

Alia.

VIrtutum cœlestium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem, & omnem infirmitatem præcepti tui potestate depellis, adesto propitius huic famulo tuo. N. vt fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen sanctum tuum instaurata protinus sanitate benedicat. Per dominum.

Alia.

DOmine sanctæ, pater omnipotens, æternæ Deus, qui fragilitatem conditionis nostræ infusa virtutis tuæ dignatione confirmas, vt salutaribus remediis pietatis tuæ corpora nostra & mebra vegetentur, super hunc famulum tuum. N. propitiatus intende, vt omni necessitate corporeæ infirmitatis exclusa, gratia in eo pristinæ sanitatis perfecta reparetur. Per dominum.

Alia.

ORemus fratres dominum nostrum pro fratre nostro quem dure ad præsens malum languoris affligit, vt eum domini pietas cœlestibus dignetur curare medicinis: vt qui dedit vitam, det & salutem. Per.

Alia.

DOmine sanctæ pater omnipotens æternæ Deus qui es via, & veritas, & vita, exaudi & conserua famulum tuum. N. quem viuificasti & redemisti precio magno sancti sanguinis filj tui. Per eundem.

Si infirmus in desperatione fuerit, reconcilia eum oratione his sequentibus orationibus, vt quando conualuerit, secundum canonum & sanctorum patrum statuta, & qualitatem delicti pœniteat.

Reconciliatio infirmi.

PRæsta quæsumus domine huic famulo tuo. N. dignæ pœnitentiæ fructum, vt Ecclesiæ tuæ sanctæ, à cuius integritate deuiarat peccando, admissorum veniam consequendo, reddatur innoxius. Per.

Alia.

OMnipotens sempiternæ Deus, confitenti huic famulo tuo. N. pro tua pietate peccata dimitte, vt non plus ei noceat conscientiæ reatus ad pœnam, quàm indulgentiæ tuæ pietas prosit ad veniam. Per.

Alia.

EXaudi domine præces nostras, & confitentium tibi parce peccatis, vt quem conscientiæ reatus accusat, indulgentia tuæ miserationis absoluat. Per dominum nostrum Iesum Christum.

INDEX CAPITVLORVM
Libri decimioctaui.

Vòd vltimæ cõuersio mẽte potius æstimanda sit quàm tempore. Cap i.
Quòd omnis fidelis in vltimis positus oleo sanctificato inungi debeat. ii.
De illis qui propter timorem mortis, in ipsa infirmitate confitentur peccata sua. iii.
De illis qui in necessitatis tempore, & pœnitentiam, & reconciliationem desiderant iiii.
De eadem re. v.
De illis q ad exitũ veniũt, vt vlt. & necessario viatico, &c. vi.
Quòd pœnitẽtia possit abolere peccata, etiam si in vltimo vitæ spiritu pœniteat. vii.
De lapsis in vltimis positis, vt viatico munere, si rogauerint, eis debeat subueniri. viii
De illis infirmis, qui dum pœnitentiam petierint, & antequam sacerdos veniat, officium oris amittunt. ix.
De eadem re. x.
De eadem re. xi.
De illis qui in vltimã ægritudine pœnituerint, & mox reconciliati fuerint. xii.
De illis qui in periculo sunt cõstituti vt episcopo &c. xiii.
De infirmis in periculo mortis constitutis. xiiii.
De quodã qui Christũ negauerat, quõ in extremis, &c. xv.
Vt presbyteri de occultis peccatis iussu episcopi pœnitentes reconcilient. xvi.
De pœnitente, si in ipsa pœnitentia de corpore exierit, & reconciliari desiderat, xvii.
Vt quinta feria ante Pascha pœnitentibus sit remittendũ: ante aũt, si ad desperationẽ infirmitatis deuenerint. xviii.
De illis qui in Ecclesia remitti peccata nõ crediderint. xix
Quòd infirmis omni hora cibum sumere liceat. xx.
De illis sacerdotib⁹ q moriẽtibus pnĩam denegauerint. xxi
Quòd nulli vltima pœnitentia sit deneganda. xxii.
De pœnitentibus qui in infirmitate Eucharistiam acceperint. xxiii.
De pœnitentibus subitò mortuis. xxiiii

FINIS Libri Decimioctaui.

Quòd vltima conuersio mente potius æstimanda sit quàm tempore. Cap. I.

Ex decr. Celest. papæ, c. 20

ERa ergo ad Deum conuersio in vltimis pœnitentium, mẽte potius est æstimanda, quàm tempore, Propheta hoc taliter asserẽte: Cùm conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Cùm ergo dominus sit cordis inspector, quouis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cum illi se obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

Quòd omnis fidelis in vltimis positus sanctificato oleo inungi debeat. Cap. II.

Ex decr. Calisti papæ.

BEatus enim Iacobus apostolus in epistola sua scripsit: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vnguentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmum. Hoc & apostoli in Euangelio fecisse leguntur, & nunc Ecclesiæ consuetudo tenet, vt infirmi oleo consecrato vngantur à presbyteris, & oratione comitante sanentur. Non solùm presbyteris vti licet hoc sacro oleo in suis infirmitatibus: sed, vt Innocentius papa describit, etiam omibus Christianis vti licet eodem oleo, in sua aut suorum necessitate vngendo. Quòd tamen oleum non nisi ab episcopis licet confici. Nam quod ait, oleo in nomine dñi, significat oleo in nomine domini consecrato: vel certè quia etiam cum vngant infirmum, nomen domini super eum inuocare debẽt. Et si in peccatis fuerint, dimittentur ei. Multi propter peccata in animam facta, infirmitate, aut etiam morte plectuntur corporis. Vnde Apostolus Corinthiis, quia corpus domini indignè percipiebant soliti, ait: Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiũt multi. Si ergo infirmi in peccatis sint, & hęc presbyteris Ecclesiæ confessi fuerint, ac perfecto corde ea deinceps relinquere, atque emendare fategerint, dimittẽtur eis. Neque enim sine confessione emendationis queunt dimitti. Vnde rectè subiungitur: Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini.

De illis qui propter timorem mortis in ipsa infirmitate confitentur peccata sua. Cap. III.

Ex cõcil. Hãneten. cap. 2.

INfirmus qui necessitate mortis vrgente confitetur peccata sua, sub ea conditione à sacerdote reconcilietur, vt si ei dominus vitam donauerit, sanitatemque reddiderit,

secundum qualitatem delicti, & secundum canonum statuta, & pœnitentialium probatorum pœniteat.

De illis qui in necessitatis tempore, & pœnitentiã, & reconciliationem desiderant. Cap, IIII

HIs autem qui in tempore necessitatis & in periculis vrgente instantia, præsidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, necreconciliatio deneganda: quia misericordiæ domini, nec mẽsuras possumus ponere, nec tempora definire: apud quem nullas patitur venire moras conuersio, dicente domino per prophetam: Cùm conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Et alibi: Dic iniquitates tuas prior, vt iustificeris. Item: Quia apud dominum misericordia est, & copiosa apud eum redemptio. In dispensandis itaque Dei donis non debemus esse difficiles, nec se accusantium gemitus, lachrymasque negligere cùm ipsam pœnitendi afflictionem, ex Dei credamus inspiratione concessam, dicente Apostolo: Ne fortè det illis deus pœnitentiam vt resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. *Ex decr. Leonis papæ, ca. 9.*

De eadem re. Cap. V.

ET hoc quæsitum est, quòd de his obseruare oporteat, qui post baptismum omni tempore incontinentiæ voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ suæ pœnitentiam simul & reconciliationem communionis exposcunt. De his obseruatio prior durior, posterior inuerueniente misericordia inclinatior est. Nã consuetudo prior tenuit, vt concederetur eis pœnitẽtia, sed cõmunio negaretur. Nam cùm illis temporibus crebræ persequutiones essent, ne communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos, non reuocaret à lapsu, meritò negata communio est, concessa pœnitentia: ne totum penitus negaretur, & duriorem remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam dominus noster pacem Ecclesiis suis reddidit, iam terrore depulso, communionem dari abeuntibus placuit, & propter misericordiam, quasi viaticum profecturis, & ne Nouatiani hæretici, negantis veniam, asperitatem & duritiam subsequi videamur. Tribuetur ergo cum pœnitentia extrema communio: vt homines huiusmodi, vel in supremis suis permittente saluatore nostro, à perpetuo exitio vindicẽtur. *Ex decr. Innocẽtii papa. ca. 22*

De illis qui ad exitum veniunt, vt vltimò & necessariò viatico minimè priuentur. Cap. VI.

Ex cõcil. Niceno, cap. 13.

DE his qui ad exitum veniunt etiam nunc lex antiqua regularisque seruabitur, ita, vt si quis egreditur è corpore, vltimò & necessariò viatico minimè priuetur. Quòd si desperatus & consequutus communionem, oblationisque particeps factus, iterum conualuerit: sit inter eos qui communionem orationis tantummodo consequuntur. Generaliter autem omni cuilibet in exitu posito, & poscenti fidei communionis gratiam tribui, episcopus probabiliter ex oblatione dare debebit.

Quòd pœnitentia possit abolere peccata etiam si in vltimo vitæ spiritu pœnitẽat. Cap. VII.

Ex cõcil. Mogũti. cap. 2.

POEnitentiam posse abolere peccata indubitanter credimus, etiã si in vltimo vitæ spiritu admissor pœnitet, & vel publica lamentatione peccata prodantur: quia propositum Dei quod decreuit saluare quod perierat, stat immobile. Et ideo quia voluntas eius non mutatur, siue emendatione vitæ, si tempus conceditur, siue supplici confessione si continuò vita exceditur, venia peccatorũ fideliter præsumatur ab illo qui non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur à perditione pœnitẽdo, & saluetur miseratione dõmini, vt viuat. Si quis aliter de iustissima pietate Dei sentit, non Christianus, sed Nouitianus est.

De lapsis in vltimis positis, vt viatico munere si rogauerint, eis debeat subueniri. Cap. VIII.

Ex epist. Syricij papæ.

QVicunque carnali fragilitate ceciderunt, viatico munere, cùm ad Deum cœperint proficisci, si rogauerint, per communionis gratiã volumus subueniri.

De illis infirmis qui dum pœnitentiam petierint, & antequam sacerdos veniat, officium oris amittunt. Cap. IX.

Ex epist. Leonis papæ.

ITa ergo talium necessitati auxiliandum est, vt nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, si eam etiam amisso vocis officio per indicia integri sensus quærere comprobentur. Quòd si ita aliqua ægritudine fuerint aggrauati, vt quod paulò ante poscebant, & sub præsentia significare non valent, testimonia fidelium circumstantium illis prodesse debent: simul tamen & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium consequantur.

De eadem re. Cap. X.

ISqui pœnitẽtiam in infirmitate petit,si casu, dum ad eum sacerdos inuitatus venit,oppressus in infirmitate obmutuerit,dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat pœnitẽtiam,& si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur oris eius Eucharistia.Si superuixerit,admoneatur à supradictis testibus petitioni suæ satisfacturum, & se subditurum statutis pœnitentiæ legibus,quandiu sacerdos qui pœnitentiam dedit,probauerit. *Ex cõcil. Carthagi.ca.81.*

De eadem re. Cap. XI.

SI quis pœnitentiam petens,dum sacerdos venerit, fuerit officio linguę priuatus,constitutum est,vt si idonea testimonia habuerit, quòd ipse pœnitentiam petiisset, & ipse per motus aliquos, suæ voluntatis aliquod signum facere potest,sacerdos impleat omnia,sicut supra circa ægrotantem pœnitentem scriptum est, id est, orationes dicat, & vngat eum sancto oleo,& Eucharistiã ei donet,& postquam obierit,vt cæteris fidelibus ei subministret. *Ex decr. Eusebij papæ,ca. 10.*

De illis qui in vltima ægritudine pœnituerint,& mox reconciliati fuerint. Cap. XII.

SAnè quisquis positus in vltima necessitate ęgritudinis suæ acceperit pœnitentiam,& mox reconciliatus fuerit,& transierit de corpore,fateor vobis,non illi negamus quod petit, sedjnec præsumo dicere ,quia bene hinc exierit.Si securus hinc exierit,ego nescio: pœnitentiam dare possumus,securitatem autem dare non possumus. Nũquid dico damnabitur? Sed nec dico,quia liberabitur. Vis te à dubio liberari?Vis quod incertũ est euadere? Age pœnitẽtiam,dum sanus es.Si enim agis veram pœnitentiam,dum sanus es,& inuenerit te nouissimus dies:curris, vt reconcilieris.Si sic agis,securus es . Ideo dico tibi, quia securus es:quia egisti pœnitentiam eo tempore, quo peccare potuisti,Si autem vis agere pœnitentiam,quando iam peccare non potes,peccata te dimiserunt,non tu peccata. *Ex dictis Augusti.*

De illis qui in periculo sunt constituti,vt episcopo cõsulto,presbyter eos reconciliet. Cap. XIII.

AVrelius episcopus dixit: Si quisquam in periculo fuerit constitutus,& recõciliari diuinis altaribus petierit,si episcopus absens fuerit, debet vtiq; presbyter cõsu- *Ex cõcil. Carthagi.ca.4.*

lere episcopum,& sic periclitantem eius præcepto reconciliare. Quam rem debemus salubri consilio roborare.

De infirmis in periculo mortis constitutis. Cap. XIIII.

Ex pœnitentiali Theodori.

AB infirmis in periculo mortis positis, per presbyteros pura inquirenda est confessio peccatorum,non tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ,sed innotescenda, & cũ amicorũ orationibus, & eleemosynarũ studiis pondus pœnitentiæ subleuandum: & si fortè migrauerint,ne obligati ex cõmunione alieni,vel ex cõsortio veniæ fiat. A quo periculo si diuinitus ereptus conualuerit, pœnitentiæ modum à suo confessore impositũ diligenter obseruet. Et ideo secundũ canonicã authoritatẽ, ne illis ianua pietatis clausa videatur,orationibus & cõsolationibus ecclesiasticis sacra cum unctione olei animati,secundum statuta sanctorum patrum,communione viatici reficiantur.

De quodam qui Christum negauerat,quomodo in extremis viatico liberatus est. Cap. XV.

Dionysi⁹ in Ecclesiast.histo ria dicit.

IN historia Ecclesiastica Dionysius rescribens ad Fabianum,inducit quandam historiam,dicens quendam fuisse apud Alexandriam,vnum ex his qui lapsi sunt,eundem sæpe deprecatum esse vt susciperetur,nec tamen impetrasse. Oppressum deinde hunc ægritudine, ita vt tres dies sine voce prorsus iaceret: paululum verò quarta die respirantem, vocasse ad se filiolam suam, & dixisse fertur. Quousque me detinetis? Quæso vos citò aliquis presbyterorũ veniat,vt possim dimitti. Et cùm hoc dixisset, rursum sine voce permãsit. Abiit citò cursu ad presbyterum puer, noctis tempore. Infirmabatur presbyter, venire non potuit: tamen quia præceptum fuerat, vt lapsis in exitu nemo reconciliationis solatia denegaret, & maximè his quos prius id rogasse constat, parum Eucharistiæ puero dedit. Regrediente adhuc puero, antequam ingrederetur domum,rursum Serapion redisti,inquit,fili? Licet presbyter venire non potuit, tamen imple quod tibi imperatum est,vt possim recedere. Cumq; acciperet Eucharistiam, vellut cathenis quibusdam vinculisq; disruptis,lætiorem ibi spiritum reddidit. Ex quo constat huius boni auxilio nullum debere fraudari.

Vt presbyteri de occultis peccatis iussu episcopi pœnitentes reconcilient. Cap. XVI.

VT presbyteri de occultis peccatis iussione Episcopi pœnitentes reconcilient, & sicut supra præmisimus, infirmantes absoluant, & comunicent. *Ex decr. Euarist. papæ, ca. 4.*

De pœnitente, si in ipsa pœnitentia de corpore exierit, & reconciliari desiderat. Cap. XVII.

QVI recedunt de corpore pœnitentes, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicare, quod in moriente suffecit, consolatione secundum definitiones patrũ, qui huiusmodi communionem congruentem viaticum nominarunt: vt si superuixerint, stent in ordine pœnitentium, vt ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus legitimam communionem cùm reconciliatoria manus impositione percipiant. *Ex cõcil. Arausico, cap. 3.*

Vt quinta feria ante Pascha pœnitentibus sit remittendum. ante autem, si ad desperationem infirmitatis deuenerint. Cap. XVIII.

DE pœnitentibus autem, qui siue ex grauioribus commissis, siue ex leuioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interuenit ægritudo, V. feria ante Pascha eis remittendum, Romanæ Ecclesię consuetudo demonstrat. Cæterũ, de pondere æstimando delictorum sacerdotis est iudicare, vt attendat ad confessionem pœnitẽtis, & ad fletus atque lachrymas corrigentis, ac tum iubere dimitti, cùm viderit congruam satisfactionem. Sanè si quis in ægritudinem inciderit, atque vsque ad desperationẽ deuenerit, ei est ante tempus Paschę relaxandum, ne de hoc seculo absque communione discedat. *Ex epist. Innocẽtij papæ, ca. 7.*

De illis qui in Ecclesia remitti peccata non crediderint. Cap. XIX.

QVI verò in Ecclesia remitti peccata nõ credens, cõtẽnit diuini muneris largitatẽ, & in hac obstinatiõe mẽtis diẽ claudit extremũ, reus est illo irremissibili peccato in spiritum sanctum, in quo Christus peccata dimittit. *Ex dictis Augustini.*

Quòd infirmis omni hora cibum sumere liceat. Cap. XX.

INfirmis licet omni hora cibum, potumq; sumere, quotiescunque desiderant. *Ex cõcil. Mogũti. cap. 23.*

De illis sacerdotibus, qui morientibus pœnitentiam denegauerint. Cap. XXI.

Ex decr. Iulij papæ. SI quis presbyter pœnitentiam abnegauerit morientibus, reus erit animarum, quia dominus dicit: Quacũq; die cõuersus fuerit peccator, vita viuet, & nõ morietur. Vera enim cõuersio in vltimo tẽpore potest esse: quia dñs nõ solùm tẽporis, sed cordis inspector est: sicut latro vni' momenti meruit esse in paradiso in hora, vltima confessione.

Quòd nulli vltima pœnitentia sit deneganda. Cap XXII.

Ex decr. Celest. papæ, ca. 15 AGnouimus enim pœnitentiã morientibus denegari, nec illorũ desideriis annui, qui obitus sui tẽpore, animæ suæ cupiunt remedio subueniri. Horremus fateor tãte impietatis aliquem reperiri, vt de Dei pietate desperet, quasi non possit ad se quouis tẽpore concurrẽti succurrere, & periclitantẽ sub onere peccatorũ hominẽ pondere, quo se ille expedire desiderat, liberare. Quid hoc rogo aliud est, q̃ morienti mortẽ addere, eiusq; animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere. Cũ Deus ad subueniendũ paratissimus, inuitans ad pœnitentiã, sic proclamat peccatori? In quacunq; die, conuersus fuerit, peccata eius non reputabũtur ei. Et iterũ: Nolo mortẽ peccatoris, sed tantùm vt conuertatur, & viuat. Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis tempore pœnitentiam denegarit: & desperarit de clementia Dei, qui eum ad subueniẽdum morienti sufficere, vel momento posse, nõ credidit. Perdidisset latro in cruce præmiũ ad Christi dexteram pendẽs, si illum vnius horæ pœnitentia non iuuisset. Cùm esset in pœna, pœnituit, & per vnius sermonis professionem, habitaculum paradisi Deo promittente promeruit.

De pœnitentibus, qui in infirmitate Eucharistiam acceperint. Cap. XXIII.

Ex cõcil. Carthagi. ca. 78 POEnitentes qui in infirmitate viaticum Eucharistiæ acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si superuixerint.

De pœnitentibus subitò mortuis. Cap. XXIIII.

Ex eodẽ. EOrum, qui pœnitentia accepta in bono vitæ cursu sine communione moriuntur, oblationem recipiẽdam, & eorum funera, ac deinceps memoriam ecclesiastico effectu prosequendam.

FINIS Libri Decimioctaui.

INDEX

CAPITVLORVM
Libri Deciminoni.

QVO tempore presbyteri plebium, canonica authoritate discordantes ad pacem, & delinquentes ad pœnitentiam, cõpellere debeant. Caput i.

Quomodo sacerdotes plebem sibi commissam tẽpore pœnitudinis admonere, & instruere debeãt. caput ii.

Oratio sacerdotis dicenda ad pœnitentiã venientibus. iii.

De confessione, & pœnitentia, & recõciliatione, & interrogatione illorum, qui peccata sua confiteri desiderant, & ordo ad pœnitentiam eis dandam. iiii.

Interrogationes quibus confessor confitentem debet interrogare. v.

De admonitione octo principalium vitiorum, & eorum speciebus. vi.

Item de virtutibus, quibus eadem vitia superari possint, & de conclusione pœnitentiæ. vii.

Salubre antidotum animabus. viii.

De pœnitentia illius anni, qui in pane & aqua ieiunandus est, quali ordine obseruari debeat. ix.

De secundo anno, qui post illum ieiunandus est, & quibus pœnitentibus dandus sit. x.

De illis qui ieiunare nõ possunt, & adimplere quod in pœnitentiali scriptum est. xi.

De redemptione illius anni, quem in pane & aqua ieiunare debet. xii.

Alio modo. xiii.

Item alio modo. xiiii.

Item alio modo. xv.

Item alio modo xvi.

Item alio modo. xvii.

De redemptione vnius hebdomadę, quam in pane & aqua ieiunare debet. xviii.
De redemptione vnius mensis, quem in pane & aqua ieiunare debet. xix.
De illis qui ieiunare nõ possunt, & psalmos nesciunt, quomodo pœnitentiam vnius anni, quem in pane & aqua ieiunare debent, redimere possint. xx.
Item redemptio illius anni, quem in pane & aqua pœnitere debet. xxi.
De illis qui ieunare non possunt, & habent vnde redimere possint. xxii.
De illis qui non possunt adimplere, quod in pœnitentiali scriptum est. xxiii.
De illis qui ieiunare non possunt, & non habent vnde redimere possint. xxiiii.
De redemptione septem annorum. xxv.
Vt in capite Quadragesimæ omnes publicè pœnitentes in ciuitatem veniãt, & ante fores Ecclesiæ nudis pedibus & cilicio induti, episcopo suo se representent. xxvi.
Vt pœnitentes quando pœnitentiam petunt, impositionem manuum consequantur. xxvii.
Qua authoritate modus pœnitentiæ peccata confitentibus imponi debeat. xxviii.
Quòd diuersitas culparum, diuersitatem faciat pœnitentiarum. xxix.
Quòd multi sunt fructus pœnitentiæ. xxx.
Cur canones non perfectè præfigant pro vnoquoque crimine, tempus & mensuram pœnitentiæ. xxxi.
De illis qui pœnitentiam sibi iniunctam adimplere festinant. xxxii.
Vt quotiescunque aliquis ad pœnitentiam accesserit, sacerdotes ieiuniis & orationibus cum eis communicare debeant. xxxiii.
Quòd contingat hominem interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccare. xxxiiii.
Vt pœnitentia absque personæ acceptione iniungatur. xxxv.
De incestis occultè commissis. xxxvi.
Vt inter pœnitentes publicè, & absconsè discretio seruanda sit. xxxvii.

De illis qui negligunt pœnitentiam. xxxviii.
Vt pœnitentem ex corde magna exhilaratione sacerdotes susscipere debeant. xxxix.
Vt secundum defferentiam peccatorum, episcopi arbitrio, pœnitentiæ tempora decernantur. xl.
De his qui iã peccare cessauerunt, & perfectè pœnituerũt, vt communio eis in ipsa pœnitentia concedatur. xli.
De lapsis qũo eos fraterno affectu corripere & consolari debeãt, vt nõ incidãt in insidias diaboli, & desperẽt. xlii.
De lapsis in ordinibus sacris si restaurari possint. xliii.
Quòd anima multis gẽtibus nobilior sit deflẽda, & multis vrbibus p̃ciosior, quodq; nõ sit desperãdũ de venia. xliiii.
Quòd nullus à consolatione vulnerati fratris se subtrahere debeat. xlv.
De eadem re. xlvi.
De eadem re. xlvii.
De eadem re. xlviii.
Post pœnitentiã neminẽ ad clericatũ admittendum. xlix.
Grauibus criminibus implicitos ad clerum admissos, magnis vitiis inuolutos clericos officio non motos, comperit Gelasius. l.
De illis qui loca sanctorum sub prætextu religionis incõsultè peragrant. li.
De omni peccatore quoties ceciderit, quòd toties resurgere debeat. lii.
Vt iustum sit omni homini quòd se reprehendat. liii.
Vt nullus fratrẽ cõdẽnet, antequã Deus illũ diiudicet. liiii.
Quòd iusta obedientia, iustis muneribus remuneretur. lv.
De illis qui ex industria peccata, & promittunt sibi quandam impunitatem peccandi, propter largitionẽ eleemosynarum. lvi.
De his qui peracta pœnitentia ad pristina redeunt volutabra. lvii.
De pœnitente fœmina, si defuncto viro aliis nubere præsumpserit. lviii.
Quòd in dãda pœnitẽtia, nulla sit personarũ acceptio. lix.
De illis qui peccata sua sine condigna pœnitentia sibi relaxari falluntur. lx.
Quòd tam diu laborare quisque debeat, donec possideat Christum. lxi.

Vt nullus episcopus seu presbyter alterius pœnitentem sine literis sui episcopi suscipiat. lxii.
Vt pœnitentes secundum canones, nisi peracta pœnitentia communicare non debeant. lxiii.
Quòd pro ethnico & publicano habendus sit, qui pro peccato commisso pœnitere, noluerit. lxiiii.
Quòd à licitis se abstinere debeat, qui illicita se commisse, meminerit. lxv.
Vt nullus post pœnitentiæ actionem ad militiam secularem redire debeat. lxvi.
De illis qui relicto religionis proposito ad seculum, redeunt. lxvii.
Quòd nullus religiosus, & sanctus careat peccato. lxviii.
Vt pœnitentes à conuiuiis & ornamentis abstinere se debeant. lxix.
Vt presbyter pœnitentem non reconciliet, nisi episcopus suus iubeat. lxx.
Vt nullus ex ecclesiastico ordine, per manus impositionē remedium accipiat pœnitendi. lxxi.
Vt ordinati in grauioribus peccatis deprehensi, nō manus impositionem vt laici accipere debeant. lxxii.
De clericis qui corporali delicto delinquunt, si restaurari possint. lxxiii.
De his qui altario Dei deseruiunt, si subitò flenda carnis fragilitate corruerint. lxxiiii.
Quòd coniugati in quadragesima abstinere debeant ab vxoribus. lxxv.
De illis qui in quadragesimæ diebus carnem manducare præsumunt. lxxvi.
De fratre non peccante ad mortem, & ad mortem. lxxvii.
Quòd difficilè sit grauiter peccanti sub gradu, manere in gradu. lxxviii.
De eadem re. lxxix.
De eadem re. lxxx.
De eadem re. lxxxi.
Quòd post septem annos pœnitentem sacerdotē censura canonum in pristinū statum remeare, præcipiat. lxxxii.
De populi necessario quod inultū soleat præterire. lxxxiii.
De illis qui scabiem, aut vermiculos comedūt, vel vrinam bibunt. lxxxiiii.

De illis qui animalia à bestiis dilacerata, vel laqueis strangulata comedunt. lxxxv.
De apibus si hominem occiderint. lxxxvi.
De porcis & gallinis si sanguinem hominis comederint. lxxxvii.
De illis qui carnem immundam vel morticinam comedũt. lxxxviii.
De illis qui cibum immunda manu tactum comederunt, vel si canis aut aliquod animal immundum cibum tetigerit. lxxxix.
De illis qui sanguine vel aliquo immundo polluuntur. xc.
De illis qui sanguinem, aut semen biberint xci.
De piscibus mortuis in flumine inuentis. xcii.
De clericis si à dæmonio vexantur. xciii.
De illis qui parentum honorem non seruant. xciiii.
Quòd pœnitenti nulla negocia exercere conueniat. xcv.
Vt sacerdotes nulli pœnitentiam iniungant ex corde, sed ex autoritate. xcvi.
Vt vnusquisque presbyter octo principalia vitia per ordinem sciat. xcvii.
Vt sacerdotes diligenter examinent cõfitentium peccata. xcviii.
Vt singuli presbyteri capitula autoritatiua habeant ad succurendum pœnitentibus. xcix.
De presbyteris qui culpas peccantium reticent, vel minus dignè pœnitentes ad reconciliationem adducunt. c.
De illis qui truncationes membrorum fecerint. ci.
De eadem re. cii.
De illis qui ducatum præstãt, & deprædatores super Christianos ducunt. ciii.
De illis qui per amorem venefici fiunt. ciiii.
De illis qui hæreticis, nescientes, vel scientes se in aliquibus commiscuerint. cv.
De illis qui comedunt vel bibunt ab immundis animalibus tactum, vel intinctum. cvi.
Quòd diabolus internas cogitationes animæ non videat, sed ex motu corporis intelligat. cvii.
De eadem re. cviii.
De illis qui alios in culpa sua defendere nituntur. cix.
De eadem re. cx

Vt pœnitentia coniugatis ex consensu detur. cxi
Quot modis animæ defunctorum solui debeant. cxi
De nutriendis infirmis. cxii
Quòd non noceant præterita, si non placeant præsentia. cxiiii.
De illis qui hospites recipere neglexerint. cxv
Vt clerici superflua pauperibus erogent. cxvi
De illo qui alicui fratri suum imputat peccatum, nisi prius seorsum eum arguerit. cxvii
De illis qui diu reticent peccata sua. cxviii
De illis qui aliquem in ira percusserint. cxix
De illis qui ad feriendum hominem surrexerint, volentes eum occidere, sed non potuerunt. cxx
De illis qui reticuerint peccatum fratris, quòd est ad mortem. cxxi
Quòd non liceat diacono alicui dare pœnitentiã. cxxii
Vt pœnitentia quæ dilata est, cùm petita fuerit non negetur. cxxiii
De illis qui despiciunt eos qui fideliter agapas faciunt. cxxiiii.
De illis qui dicunt se non habere peccata cxxv
De illis qui dicunt sanctos in oratione dominica, dimitte nobis debita nostra, nõ pro se sed pro aliis dicere. cxxvi
De illis qui episcopis suis clam sua confitentur peccata, & posteà negare voluerint. cxxvii
De illis pœnitentibus qui attentè leges pœnitentiæ exquuntur. cxxviii
De illis qui se affligunt de obitu charorum. cxxix
De illis qui sibiipsis voluntariè mortem inferunt. cxxx
De eadem re. cxxxi
De illis qui cũ infidelibus cibũ sumere præsumunt. cxxxii
De illis qui apostatãt, & ad idololatriã se cõuertũt. cxxxiii
De eadem re. cxxxiiii
De illis qui Christiana mancipia captiuauerint. cxxxv
De illis qui aream proximi sui incenderint. cxxxvi
De illis qui libidinosè obtrectauerint puellam, aut mulierem. cxxxvii
De illis qui in balneo cũ mulieribus se lauerint. cxxxviii
De administratione xenodochij, & decimæ. cxxxix
Vt fœminæ menstruatæ non offerant. cl

De illis fœminis quæ ante mundum sanguinem Ecclesiam intrant,& quæ nupserint his diebus. cxli.
Quòd monachi secularibus pœnitentiam dare non debeant. cxlii.
Vt pœnitentes ante peractam pœnitentiam non reconcilientur. cxliii.
De illis qui ad confessionem veniunt, necessè est vt primũ de liuore inuidiæ,& auaritia interrogentur. clxiiii.
De illis qui soli deo peccata sua confitenda esse affirmant. cxlv.
De illis qui accipiunt pœnitentiam,& plus desiderant tẽporis constituti expletionem, quàm peccati remissionem. clxvi.
Quòd secundum canonum & pœnitentialium statuta,pœnitentiæ dandæ sint. cxlvii.
Vt nullus iniustas mẽsuras,& pondera iniusta,& à ciuibus non collaudata,lucri causa dare præsumat. cxlviii.
De matre quæ infantem suum iuxta ignem posuerat, & sua negligentia mortuus est. cxlix.
De ordinatis,si ante vel post ordinationem in criminalibus peccatis deprehensi fuerint. cl.
De viris ordinatis quorum occulta peccata sunt. cli.
De illis fœminis quæ menstruosum suum sanguinem, & semen sui viri, & testam hominis combusserint, & hæc omnia viro suo ad potandum dederint. clii.
Vt nullus alius præsumat pœnitentiam dare,vel confessionem audire,nisi episcopus,aut presbyter. cliii.
De eadem re. cliiii.
De temporibus quibus se continere debeant coniugati ab vxoribus. clv.
De fœmina quæ sponte filium suum occiderit. clvi.
De illis qui in dominico die nupserint. clvii.
De illis qui confessa iterant. clviii.
De pœnitentia fidelium vt confessio eorum non publicè fiat,sed priuatim. clix.

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMA-*ciensis Episcopi, de Pœnitentia, Decretorum Liber* XIX.

ARGVMENTVM LIBRI.

Liber hic corrector vocatur, & medicus: quia correctiones corporum, & animarum medicinas plenè continet, & docet vnumquemq; sacerdotem, etiam simplicem, quomodo vnicuique succurrere valeat, ordinato, vel sine ordine, pauperi, diuiti, puero, iuueni, seni, decrepito, sano, infirmo in omni ætate, & in vtroque sexu.

Quo tempore presbyteri plebium, canonica autoritate discordantes ad pacem, & delinquẽtes ad pœnitentiam, compellere debeant. Cap. I.

Ex pœnitentiali Romano.

HEbdomada priori ante initium Quadrageſimæ, presbyteri plebium conuocent ad ſe populum, & diſcordantes canonica autoritate reconcilient, & omnia iurgia tollant, & tunc primùm confitentibus pœnitentiam dent, ita vt antequam caput ieiunij veniat, omnes confeſsi pœnitentiam acceptam habeant, vt liberius dicere poſsint, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.

Quomodo ſacerdotes plebem ſibi commiſſam tempore pœnitudinis admonere, & inſtruere, debeant.

Caput II.

Ex dictis Auguſt.

PResbyteri admonere debent plebem ſibi ſubiectam, vt omnis qui ſe ſentit mortifero peccati vulnere ſauciatum, feria quarta ante Quadrageſimam cum omni feſtinatione recurrat ad viuificatricem matrem Eccleſiam: vbi quod malè commiſit, cum omni humilitate, & contritione

cordis simpliciter confessus, suscipiat remedia pœnitentiæ secundum modum canonicis autoritatibus præfixum. Non solùm autem ille qui mortale aliquid commisit, sed etiam omnis homo quicunque se recognoscit immaculatam Christi tunicam quam in baptismo accepit, peccati macula polluisse, ad proprium sacerdotem festinet venire, & cum puritate nĕtis omnes transgressiones, omnia peccata, quibus Dei offensam se incurisse meminit, humiliter confiteatur: & quicquid ei à sacerdote fuerit iniunctùm, ac si ab ipso omnipotentis Dei ore esset prolatum, ita diligenter intendat, & cautissimè obseruat.

Episcopi, vel presbyteri quando fidelium recipiunt confessiones humiliare se debent, & cum tristitiæ gemitu lachrymisque orare, non solùm pro suis delictis, sed etiam pro fratris casu. Ait enim Apostolus: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Cùm ergo venerit aliquis ad sacerdotē confiteri peccata sua, mādet ei sacerdos, vt expectet modicum donec intret Ecclesiā, aut in cubiculū suum ad orationem. Si autem locus non est aptus ad hoc, in corde suo dicat hanc orationem.

Oratio sacerdotis dicenda ad pœnitentiam venientibus. Cap. III.

DOmine Deus omnipotens propitius esto mihi peccatori, vt condignè tibi possim gratias agere, qui me indignum propter tuam misericordiam ministrum fecisti officii sacerdotalis, & me exiguum humilemque mediatorem constituisti ad orandum, & ad intercedendum ad dominum nostrum Iesum Christum filium tuum pro peccatis, & ad pœnitentiam reuertentibus. Ideoque dominator domine, qui omnes homines vis saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, qui non vis mortem peccatorum, sed vt conuertantur, & viuant, suscipe orationem meam quam fundo ante conspectu clementiæ tuæ, pro famulis & famulabus tuis, qui ad pœnitentiam venerunt, vt des illis spiritum compunctionis, vt resipiscant à diaboli laqueis, à quibus astricti, tenentur & ad te per condignā satisfactionem reuertantur, Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c.

De confessione, & pœnitentia, & reconciliatione, & interrogatione illorũ qui peccata sua confiteri desiderant, & ordo ad pœnitentiam eis dandam. Cap. IIII.

Tunc sacerdos blandè leniterq; interroget eum primo de fide qualiter crededat, & dicat:

Ex pœnitentiali Romano.

CRedis in Deum patrem, & filium, & spiritum sanctum? Respon. Credo. Credis quòd istæ tres personæ vnus Deus sit? Respon. Credo. Credis quòd in ipsa ista carne in qua nunc es, resurgere habes in die iudicij, & recipere siue bonum siue malum quod gessisti? Respon. Credo. Vis dimittere illis peccata qui in te peccauerunt, domino dicente: Si nõ remiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester vobis dimittet peccata vestra? Respon. Volo. Et requirere ab eo diligenter si est incestuosus, aut suo seniori infidelis, & si non vult incestum dimittere, non potes ei dare pœnitentiam: si autem vult, potes. His premissis pœnitentem alloqui affectuosè debet sacerdos his verbis: Frater noli erubescere peccata tua confiteri, nam & ego peccator sum, & fortasis peiora quàm tu fecerim habeo facta. Hæc idcirco admoneo, quia vsitatum humani generis vitium est, vt beatus Gregorius dicit, & labenda peccatum committere, & commissum non confitendo prodere, sed negando defendere, atque conuictum defendendo multiplicare. Et qui diabolo instigante nefanda crimina perpetrare non metuimus; hæc eadem quæ opere absque vlla verecundia perfecimus, eodem suadente saltem verbis erubescimus confiteri, & coram homine qui similis nostri est, eisdemque fortasse passionibus subiacet, confundimur dicere, quod coram Deo, qui omnia inspicit, absque vllo mortis rubore committere non formidauimus, detestatione detestanda. Sponte ergo fateamur, quod nullo cogente commisimus. Si vero nos nostra scelera celauerimus, ab illo manifestabuntur, qui & accusator est peccati & incentor. Ipse enim hic nos vt peccemus instigat, ipse cum peccauerimus accusat. si ergo in hac vita præueniamus eum, & ipsi nostri sceleris accusatores sumus, nequitias diaboli inimici nostri, & accusatoris effugiem⁹. Paulo teste, qui ait: Si nosmetipsos iudicaremus, nõ vtique diiudicaremur.

Videns autem eum sacerdos verecundantem, rursum prosequatur: Fortasis charissime non omnia quæ gessisti ad memoriam modo veniunt. Ego te interrogabo, tu caue ne diabolo suadente, aliquid celare præsumas. Et tunc eum ita per ordinem interroget

Caput V.

FEcisti homicidiũ voluntariè sine necessitate non in hoste, sed per tuam cupiditatem vt sua sibi tolleres, & sic eum interfecisti? Si fecisti, XL. dies continuos, quod vulgus carinam vocat, ita vt consuedo est in pane & aqua debes ieiunare: & septem annos sequentes sic obserues.

PRimum annũ post illos, XL. dies, totũ à vino, medone, sagimine, & à caseo, & ab omni pingui pisce abstinere debes: nisi in illis festis diebus, qui in illo episcopio à cuncto populo celebrantur. Et si sis in magno itinere in regio hoste, vel in regali curte, vel in aliqua infirmitate detentus sis, tunc liceat tibi vno denario, vel precio vnius denarij, aut tres pauperes pascẽdo, tertiam feriam, quintam feriam, sabbatum redimere: ita tamen vt vna re de illis tribus supradictis vtaris. i. aut vinum bibas, aut medonẽ aut mellitã ceruisiam. Postquam domum veneris, aut sanitati fueris restitutus, nullã licentiã habeas redimendi. Cõpleto anni circulo Ecclesiã introducaris, & pacis osculũ tibi concedatur.

IN secundo anno, & tertio, similiter ieiunes, nisi quòd tertiam feriam, quintam feriam, & sabbatum, potestatem habeas redimendi, præ nominato precio vbicunque es. Cætera omnia diligenter obserues, vt in primo.

PEr singulos quatuor annos qui remanent, tres quadragesimas, per legitimas ferias debes ieiunare. Primam ante Pascha cum cæteris Christianis, alteram ante festiuitetem sancti Ioãnis Baptistæ, & si quid remanet, post adimpleas. Tertiã ante Natiuitatẽ dñi, à vino, à medone mellita ceruisia, à carne, sagimine, & à caseo, & à pinguib⁹ piscibus.

ET in quatuor supradictis annis, tertia feria, quinta feria, & sabbato accipias quicquid velis. Secũdam autem feriam, quartam, redimere poteris precio iam supradicto. Sextam feriam semper obserues in pane & aqua. Et his expletis, sacram communionem accipias, ea ratione vt non sis sine pœnitentia quàm diu viuas, sed in omni vita tua omnes sextas ferias in pane & aqua pœniteas, & si

redimere volueris, potestatem habeas redimendi vno de-
nario, vel precio vnius denarij, vel pascas tres pauperes.

ISta secundum misericordiam cōcedimus tibi, non secu-
dum canonum censuram: quia canones sic præcipiunt:
Si quis per industriam & per cupiditatem homicidium fe-
cerit, seculum relinquat, & ingrediatur monasterium mo-
nachorum, & ibi iugiter Deo seruiat.

FEcisti homicidium pro vindicta parentum, XL. dies
quod carinam vocant, pœniteas, cum septem sequenti-
bus annis, quia dominus dicit: Mihi vindictam, & ego
retribuam.

SI fecisti homicidium nolens, ita vt in ira tua aliquem
percutere velles, & non occidere, tamen occidisti, XL.
dies, id est, carinam in pane & aqua pœniteas, & septem
sequentes annos. Sed in primo anno tertiam feriam, quar-
tam feriam, sabbatum redimere poteris, singulas singulis
denariis, vel precio vnius denarij, vel tres pauperes pascen-
do, Reliquos autem sex annos ita obserua, sicut de homici-
diis sponte commissis constitutum est.

FEcisti homicidium in bello iussu legitimi principis, qui
pro pace hoc fieri iusserat, & interfecisti tyrannum qui
pacem peruertere studuit, tresquadragesimas per legitimas
ferias pœniteas. Si autem aliter fuerit, id est, sine iussu le-
gitimi principis, vt homicidium sponte commissum pœni-
teas, id est, carinam vnam cum septem sequentibus annis.

OCcidisti tu liber seruū senioris tui, qui nihil in te pec-
cauit, sed iussu senioris tui, XL. dies, id est, carinam
in pane & aqua cum septem sequentibus annis pœniteas, &
senior tuus similiter, nisi seruus sit fur, aut latro, & pro pace
aliorum fieri præcipiat.

SI autem tu seruus, conseruum tuum iussu domini tui oc-
cidisti, dominus tuus quadraginta dies, id est, carinam
in pane & aqua cum septem sequentibus annis pœnitere
debet, & tu tres quadragesimas, per legitimas ferias, excep-
pto, nisi pro pace communi fieret.

COnsiliatus es homicidium & non fecisti, & occisus est
homo propter illud consilium, XL. dies, id est, carinam
in pane & aqua, cum septem sequentibus annis pœniteas.

EXplorasti, vel speculatus es aliquem hominem, & ei
tradidisti illum in manus inimicorum suorum & oc-

sus est, XL.dies,id est,carinã in pane & aqua pœniteas, & septem sequentes annos,ita obserues,vt consuetudo est.

FVisti cum aliis,qui pugnauerunt contra aliquẽ, aut in domo propria,aut in alteri⁹ domo,aut in aliquo loco, vbi se defendere sperauerat,& lapidem in eum proiecisti, aut sagittam,aut spiculum aliquod aduersus eũ misisti, & occidere voluisti.& non est à te percussus,nec vulneratus, tamen ab aliis cum quibus eum impugnabas, occisus est, XL. dies,id est, carinam in pane & aqua pœniteas,& septem sequentes annos ita obserues,vt consuetudo est.

FEcisti parricidium,id est,interfecisti patrem,matrem, fratrem,sororem,patruum,auunculũ, materterã, amitam,vel aliquod tale fecisti,si casu nõ spontè, neque in ira tua percutere voluisti,sed casu euenit,vt homicidiũ spontè commissum pœnitere debes. Si autem ex industria,& in ira tua fecisti,istud obseruare debes,vt per vnius anni circulum ante fores basilicæ orans domini clementiam perseueres. Cõpleto anni circulo, introducaris in Ecclesiam. Tamẽ in angulo Ecclesiæ,vsque dum vnius anni spacium finiatur,stes.His ita peractis,si pœnitẽtiæ fructus in te cõspicitur,corporis & sanguinis domini particeps fias,vt nõ obdureris desperatione.Carnem non manduces omnibus diebus vitæ tuæ Ieiunes autem vsque ad nonam quotidie, exceptis festis diebus atque dominicis. Abstineas autem te à vino,medone,mellita ceruisia tres dies per hebdomadam. Arma portare non audeas, nisi contra paganos. Et vbicunque ire volueris,nullo vehiculo deducaris,sed pedibus propriis pergas.Ab vxore,si habeas,non separeris:si autem non habueris aliam non ducas.Tempus autem huius pœnitentiæ,in episcopi tui sit arbitrio,vt secundũ cõuersationem tuam,aut extendere,vel minuere,valeat.

FEcisti homicidium casu,ita vt nullum occidere velles, vel ferire voluisses in ira tua,siue virga seu ferro, siue aliquo genere flagelli,sed tu simpliciter ibas, aut in syluã venatũ,& feram sagittare voluisti, & sic improuisè,te nolente & nescient,hominem pro fera occidisti.

AVT si iocatus fuisti cum aliquibus aliquem ludũ, & aliquam rem,siue auiculam,siue quoddam aliud animal,vel in ludo aliquid sagitta,vel baculo,vel lapide percutere voluisti,& sic aut fratrem, aut filium tuum,aut ali-

quem hominem interfeciſti.

AVT ſi ſtabas in loco publico, ſiue in curticula tui, ſiue in loco alio, & petram propter iocum proiiciebas in illum locum, vbi nullum vidiſti, & nulli inſidiatus es, & tamen occidiſti aliquem.

AVT ſi aliquis te coëgerat, vt ſecum luderes, & tu fortior fuiſti, eũ ſubtus te ſtrauiſti, aut ipſe te, & ſi à tuo, vel à ſuo cultello vulneratus, mortuus eſt.

AVT ſi tu operi neceſſario, dum inſtabas, ſecuris fugerat de manu tua, aut ferrum lapſum eſt de manubrio, & ſocium, & amicũ tuum percuſſerat, & occiſus eſt: ſi iſta feciſti, aut alia horum ſimilia, & nullam malam volũtatem aduerſus ſupradictas perſonas, vel iſtorum ſimiles habuiſti, quadraginta dies, quod vulgus carinã vocat, ita vt conſuetudo eſt, ieiunes: & quinque ſequẽtes annos pœniteas. Abſtinentia autem ciborum in iſtis quinque annis miſericorditer tribuatur, ita vt in primo anno illas tres ferias, tertiam, quintam, ſabbatum redimere poſſis vno denario, vel precio vnius denarii: vel tres pauperes paſcendo. Et in alio anno omnes ferias, excepto, ſexta feria, quam ſemper in pane & aqua ieiunare debes, poteſtatẽ habeas redimẽdi prætaxato precio. Et ſic reliquos annos obſeruare debes.

SI autem cum fratre tuo, vel cum ſocio ibas in ſyluam ad ſuccidenda ligna, & appropinquante caſura vnius arboris tu dicebas fratri, vel ſocio vt fugeret, & ille fugiẽs ſub arbore oppreſſus eſt, innocens eris à morte ipſius.

SI autem ex incuria tua, vel negligentia, dum ille iuxta te aliam arborem inciderer, tu non prænunciaſti eum in tempore, vt præuideret caſuram arboris, & ſic ex tua incuria oppreſſus eſt, & mortuus: tunc debes pœnitere, vt homicida, ſed tamen multo leuius, quàm illud quod ex induſtria factum eſt.

OCcidiſti ſeniorem tuum, vel in cõſilio fuiſti, vt occideretur, vel vxorem tuam partem corporis tui: duo conſilia proponimus tibi, elige horũ duorũ quod tibi clarius ſit. Iſtud vnũ eſt: Relinque iſtud fragile ſeculũ, & ingredere monaſteriũ, & humiliare ſub manu abbatis: & cuncta quæ tibi ab eo fuerint imperata, ſimplici animo obſerua.

SEcundum autem conſilium tale eſt: Arma depone, & cuncta ſecularia negocia dimitte, carnem & ſagi-

omnibus diebus vitæ tuæ non comedas, excepto vno die Resurrectionis domini,& vno die Pentecostes,& vno die Natalis domini.Cæteris tẽporibus in pane & aqua, & interdum leguminibus & holeribus pœniteas.In ieiuniis,in vigiliis,& orationibus,& eleemosynis perseuera omni tẽpore.Vinum,& medonem,& mellitam ceruisiam,nunquã bibas,nisi in illis prædictis tribus diebus. Vxorẽ ne ducas, Concubinam non habeas, Adulterium non facias, Absque spe coniugii in perpetuo maneas. Nunquã te laues in balneo,Equum non ascendas,Causam tuam,& alterius in cõuentu fidelium non agas.In conuiuiis lætantium nũquam sedeas.In Ecclesia segregatus ab aliis Christianis post ostium humiliter stes. Ingredientium, & egredientium orationibus suppliciter te commendes.Communione sacri corporis & sanguinis domini cunctis diebus vitæ tuæ indignum te existimes. In vltimo autem termino vitæ tuæ, pro viatico,si obseruaueris consilium, vt accipias,tibi cõcedimus.

OCcidisti,aut in consilio fuisti,vt occideretur pœnitens,qui publicè pœniteret,& in ipso vestitu,vel habitu esset,quo solent illi esse,qui carinam ieiunant, si fecisti idipsum debes ieiunare quod ipse inceperat, & hoc totum obseruare quod retrò præceptum est de his,qui homicidia spontè,& per cupiditatem commiserunt.

FEcisti truncationem manuum, aut pedum, aut oculos fratris tui eruisti,aut vulnerasti aliquem:pro truncatione:quia proximum & fratrem tuum debilem,& sibi inutilem fecisti,nisi pro furto,aut pro latrocinio,siue pro pace communi feciſſes,vnũ annum grauiter pœnitere debes. Pro vulnere autem,si graue est,& cicatrices deformes habuerit,eo quod proximum tuum, & fratrem deformẽ reddideris,quadraginta dies in pane &laqua pœnitere debes.

INterfecisti furem,aut latronem,vbi comprehendi poterat,absque occasione,& tamen interfecisti: quia ad imaginẽ Dei creatus,& in nomine eius baptizatus,& sanguine eius redemptus est,XL.dies, non intres in Ecclesiã, lanea veste indutus, ab escis & potib⁹, qui interdicti sunt, & à thoro,à gladio & ab equitatu illos supradictos dies te abstineas.In tertia autẽ feria,& in quinta,& in sabbato aliquo genere leguminũ, vel holeribus,& pomis, vel paruis

piſciculis cum mediocri ceruiſia vtere,& tẽperatè. Si autem ſine odii meditatione,te tuaq; liberando,diaboli mẽbrum interfeciſti, ſecundum indulgentiam dico, propter imaginem Dei, ſi aliquid ieiunare volueris,bonum eſt tibi & eleemoſynas largiter fac. Si presbyter eadẽ fecerit, ab deponatur:tamen quandiu viuat,pœnitentiam agat.

ACcuſaſti aliquem,& per tuam accuſationẽ occiſus eſt, niſi pro pace,quadraginta dies in pane & aqua, quod carinam vocant,cum ſeptem ſequentibus annis pœnitere debes.Si autem per tuã delaturã debilitatus eſt, tres quadrageſimas per legitimas ferias pœnitere debes.

CEpiſti aliquem,& tradidiſti eum in talem locum, vt aut occiſus eſt,aut membra eius trũcata,ſimiliter ieiunare debes,quanuis dicas,quòd nõ ea ratione eum illuc traderes,vt vel debilitaretur,vel occideretur.

OCcidiſti tu ipſe,aut aliquis per tuum conſilium aliquem ex eccleſiaſticis viris Deo dicatis, aut Pſalmiſtam,aut oſtiarium,aut lectorem, aut exorciſtam aut acoliytum,aut ſubdiaconum,aut diaconum,aut presbyterũ, feciſti ſingulos ordines,ſingulos gradus, ſingulariter penitere debes. Ita faciendum eſt tibi, vt pro Pſalmiſta, X. dies in pane & aqua,quod Teuthonice carina vocatur, ſeptem ſequẽtibus annis pœniteas. Pro oſtiario ſimiliter. Pro lectore ſimiliter, Pro exorciſta ſimiliter, Pro acoly ſimiliter,Pro ſubdiacono ſimiliter,Pro diacono ſimiliter, pro presbytero ſimiliter : quia omnis presbyter octo ordines habet. Quapropter,omnis qui interfecerit voluntarie presbyterũ,ita debet pœnitere,vt octo homicidia ſpõte cõmiſſa,& nunquã debet eſſe ſine pœnitentia. Tamen ſecundum Vvormacienſe conſilium,ita debes pœnitere, ſi ſacerdotem voluntariè occideris,carnẽ non manducet vinum non bibas cunctis diebus vitæ tuæ. Ieiunes quotidie vſque ad veſperam,exceptis diebus feſtis,atque dominicis,arma non feras,equum non aſcendas, Eccleſiam per quinquenniũ nõ ingrediaris,ſed ante fores Eccleſiæ ſtes. Poſt quinquennium Eccleſiam ingredere, nondum vero communices,ſed in angulo Eccleſiæ ſtes vel ſedeas. Quod autem fuerit duodecimi anni circulus finitus, communicandi tibi licentia concedatur, & equitandi tribuatur tibi miſſio.Maneas autẽ in reliquis obſeruationibus tres de

per hebdomadam, vt perfectius purificari merearis.

De periurio.

FEcisti periurium pro cupiditate, XL. dies in pane, & aqua, quod vulgus carinam vocat, & septem sequẽtes annos ita obserues, vt consuetudo est. Et quandiu viuas omnes sextas ferias in pane & aqua ieiunes. Et si redimere volueris, vno denario, vel precio vni⁹ denarii, vel tres pauperes pascendo, potestatem habeas redimendi. Tamẽ pœnitentialis Romanus præcipit: Si quis per cupiditatem se peieraverit, omnes res suas vendat, & pauperib⁹ distribuat, & monasterium ingressus, iugi pœnitentia se subdat.

FEcisti periurium sciẽs, & alios in periurium adduxisti, XL. dies in pane & aqua, quod vulgus carinã vocat, pœnitere debes, & septem sequentes annos, ita vt cõsuetudo est, obseruare debes. Et tot periuria debes ieiunare, quot homines sciens, ad periurium adduxisti, & ipsi sua periuria emendent, vt supra notatum est, si scientes fecerunt. Sin autem, leuius.

FEcisti periurium coactus, & pro necessitate, aut pro vita tua: quia dilexisti corpus plus quàm animã, quadraginta dies, id est, carinã, in pane, & aqua pœnitere debes, & omnes sextas ferias, quæ sunt in vnius anni circulo, in pane & aqua pœniteas, & non redimas.

De ocioso iuramento.

PRomisisti meretrici, vel adulterę iuramento fidem, aut aliquid tale cum iuramento promisisti, quod cõtra ius canonum esset, pœniteas iuramentum, & frange iusiurandum, & illud melius, & iusti⁹ est, quàm permanere in stupri flagitio, aut in alio aliquo malo: quia scriptum est, Iniusta vota frangenda sunt.

SI iurasti per capillũ Deî, aut per caput eius, vel alio modo blasphemia contra Deum vsus fueras, si semel nesciens, feci sti, septem dies in pane & aqua pœniteas. Si secundò, vel tertiò increpatus feci sti, XV. dies in pane & aqua pœniteas. Si per cœlum, aut per terram, siue per Solem, vel per Lunam, aut per aliam aliquam creaturã. XV. dies in pane & aqua pœniteas.

SI sacramento te obligasti, vt ad pacem alicuius inimici tui nullo modo redires, pro periurio annũ vnum à cor-

pore & sanguine domini sis segregatus,& XL.dies in pane & aqua pœniteas,ad charitatem verò,quæ operit multitudinem peccatorum,celeriter redi.

SI definisti,vel iuramento te obfirmasti aliquid agere, quod Deo non placeret,iuxta modũ peccati pœnitentiam age,& hoc quod temerè & iniustè definisti,in irrit reuocetur. Si aliquid te incautè iurasse contigerat, quod obseruatum peiorem verteretur in exitum, iuxta synodelia decreta mutandum decernimus, quàm te permanere in iuramento,in aliud crimen maius deuertaris.

De furto.

FVratus es aliquid de ecclesiastico thesauro infra Ecclesiam,siue aurum,siue argentum,siue gemmas,siue libros,siue pallia altaris,siue sacerdotalia vestimenta,siue vela,siue tapetia, siue aliquid quod ad Ecclesiæ vsum, datum est,vel factũ est:si fecisti , redde quod tulisti,& tres carinas,cum septem sequentibus annis pœniteas. Si ipsas sacras reliquias furatus es,reportatis sacris,septem carinas ieiunare debes.

SI infregisti alicuius Christiani domum per noctem, & ibi tulisti eius quadrupedia,id est,aut equum, aut bouem,aut alia eius animalia, aut fortiorem causam valentem quadraginta solidos,precium redde, & annum vnum per legitimas ferias pœnitere debes.Si autem non reddis, duos annos per legitimas ferias pœnitere debes. Si multum furtum fecisti,magis debes pœnitere. Et si sæpe fecisti,ipsò magis debes augere pœnitentiam. Si paruum furtum fecisti , decem dies in pane & aqua debes pœnitere: post quinque dies in pane & aqua pœniteant.

De rapina.

SI rapinam fecisti,grauius debes pœnitere: quia miserabilius est,quod per vim se vidente rapuisti,quàm quod sibi dormiente,vel absente furatus es. Si fecisti furtũ necessitatis causa, sic dico, vt non haberes vnde viueres, & propter famis penuriã,& tantùm furatus es victualia extra Ecclesiam,& non propter consuetudinem fecisti,pœnitede quod tulisti,& tres sextas ferias in pane & aqua pœniteas.Si autem reddere non poteris,decem dies in pane & aqua pœniteas.

De *adulterio*.

MOechatus es cum vxore alterius tu non habens vxorẽ, XL. dies in pane & aqua, quod in cõmuni sermone carina vocatur, cum septẽ sequẽtibus annis pœniteas.

SI mœchatus es tu vxoratus cum alterius vxore, quia habuisti quomodo impleres tuam libidinẽ, duas carinas, cum quatuordecim sequentibus annis pœnitere debes, vnã quia super vxorem tuam alteram habuisti, ecce vnũ adulterium: habuisti etiam alterius vxorem, ecce aliud adulterium, & nunquam debes esse sine pœnitentia.

De *fornicatione*.

SI tu solutus ab vxore cum fœmina vacãte stuprum perpetrasti, decem dies in pane & aqua pœniteas, si cum propria ancilla, similiter pœniteas.

SI dimisisti vxorem tuam, & aliam duxisti, accipe priorem vxorem, & carinam vnam in pane & aqua cum septem sequentibus annis pœniteas, quia scriptum est: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Nulli licet vxorem suã dimittere, nisi causa fornicationis, id est, si ipsa adulterium cum alio perpetrauerit, tunc licet illam dimittere propter fornicationem, sed illa viuente aliam non ducere. Sed si sic priuati voluerint permanere, vt neuter illorum se super alterum de discidio pro clamauerit, mrneant sic. Si autem se de discidiõ proclamauerint, tunc primùm episcopus peracta inter eos pœnitentia, id est, post septennem pœnitentiam, si petierint, debet eos reconciliare. Eadem lex erit marito aduersus vxorem, si ipse adulterium perpetrauerit, & si ipsa voluerit, propter fornicationem potest maritum dimittere, eadẽ ratione qua supra de vxore adulterium perpetrante dictum est.

ACcepisti vxorem, & non fecisti nuptias publicè, & non veniſti ad Ecclesiam tu & vxor tua, & non accepistis benedictionem à sacerdote, sicut in canonibus scriptum est, & non dotasti eam dote qualicunque potuisti, siue terra, siue mobilibus rebus, auro, argento, vel mancipiis, vel animalibus, vel iuxta posibilitatem tuam: postremò, vel denario, vel precio vnius denarij, vel precio vnius oboli, tantùm vt dotata fieret, si non fecisti, tres Quadragesimas per legitimas ferias pœnitere debes.

FEcisti fornicationē cum sanctimoniali, id est, cū sponsa Christi? Si fecisti, XL. dies in pane & aqua, quod carinā vocant, cum septem sequētibus annis pœniteas, & quidiu viuas, omnes sextas ferias in pane & aqua obserues.

SI corrupisti virginem, & posteà eandem suscepisti vxorem, eo quod solas nuptias, quod maximum est, violasti, annum vnum per legitimas ferias pœniteas. Si autem non duxisti eam post corruptionem vxorem, duos annos per legitimas ferias pœniteas.

ACcepisti illam tibi vxorem, quam alter sibi desponsatam habuerat, dimitte illam, quia nunquam potest tibi fieri legitima, & XL. dies in pane & aqua, quod carinam vocant, cum VII. sequentibus annis pœniteas.

RApuisti vxorem tuam, & vi sine voluntate mulieris, vel parentum in quorum mundiburdio tenebatur illam adduxisti? Si fecisti nec illam habere debes secundum canonum auctoritatem, nec aliam vnquam canones tibi habere concedunt. Si autem illa consentiens non fuerat, in domino licentiam habeat nubendi. Tu autem XL. dies, id est, carinam, in pane & aqua pœniteas, & VII. sequentes annos: & quia legitima coniugia dei precepto sunt ordinata, & quia ex duobus corporibus vnum ex dei iussu conficitur, & quia non debet fieri legitimū coniugium nisi ex consensu amborum & parentum, tu qui sanctum illud constitutum turbasti, & violasti, sine spe coniugij permaneas.

COntigit tibi vt vxor tua te conscio, & hortante cum alio viro, illa autem nolente adulterium perpetraret? Si fecisti XL. dies, id est, carinam, in pane & aqua pœniteas & septem annos, vnum ex his in pane & aqua pœniteas, & nunquam sis sine pœnitentia. Si autem vxor tua hoc probare potuerit, quod tua culpa, & tuo instigante renuente & reluctante adulterata sit, si se continere non potest, nubat cui voluerit tantùm in domino. Tu autem sine vxoria spe in perpetuo permaneas. Illa autem si consentiens fuerat, eadem ieiunet quæ tibi proposita sunt, & sine spe coniugij permaneat.

ACcepisti vxorem cognatam tuam, vel quam cognatus habuit, separari debes ab ea, & pœnitere iuxta modū cognationis: Quia sancti patres, & sancta illorum statuta, incestis coniunctionibus nil prorsus venię reseruant

neque numerum generationum definiunt. Sed id statuerunt, vt nulli Christiano liceat de propria consanguinitate seu cognatione vxorem accipere, vsque dum generatio recordaretur, cognosceretur, aut memoria retineretur. Quia sanctus Gregorius dicit: Si quis de propria cognatione, vel quam cognatus habuit in coniugium duxerit, anathema sit. Qua propter scire debes, quia nõ est ita vt multi sacerdotes multos seducunt, dicentes quòd in ipso peccato pœnitentia esse possit. Verbi gratia, si tu modo haberes cognatam tuam, vel vxorem alterius, vel aliquid tale quod licitum non esset, & velles in eo peccato permanere, & tamen in pœnitẽtia esse: verbi gratia, si hodie quadraginta dies in pane & aqua pro vno quolibet peccato peractos haberes in pœnitẽtia, & iterares prius peccatum, nihil valeret pœnitentia quam fecisti, iuxta id quod dicitur: Sicut canis qui redit ad vomitum suum, & sues ad volutabra sua, ita erit & peccatori, qui redit ad peccatũ prius confessum. Qua propter scias verè, dũ in ipso peccato fueris, pœnitentia eiusdem peccati nihil valet.

De abusione coniugij.

COncubuisti cum vxore tua, vel cum alia aliqua retrò canino more, si fecisti decem dies in pane & aqua pœniteas.

IVnxisti te vxori tuæ menstruo tempore, si fecisti decem dies in pane & aqua pœniteas. Mulier tua si intrauerit Ecclesiam ante mundum sanguinem post partum, tot dies pœniteat, quot Ecclesia carere debuerat. Si autẽ cõcubuisti cũ ea his diebus, viginti dies in pane & aqua pœniteas.

COncubuIsti cum vxore tua postquam infans motum in vtero fecerat, vel saltem XL. dies ante partum? Si fecisti, XX. dies in pane & aqua pœniteas.

COncubuIsti cum vxore tua post manifestatam conceptionem, decem dies in pane & aqua pœniteas.

COncubuIsti cũ vxore tua die dominica, quatuor dies in pane & aqua pœnitere debes.

COinquinatus es cũ vxore tua in Quadragesima, XL. dies in pane & aqua pœnitere debes, aut XXVI. solidos in eleemosynam dare. Si per ebrietatem euenit, XX. dies in pane & aqua pœniteas. Viginti dies ante Natalem domini, & omnes dies dominicos, & in omnibus legitimis

ieiuniis, & in nataliciis apostolorum, & in præcipuis festis & in publicis, castitatem debes custodire. Si autem non custodisti, XL. dies in pane & aqua pœniteas.

De falso testimonio.

FVisti in falso testimonio, ita dico, vt testimoniares & affirmares hoc verum esse quod falsum erat, & hoc feciſti propter amorem alicuius, siue per præmium, siue propter timorem: si feciſti, ita debes pœnitere sicut adulterium, & homicidia sponte cõmissa, domino dicẽte: De corde enim exeunt homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia. Et ideo debet similiter pœnitere, & excommunicari falsus testis, sicut adulter, & fur, & homicida. Si propter timorem feciſti illius, à quo timere potuisti, & membra perdere, aut vitam, & ad vltimum bona tua, tunc diuide pœnitentiam, & posteà præuide ne tibi vlterius contingat.

De arte magica.

VIolasti sepulchrũ, ita dico, dũ aliquẽ videres sepelire, & in nocte infringeres sepulchrũ & tolleres vestimẽta ei⁹? Si feciſti, II. annos per legitimas ferias pœniteas.

COnsuluisti magos, & in domum tuam induxisti exquirendi aliquid arte malefica aut expiandi causa, vel paganorum consuetudinem sequens, diuinos qui tibi diuinarent, vt futura ab eis requireres quasi à propheta, & illos qui sortes exercent, vel qui per sortes sperãt se futura præscire, vel illos qui vel auguriis, vel incantationibus inseruiunt ad te inuitasti? Si feciſti, duos annos per legitimas ferias pœniteas.

SI obseruasti traditiones paganorum, quas quasi hæreditario iure diabolo subministrante, vsque in hos dies semper patres filiis reliquerunt, id est, vt elementa colleres. id est, lunam aut solem, aut stellarum cursum, nouam lunam, aut defectum lunæ, vt tuis clamoribus aut auxiliis splendorem eius restaurare valeres, aut illa elementa tibi succurrere, aut tu illis posses, aut nouam lunam obseruasti pro domo facienda, aut coniugiis sociandis? Si feciſti, duos annos per legitimas ferias pœniteas, quia scriptũ est: Omne quodcunque facitis in verbo, & in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite.

OBseruasti Calendas Ianuarias ritu paganorũ, vt vel aliquid plus faceres propter nouum annum quã antea,

vel post soleres facere, ita dico, vt aut mensam tuam, cũ lapidibus, vel epulis in domo tua pręparares eo tempore, aut per vicos, & per plateas cantores & choros duceres, aut supra tectum domus tuæ sederes, ense tuo circunsignatus, vt ibi videres & intelligeres, quid tibi in sequẽti anno futurũ esset: vel in biuio sedisti supra taurinam cutem, vt & ibi futura tibi intelligeres, vel si panes prædicta nocte coquere fecisti tuo nomine, vt si bene eleuarentur, & spissi & alti fierent, inde prosperitatem tuæ vitæ eo anno præuideres: ideo quia Deum creatorem tuum dereliquisti & ad idola, & ad illa vana te conuertisti, & apostata effectus es, duos annos per legitimas ferias pœniteas.

FEcisti ligaturas, & incãtationes, & illas varias fascinationes, quas nefarij homines subulci, vel bubulci, & interdum venatores faciunt, dum dicunt diabolica carmina super panem, aut super herbas, & super quędam nefaria ligamenta, & hæc aut in arbore abscõdunt, aut in biuio, aut in triuio proiiciunt, vt aut sua animalia vel canes liberent à peste & à clade, & alterius perdant? Si fecisti, duos annos per legitimas ferias pœniteas.

INterfuisti, aut cõsensisti vanitatib⁹ quas mulieres exercent in suis lanificiis, in suis telis, quæ cùm ordiuntur telas suas, sperant se vtrumque posse facere, cum incantationibus & cum aggressu illarum, vt & fila staminis, & subtegminis in inuicem ita commisceantur, nisi his iterum aliis diaboli incantationibus econtra subueniant, totum pereat? Si interfuisti, aut consensisti, triginta dies pœniteas in pane & aqua.

COllegisti herbas medicinales, cum aliis incantationibus cum symbolo, & dominica oratione, id est, cum Credo in Deum, & Pater noster cantando. Si aliter fecisti, decem dies in pane & aqua pœniteas.

VEnisti ad aliquem locum ad orãdum nisi ad Ecclesiã, vel ad alium locum religiosum, quàm episcopus tuus, vel tuus sacerdos tibi ostenderet, id est, vel ad fontes, vel ad lapides, vel ad arbores, vel ad biuia, & ibi aut cãdelam, aut faculam pro veneratione loci incendisti, aut panem aut aliquam oblationem illuc detulisti, aut ibi comedisti, aut aliquam salutẽ corporis aut animæ ibi requisisti? Si fecisti, aut consensisti, tres annos per legitimas ferias pœniteas.

REquisisti sortes in codicibus, vel in tabulis, vt plures solent, qui in Psalteriis, & in Euangeliis, vel in aliis huiusce modi rebus sortiri præsumant? Si fecisti decē dies pœniteas in pane & aqua.

CRedidisti vnquam vel particeps fuisti illius perfidiæ, vt in cantatores & qui se dicunt tempestatū immissores esse, possent per incantationē dæmonū, aut tēpestates cōmouere, aut mentes hominum mutare? Si credidisti, aut particeps fuisti, annū vnū p legitimas ferias pœniteas.

CRedidisti aut particeps fuisti illius incredulitatis, vt aliaqua fœmina sit, quæ per quædam maleficia & incantationes mentes hominum permutare possit, id est, aut de odio in amorem, aut de amore in odium, aut bona hominū fascinationibus suis, aut damnare, aut surripere possit? Si credidisti, aut particeps fuisti, vnum annum per legitimas ferias pœniteas.

CRedidisti vt aliqua fœmina sit, quæ hoc facere possit, quod quædam à diabolo deceptæ, se affirmant necessariò & ex præcepto facere debere, id est, cùm dæmonū turba in similitudinem mulierum transformatam, quam vulgaris stultitia holdam vocat, certis noctibus equitare debere super quasdam bestias, & in eorum se consortio annumeratam esse? Si particeps fuisti illius incredulitatis, annum vnum per legitimas ferias pœnitere debes.

De sacrilegio.

MAledixisti patri, vel matri tuæ, vel flagellasti eos, vel in aliquo dehonestasti? Si fecisti quadraginta dies, vnam carinam in pane & aqua, cum septem sequentibus annis pœniteas, quia dominus dixit: Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur.

TVlisti aliquid de ecclesiastico thesauro? Si fecisti in quadruplum restitue, aut tres annos per legitimas ferias pœniteas.

DVxisti, aut transmisisti, vel vēdidisti aliquem hominem in captiuitatem nisi pro pace communi? Si fecisti, reduc eum si poteris: sin autem, duos annos per legitimas ferias pœniteas.

COncremasti domum, vel aream alterius odij meditatione? Si fecisti, redde damnum, & vnum annum per legitimas ferias pœniteas.

De contemptu ieiunij.

SOluisti ieiunium in Quadragesima, antequam vespertinum celebraretur officium, nisi propter infirmitatem. Si fecisti, pro vnoquoque die tres dies in pane & aqua pœnitere debes: quia canones præcipiunt, quòd in Quadragesima currendum sit ad Missam, & auditis Missarum solennitatibus & vespertinis officiis, largitis eleemosynis, ad cibum accedendum esse. Si autem aliquis necessitate constrictus fuerit vt ad Ecclesiam venire non possit, & missam audire non possit, æstimata vespertina hora, completa oratione, ieiunium soluat.

COntempsisti indictum ieiunium à sancta Ecclesia, & noluisti illud obseruare cum cæteris Christianis? xx. dies in pane & aqua pœniteas.

SOluisti ieiunium quatuor temporum, & non custodisti illud cum cæteris Christianis? XL. dies, in pane & aqua pœniteas.

IEiunasti diem dominicum propter abstinentiam & religionem? XX. dies, in pane & aqua pœniteas.

SI non obseruasti ieiunium litaniæ maioris, & dierum Rogationum, & vigiliarum sanctorum, XX. dies in pane & aqua pœniteas.

COegisti publicè pœnitentem manducare, & bibere vltrà id quod sibi imperatum fuerat, nisi ad præsens pro eo eleemosynam dedisses? Si fecisti, decem dies in pane & aqua pœniteas..

COntempsisti aliquem cùm tu ieiunares, qui ieiunare non poterat & manducabat: Si fecisti, quinque dies in pane & aqua pœniteas.

SOluisti ieiunium in cœna domini, & in sabbato sancto, vt in illis duobus diebus frequentius comederes, quàm in reliquis Quadragesimæ diebus, excepto in cœna, vel infirmitatis causa? Si fecisti, decẽ dies in pane & aqua pœniteas.

De gula & ebrietate.

HAbuisti in consuetudine vt plus comederes & biberes quàm tibi necesse esset? Si fecisti, decem dies in pane & aqua pœniteas, quia dominus dicit in Euangelio: Videte ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate.

BIbisti vnquã tantùm, vt per ebrietatem vomitũ faceres? Si fecisti, quindecim dies pœniteas in pane & aqua.

INebriasti te vnquã per iactãtiam, ita dico, vt gloriareris in hoc quòd alios in potu vincere posses, & sic per tuam vanitatem, & per tuam exhortationem te, & alios ad ebrietatem perduxisti? Si fecisti, triginta dies pœniteas in pane & aqua.

FEcisti vomitum corporis & sanguinis domini propter ebritatem? Si fecisti, quadraginta dies in pane & aqua pœniteas.

SI per nequitiam alium inebriasti, XX. dies in pane & aqua pœniteas. Si per bonam voluntatem, X. dies in pane & aqua pœniteas.

De irreligiositate.

NEglexisti vt non acciperes corpus & sanguinem domini, istis quatuor temporib⁹, id est, in cœna domini, & in Pasca, & in Pentecoste, & in Natali domini, & totam Quadragesimam non te sustinuisti à coitu, & postea in aliis prædictis temporibus aut septem dies, aut quinq; dies ante acceptionem sacri corporis domini? Si ista neglexisti, XX. dies in pane & aqua debes pœnitere.

SPreuisti Missam vel orationem vel oblationem coniugati presbyteri, ita dico, vt nolles tua peccata sibi confiteri, vel ab eo accipere corpus & sanguinem domini, ob hoc quia peccator tibi esse videretur? Si fecisti, vnum annum per legitimas ferias pœniteas.

Item de arte magica.

CRedidisti aut particeps fuisti illius incredulitatis, quòd quædam sceleratæ mulieres retro post Satanam conuersæ, dæmonum illusionibus & phantasmatibus seductæ, credunt & profitentur se nocturnis horis cum Diana paganorum dea, & cum innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multa terrarum spacia intempestæ noctis silentio pertranfire eiusque iussionibus velut dominæ obedire & certis noctibus ad eius seruitium euocari? Sed vtinam hæ solæ in perfidia sua perissent, & nõ multos secum in infirmitatis interitũ pertraxissent. Nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credit, & credendo à recta fide deuiat, & in errore paganorum voluitur, cùm aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum Deum esse arbitratur. Sed diabolus transformat se in diuersarum personarum species atq; similitudines, &

mentem quam captiuã tenet in somnis deludens, modo læta, modo tristia, modo incognitas personas ostendens, per deuia quæque deducit, & cùm solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hæc non in animo, sed in corpore euenire opinatur. Quis enim non in somnis & nocturnis visionibus extra seipsum educitur, & multa videt dormiẽdo, quæ nunquam viderat vigilando? Quis verò tam stultus & hebes sit, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur? Quum Ezechiel propheta visiones dni in spiritu non in corpore vidit, & audiuit, sicut ipse dicit: Statim, inquit, fui in spiritu. Et Paulus non audet se dicere raptum in corpore. Omnibus itaque publicè annunciandũ est, ꝙ qui talia & his similia credit, fidem perdit: & qui fidem rectam in Deo non habet, hic nõ est eius, sed illius in quem credit, id est, diaboli. Nam de domino nostro scriptum est: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Si credidisti has vanitates, duos annos per legitimas ferias pœniteas.

OBseruasti excubias funeris, id est, interfuisti vigiliis cadauerum mortuorum vbi Christianorum corpora ritu paganorum custodiebantur, & cantasti ibi diabolica carmina, & fecisti ibi saltationes quas pagani diabolo docente adinuenerunt, & ibi bibisti, & cachinnis ora dissolusti, & omni pietate & affectu charitatis postposito, quasi de fraterna morte exultare visus es? Si fecisti, XXX. dies in pane & aqua pœniteas.

De superstitione.

FEcisti phylacteria diabolica, vel caracteres diabolicos quos quidam diabolo suadente facere solent, vel herbas, vel succinos, vel quintam feriam in honorem Iouis honorasti? Si fecisti vel consensisti, quadraginta dies in pane & aqua pœniteas.

COnspirasti cum aliis insidiatoribus contra episcopum tuum, aut aduersus cooperatores suos, ita dico, vel doctrinam vel præcepta tui episcopi vel presbyteri irrideres vel subsannares? Si fecisti, quadraginta dies in pane & aqua pœniteas.

COmedisti aliquid de idolotitho, id est, de oblationib°, quæ in quibusdam locis ad sepulchra mortuorũ fiunt, vel ad fontes, aut ad arbores, aut ad lapides, aut ad biuia, aut

portasti in aggerem lapides, aut capitis ligaturas ad cruce, quæ in biuiis ponuntur? Si fecisti, aut consentiens in alicuibus fuisti, triginta dies in pane & aqua pœniteas.

Item de arte magica.

MIsisti filium tuum, vel filiam super tectum, aut super fornacem pro aliqua sanitate, vel incédisti granaria mortuus homo erat, vel cingulum mortui pro damno alicuius in nodos colligasti, vel pectines quibus mulierculæ lanam discerpere solent supra funus complosisti, vel quando efferebatur funus è domo, plaustrum in duo diuidisti, & funus per mediam diuisionem plaustri asportare fecisti? Si fecisti, aut cõsensiens fuisti, xx. dies in pane & aqua pœniteas.

FEcisti illas vanitates aut consensisti quas stultæ mulieres facere solent, dum cadauer mortui hominis adhuc in domo iacet, currunt ad aquam, & adducunt tacitè vas cum aqua, & cùm subleuatur corpus mortui, eandem aquam fundunt subtus feretrum, & hoc obseruant dum extra domum asportatur funus, non altius quàm ad genua eleuetur, & hoc faciunt pro quadam sanitate. Si fecisti, aut consensisti, x. dies in pane & aqua debes pœnitere.

FEcisti aut consensisti, quod quidam faciunt homini occiso cùm sepelitur? Dant ei in manum vnguentũ quoddam, quasi illo vnguento post mortem vulnus sanari possit, & sic cum vnguento sepeliunt. Si fecisti, xx. dies in pane & aqua pœniteas.

FEcisti aliquid vel dixisti in quocunque opere quod inchoasti per sortilegam, vel magicam artem, nisi dei nomen inuocasti? Si fecisti x. dies in pane & aqua debes pœnitere.

FEcisti aliquid tale quale pagani fecerunt, & adhuc faciũt in Calend. Ianuarij, in ceruulo, vel in vegula? Si fecisti triginta dies in pane & aqua pœniteas.

DEtraxisti vel maledixisti alicui causa inuidiæ? Si fecisti, septem dies in pane & aqua debes pœnitere.

FEcisti quod plures faciunt? Scopant locum vbi facere solent ignem in domo sua, & mittunt grana hordei adhuc loco calido, & si esalierint grana periculosum erit, si autem ibi permanserint, bonum erit. Si fecisti, decem dies in pane & aqua pœniteas.

FEcisti quod quidam faciunt, dum visitant aliquem infirmum, cùm appropinquauerint domui, vbi infirmus decumbit, si inuenerint aliquem lapidem iuxta iacentem, reuoluunt lapidem, & requirunt in loco, vbi iacebat lapis, si ibi sit aliquid subtꝰ quod viuat, & si inuenerint ibi lũbricum, aut muscam, aut formicam, aut aliquid quod se moueat, tunc affirmãt ægrotum conualescere. Si autem nihil ibi inuenerint quod se moueat, dicunt esse moriturũ. Si feceris, aut credideris, viginti dies in pane & aqua pœniteas.

FEcisti pueriles arcus paruulos, & puerorum futuralia, & proiecisti, siue in cellarium, siue in horreum tuum, vt satyri, vel pilosi cum eis ibi iocarentur, vt tibi aliorum bona comportarent, & inde ditior fieres? Si fecisti, X. dies in pane & aqua pœniteas.

FEcisti quod quidã faciunt in Calendis Ianuarii, id est, in octaua Natalis domini? Qui ea sancta nocte filant, nent, consuunt, omne opus quodcunque incipere possunt, diabolo instigante propter nouum annum incipiunt? Si fecisti, quadraginta dies in pane & aqua pœniteas.

Item de adulterio.

COncubuisti cum sorore vxoris tuæ? Si fecisti, neutrã habeas. Et si illa quę vxor tua fuit, conscia sceleris nõ fuit, si se cõtinere non vult, nubat in domino cui velit. Tu autem & adultera sine spe coniugii permaneatis, & quandiu viuatis iuxta præcepta sacerdotis, pœnitentiam agite.

SI absente vxore tua in lectum tuum te nescięte, & vxore tua ignorante, intrauit soror vxoris tuæ, & tu putasti eam vxorem tuam esse, & concubuisti cum ea, si fecisti, pœnitentia peracta, legitimũ tuum coniugium habere poteris. Illa autem adultera, digna vindicta debet affligi, & in æternum coniugio priuari.

Item de fornicatione.

FEcisti fornicationem cum duabus sororibus, & soror sororem à te stupratam non intellexerat, & tu posteriorem, sororem prioris esse ignorasti? Si fecisti, septem annos per legitimas ferias debes pœnitere, & post potes vti legitimo coniugio. Et illæ sorores, si dignè pœnituerint, & si se continere non valuerint, nubant in domino.

Si autem non ignorauerunt, vsque ad mortem pœniteat, & se à coniugio abstineant.

FEcisti fornicationē cum aliqua fœmina, & frater tuo te sciente eandē duxit vxorem? Si fecisti, eo quod fratrem tuum crimen cælasti, septem annos per legitimas ferias pœniteas, & post pœnitentiā, tu & frater vxores accipere potestis tantùm in domino. Mulier autem vsque ad mortem pœniteat, & sine spe coniugii permaneat.

FEcisti fornicationē cum filiastra tua? Si fecisti, nec matrem, nec filiam poteris habere, nec tu poteris vxorem accipere, nec illa maritum, sed vsque ad mortem pœnitere debetis. Vxor autem tua, si postquam cognouit quod filia sua adulterium perpetratum habuisti, tecum nō concubuit, nubat in domino, si voluerit.

FEcisti, fornicationem cum nouerca tua? Si fecisti, nec tu, neque ipsa vlterius ad cōiugium peruenire potest. Pater autem tuus, si voluerit, aliam accipere potest.

FEcisti fornicationem cum vxore fratris tui? Si fecisti, pœnitere debetis, tu & ipsa vsque ad mortē, & sine spe coniugii permanere. Frater autem tuus, si vult aliam accipiat.

FEcisti fornicationem cum sponsa filii tui, & postea filius tuus duxit eam vxorem? Si fecisti, eo quod crimen cælasti filium tuum, vsque ad mortem pœniteas, & sine spe coniugii permaneas. Filius autem tuus, eo quod ignorauit peccatum tuum, si vult, aliam accipiat. Illa autē pœnitentia peracta, sine spe coniugii permaneat.

FEcisti fornicationem cum matre tua? Si fecisti, XV. annos per legitimas ferias pœniteas: vnum ex his in pane & aqua, & absque spe coniugii permaneas, & nunquam sine pœnitentia. Mater autem tua, si consentiens nō fuit, iuxta arbitrium sacerdotis pœniteat: & si se continere vult, nubat in domino.

FEcisti fornicationem cum commatre tua? Si fecisti, separari debes ab ea, & quadraginta dies, id est, carinā cum pane & aqua, cum septem sequentibus annis pœnitere.

FEcisti fornicationem cum filiola tua spiritali quam de fonte suscepisti, aut ad manus episcopi tenuisti? Si fecisti, separari debes ab ea, & XL. dies, quod carinā vocant cum septem sequentibus annis pœnitere.

De discidio coniugij.

TEnuisti filium tuum, vel filiam, vel filiastrũ tuum, vel filiastram tuam, ad confirmationem, vel à fonte susceptisti, & ideo hoc feciſti, vt discidium faceres inter te & vxorẽ tuam? Si episcopus aliud consilium inde facere noluerit, tũc separari debes ab vxore tua, & XL. dies quod carinam vocant, in pane & aqua cum septẽ sequentibus annis pœnitere debes, & nunquam debes esse sine pœnitẽtia, & sine spe coniugii debes permanere. Vxor autẽ tua si se continere non potest, nubat in domino.

ACcepisti mulierem, & habuisti eam aliquod tempus, mensem, aut tres, aut postremò annum, & tũc primũ dixisti te esse frigidæ naturæ, ita vt non potuisses coire cũ ea, nec cũ alia aliqua: & si illa, quæ vxor tua esse debuit, eadem affirmat, quæ tu dicis: & si probari potest per rectum iudiciũ, ita esse, vt dicitis, separari potestis, tamẽ ea ratione, vt si tu post aliam acceperis, reus periurii diiudiceris, & iterum post peractam pœnitentiam, priora cõnubia renouare debetis. Illa autem si prior post annum, aut dimidium ad episcopum, aut ad eius missum se proclamauerit, & dicit, quòd non cognouisses eam, & negat aliquã commixtionem inter vos esse: tu autẽ affirmas quòd vxor tua sit, tibi credendum est, eo quod caput mulieris es: quia si se proclamare voluerat, cur tãdiu tacuit? Citò & in paruo tempore scire mulier potuit, si secum coire potuisses. Si autẽ se statim in ipsa nouitate post mensem, aut postremum post duos, se ad episcopum, vel ad eius missum proclamauerit, dicens: Volo mater esse, volo filios procreare, & ideo maritum accepi: sed quia vir quem accepi frigidæ naturæ est, non potest ea facere propter que eum accepi: si probari potest per rectum iudicium, separari potestis, & illa nubat in domino, si vult,

Item de fornicatione.

FEciſti fornicationem cum sorore tua? Si feciſti, X. annos per legitimas ferias. vnum ex his in pane & aqua pœniteas, & quandiu viuas, pœnitentiam agas, & sis sine spe coniugii. Soror autem tua, si consentiens non fuit, pœnitentia peracta, si se continere non potest, nubat in dño

FEcisti fornicationem cum amita, vel matertera tua, vel cum vxore patrui, vel auunculi tui? Si fecisti, decē annos per legitimas ferias pœnitere debes, vnum ex his in pane & aqua, & quandiu viuas, sine pœnitentia non sis, & sine spe vxoria permanere debes, nisi episcopus aliquam misericordiam tibi concedere voluerit.

FEcisti fornicationem, sicut Sodomitæ fecerunt, ita vt in masculi terga, & in posteriora virgam tuā immittere, & sic secum coires more Sodomitico: si vxorem habuisti, & semel, vel bis fecisti, X. annos per legitimas ferias pœnitere debes, vnum ex his in pane & aqua. Si in consuetudine habuisti, XII annos per legitimas ferias pœnitere debes. Si cum fratre tuo carnali idem scelus perpetrasti, XV. annos per legitimas ferias pœnitere debes.

SI cum masculo intra coxas, vt quidam solent, fornicationem fecisti, ita dico, vt tuum virile membrum intra coxas alterius miteres, & sic agitando semen effunderes. Si fecisti, XL. dies in pane & aqua pœniteas.

FEcisti fornicationem, vt quidā facere solent, ita dico, vt tu in manum tuam veretrum alterius acciperes, & alter tuum in suam, & sic alternatim veretra manibus vestris cō moueretis, vt sic per illam delectationem semen à te proiiceres? Si fecisti, triginta dies in pane & aqua pœniteas.

FEcisti solus tecum fornicationem, vt quidam facere solent, ita dico, vt ipse tuum virile membrum in manum tuam acciperes: & sic duceres præputium tuum, & manu propria commoueres, vt sic per delectationem semen à te proiiceres? Si fecisti, X. dies in pane & aqua pœniteas.

FEcisti fornicationē, vt quidam facere solent, vt tu tuum virile membrum in lignum perforatum, aut in aliquod huiusmodi mitteres, vt sic per illam commotionem & delectationem à te semen proiiceres? Si fecisti, XX. dies in pane & aqua pœniteas.

DEdisti osculum alicui fœminæ per immundum desiderium, & sic te polluisti? Si fecisti, tres dies in pane & aqua pœnitere debes. Si intra Ecclesiam hoc cōtigerat, XX. dies in pane & aqua pœniteas.

FEcisti fornicationem contra naturam, id est, vt cū masculis, vel cum animalibus coires, id est, cum equa, cum vacca, vel cum asina, vel cum alio aliquo animali, si semel,

vel bis feciſti: & ſi vxorem non habuiſti, quòd adimplere tuam libidinẽ potuiſſes, quadraginta dies, in pane & aqua, quod carinam vocant, cum ſeptem ſequentibus annis pœnitere debes, & nunquam ſis ſine pœnitentia. Si autẽ vxorem habuiſti, decem annos per legitimas ferias pœnitere debes. Si autem in cõſuetudine habuiſti illud ſcelus, XV. annos per legitimas ferias pœnitere debes. Si in pueritia tibi contigerat, C. dies in pane & aqua debes pœnitere.

SI autem ſeruus eſt, qui hæc fecerit, & vxoratus, & cum animalibus peccat, ſi cũ ſcopis bene caſtigatur, tres annos per legitimas ferias pœniteat. Si autẽ ſeruus ſine vxore hæc fecerit, item verberibus caſtigatus, duos annos per legitimas ferias pœniteat. Si autem talis eſt ſeruus, vt gratis verbera pati non velit, & eſt tam digna perſona, ita pœniteat, vt ille qui ingenuus eſt.

De illicitis cibis.

COmediſti ſcabiem corporalem pro aliqua ſanitate, aut bibiſti propter ſolutionem vermiculos, qui, pediculi vocantur, vel bibiſti vrinam humanam, ſiue ſtercora aliqua comediſti pro ſanitate aliqua? Si feciſti, XX. dies in pane & aqua pœniteas.

COmediſti morticina, id eſt, animalia, quæ à lupis, ſeu à canibus dilacerabantur, & ſic mortua inuẽta ſunt? Si feciſti, X. dies in pane & aqua pœnitere debes.

COmediſti aues quas oppreſſerat accipiter, & nõ prius occidiſti eas ferro aliquo? Si feciſti, V. dies in pane & aqua pœniteas.

COmediſti aues & animalia, quæ in retibus ſtrangulãtur, & ſic mortua inueniuntur? Niſi in neceſſitate fames feceris, X. dies in pane & aqua debes pœnitere.

COmediſti piſcem, qui mortuus eſt in flumine inuẽtus? Niſi eo die à piſcatoribus tactus eſt, & ſic mortuus, & eodem die inuentus? Si feciſti, tres dies in pane & aqua pœniteas.

De fraude.

FEciſti falſitatem, vel fraudẽ aliquam in mẽſuris, aut in põderibus, ita dico, vt falſo modio, aut cũ ponderibus iniuſtis tua bona venderes aliis Chriſtianis? Si feciſti, aut conſenſiſti, viginti dies in pane & aqua pœnitere debes.

De inceſtu.

SI obtrectaſti turpitudinem tu coniugatus alicuius fe minæ, ita dico, ſi mamillas, & eius verenda obtrectaſti. Si feciſti, quinq; dies in pane & aqua pœniteas. Si autem non fuiſti cõiugatus, duos dies in pane & aqua pœniteas.

LAuiſti te in balneo cum vxore tua, & aliis mulierculis, & vidiſti eas nudas, & ipſæ te? Si feciſti, tres dies in pane & aqua debes pœnitere.

De hoſpitalitate.

VEnerunt ad te hoſpites tempore neceſſitatis, & non recepiſti eos in domum tuam, & non feciſti cum eis miſericordiã, ſicut dominus præcepit? Si non feciſti, quinque dies in pane & aqua pœniteas.

Item de ſacrilegio.

INcendiſti Eccleſiã, aut conſenſiſti? Si feciſti, Eccleſiam reſtitue, & preciũ tuum, id eſt, vviregeldũ tuum pauperibus diſtribue, & XV. annos per legitimas ferias pœniteas.

REtinuiſti oblationes mortuorum, ita vt Eccleſiis reddere noluiſſes? Si feciſti, vnum annum per legitimas ferias pœniteas.

CElebraſti Paſcha, Pentecoſten, Natalem dominicum alio loco, niſi in illa ciuitate cui tu ſubiectus es, niſi infirmitate te impediente? Si feciſti, X. dies in pane & aqua pœniteas.

De excommunicatis.

HAbuiſti aliquam communionem cum excommunicato te ſciente, ita dico, vt ſimul cum eo orares in Eccleſia, aut in aliquo loco, aut ſalutaſti eum, ita vt ei aucupiceres, aut eum in domum reciperes, aut ei aliquam humanitatem præbuiſti, clam, vel apertè, niſi eodem tẽpore, vel eodem itinere tecum ad ſatisfactionem ire vellet, & tunc vnam noctem, vel duas, vel quantum iter poſſit perfici, ſeorſum ab aliis poſito ei dediſti victui neceſſaria? Si aliter feciſti, tunc & tu ſimiliter excommunicatus es, ſicut & ille, & debes quadraginta dies in pane & aqua, quod carinam vocant, cum ſeptem ſequentibus annis pœnitere.

De oblatione.

DEtraxiſti, vel retinuiſti aliquid de oblationibus, quæ Deo oblatę ſunt in mancipiis, in terris, ſyluis, vineis,

vtensilibus, vestimentis, & in reliquis possessionibus, & quæ Ecclesiis sine dubio Christo qui earum sponsus est oblata sunt, vel testamento Ecclesiis ab aliquo fideli relicta? Si feciſti, vel consensiſti, quadraginta dies in pane & aqua debes pœnitere.

De decimis.

NEglexiſti decimam tuam Deo dare, quam Deus ipse sibi dari constituit, id est, non dediſti ei decimam de cunctis fructibus tuis, quos tu ad tuos vsus colligere desideraſti, vel collegiſti, & de cunctis tuis animalibus, & decimum animal quod Deo debueras dare, & quod suũ erat, illud peiori cõmutaſti? Si feciſti vel consensiſti, Deo quod suum erat in quadruplum prius restitue, & viginti dies in pane & aqua debes pœnitere.

Item de rapina.

OPpreſsiſti pauperes qui tibi vicini erant, qui se defendere non poterant, vel eorum bona, illis nolentibus tuliſti? Si feciſti, redde illis sua, & triginta dies in pane & aqua pœniteas.

Item de irreligioſitate.

FEciſti quod quidam facere solent? Post prandium vadunt ad Missam, & ipsi saturi, & vinolenti, à sacerdote pro populo offerente, signum pacis accipere præsumunt. Si feciſti, tres dies in pane & aqua pœniteas.

ACcepiſti corpus & sanguinem domini post aliquam paruiſsimam degustationem? Si feciſti, & semel & illud in pueritia, niſi pro viatico feciſti, decem dies in pane & aqua pœnitere debes.

FEciſti quod quidam facere solent, dum ad Ecclesiam venerint, in primis parum labia commouent quasi orent propter alios circunstantes, vel sedentes, & statim ad fabulas & ad vaniloquia festinant, & cum presbyter eos salutat, & hortatur ad orationem, illi autem ad fabulas suas reuertuntur, non ad responsionem, nec ad orationem. Si feciſti, X. dies in pane & aqua pœnitere debes.

De conſenſu in malo.

REticuiſti peccatum fratris quod erat vsque ad mortem, neque corripuiſti eum, nec exhortatus es eum, vt resipisceret, nec succurriſti fratri sub onere iacenti? Si feciſti, tam diu pœniteas, quàm diu reticuiſti.

DEfendisti reos propter misericordiam, vel propter amicitiam, & in hoc immisericors fuisti innocentibus? Si fecisti, triginta dies in pane & aqua pœniteas.

FEcisti tibi Missam cantare, & illa sancta offerre dum domi fueras, siue in domo tua, siue in alio aliquo loco, nisi in Ecclesia? Si fecisti, decem dies in pane & aqua pœnitere debes.

De incredulis.

CRedidisti quod quidam credere solent? Dum iter aliquod faciunt, si cornicula ex sinistra eorum in dexteram illis cantauerit, inde se sperant habere prospetum iter. Et dum anxij fuerint hospitij si tunc auis illa, quæ muriceps vocatur, eo quod mures capiat, & inde pascatur nominata, viam per quam vadunt ante se transuolauerit? illi augurio & omini magis committunt quàm Deo. Si fecisti, aut ista credidisti, quinque dies in pane & aqua debes pœnitere.

CRedidisti quod quidam credere solent? Dum necesse habent ante lucem aliorsum exire, non audent, dicentes quòd posterum sit, & ante gallicantum egredi non liceat, & periculosum sit, eo quod immundi spiritus ante gallicinium plus ad nocendum potestatis habeant, quàm post, & gallus suo cantu plus valeat eos repellere, & fugare, quâ illa diuina mens quæ est in homine sua fide, & crucis signaculo? Si fecisti aut credidisti, decem dies in pane & aqua debes pœnitere.

CRedidisti quod quidam credere solent, vt illæ quas vulgo parcæ vocantur, ipsæ, vel sint, vel possint hoc facere quod creduntur, id est, dum aliquis homo nascitur, & tunc valeant illum designare ad hoc quòd velint vt quacunque ille homo voluerit, in lupum transformari possit, quod vulgaris stultitia vverwolff vocat, aut in aliam aliquam figuram? Si credidisti, quòd vnquã fieret, aut fieri possit, vt diuina imago in aliam formam aut in speciem transmutari possit ab aliquo, nisi ab omnipotente Deo, decem dies in pane & aqua debes pœnitere.

CRedidisti quod quidam credere solent, quòd sint agrestes fœminæ, quas syluaticas vocant, quas dicunt esse corporeas, & quando voluerint ostẽdant se suis amatoribus, & cum eis dicunt se oblectasse, & item quando

voluerint, abscondant se, & euanescant? Si credidisti, decem dies in pane & aqua pœniteas.

In istis omnibus supradictis debent sacerdotes magnam discretionem habere, vt discernant inter illum qui publicè peccauit, & publicè pœnituit, & inter illum qui absconsè peccauit, & sua sponte confessus est.

Quamuis hæ prædictæ interrogationes fœminis & viris sint communes, tamen hæ sequentes specialiter ad fœminas pertinent.

FEcisti vt quædam mulieres in quibusdã tẽporibus anni facere solent, vt in domo tua mẽsam præparares, & tuos cibos, & potũ cum tribus cultellis supra mẽsam poneres, vt si veniissent tres illæ sorores, quas antiqua posteritas, & antiqua stultitia parcas nominauit, ibi reficerentur, & tulisti diuinæ pietati potestatem suam, & nomen suum, & diabolo tradidisti, ita dico, vt crederes illas quas tu dicis esse sorores, tibi posse, aut hic, aut in futuro prodesse? Si fecisti, aut consensisti, vnum annũ per legitimas ferias pœniteas.

FEcisti quod quædam mulieres facere solent, vt faceres quoddam molimem aut machinamentũ in modum virilis membri, ad mensuram tuæ voluntatis, & illud loco verẽ dotum tuorum, aut alterius, cum aliquibus ligaturis colligares, & fornicationem faceres cum aliis mulierculis, vel aliæ eodam instrumento, siue alio tecum? Si fecisti, quinque annos per legitimas ferias pœniteas.

FEcisti quod quædam mulieres facere solent, vt iam supradicto molimine, vel alio aliquo machinamento, tu ipsa in te solam faceres fornicationem? Si fecisti, vnum annum per legitimas ferias pœniteas.

FEcisti quod quædam mulieres facere solent, quando libidinem se vexantem extinguere volunt, quæ se coniungunt quasi coire debeant, & possint, & coniungunt in inuicem puerperia sua, & sic confricando pruritum illarũ extinguere desiderant? Si fecisti, tres quadragemas per legitimas ferias debes pœnitere.

FEcisti quod quædam mulieres facere solent, vt cum filio tuo paruulo fornicationem faceres, ita dico, vt filium tuum supra turpitudinem tuam poneres, vt sic imitareris fornicationem? Si fecisti, duos annos per legitimas ferias debes pœnitere.

FEcisti quod quædam mulieres facere solent, vt succumberes aliquo iumento, & illud iumentum prouocares ad coitum, qualicunque posses ingenio, vt sic coiret tecum? Si fecisti, carinam vnam in pane & aqua, cum septem sequentibus annis pœniteas, & nunquam sis sine pœnitentia.

FEcisti quod quædam mulieres facere solent, quæ dum fornicantur, & partus suos necare volunt, agunt vt intro conceptus excutiant suis maleficijs, & suis herbis, ita vt aut conceptum interficiant, aut excutiant, vel si nondum conceperunt, faciunt vt non concipiant? Si fecisti, aut consensisti, aut docuisti, decem annos per legitimas ferias penitere debes. Sed antiqua definitio, vsque ad exitum vitæ tales ab Ecclesia remouet. Nam quoties conceptum impedierat, tot homicidiorum rea erit. Sed distat multum, vtrum paupercula sit, & pro difficultate nutriendi, vel fornicationis causa, & pro sui sceleris cælandi faciat.

In concilio autem Hilerdensi de supradictis qui infantes suos ex adulterio susceptos excutiunt ita præciptur.

HI verò qui male conceptos ex adulterio factos, vel editos necare studuerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliserint, in vtroque sexu adulteris, id est, patri vel matri, post septem annorum curricula communio tribuatur: ita tamen vt omni tempore vitæ suæ, fletibus & humilitati insistant.

DOnasti vel ostendisti alicui, vt conceptum suum ante excuteret, aut occideret? Si fecisti, septem annos per legitimas ferias pœnitere debes.

EXcussisti conceptum tuum antequam viuificaretur? Si fecisti, vnum annum per legitimas ferias pœnitere debes: fecisti post conceptum spiritum, tres annos per legitimas ferias pœnitere debes.

INterfecisti filium, vel filiam voluntariè post partum? Si fecisti, XII. annos per legitimas ferias pœnitere debes, & nunquam debes esse sine pœnitentia.

NEglexisti infantem tuum, vt per culpam tuã sine baptismo moreretur Si fecisti, vnum annum per legitimas ferias pœnitere debes, & nunquam sis sine pœnitentia.

CONfecisti aliquam mortiferam potionem, & cum ea aliquem occidisti? Si fecisti, carinam vnam cum septem sequentibus annis ieiunare debes, & nunquam sis sine pœ-

nitentia. Si voluisti autem & non perfeciſti homicidium, annum vnum per legitimas ferias pœnitere debes.

GVstasti de semine viri tui, vt propter tua diabolica facta plus in amorem tuum exardesceret? Si feciſti, septem annos per legitimas ferias pœnitere debes.

BIbiſti chrisma ad subuertēdum Dei iudicium, vel aliquid in herbis vel in verbis, vel in ligno, vel in lapide, aut in aliqua stulta fide, vel ipsa feciſti, vel aliis consiliata es, aut in ore tuo tenuisti, aut in vestimentis tuis insutum, vel circa te ligatum habuisti, vel qualicunque ingenio faceres, vt crederes diuinum iudiciū subuertere posse? Si feciſti, septē annos per legitimas ferias pœnitere debes.

FEciſti quod quædam mulieres facere solent, & firmiter credunt, ita dico, vt si vicinus eius lacte vel apibus abundaret, omnem abundantiam lactis & mellis quā suus vicinus ante se habere visus est, ad se & ad sua animalia, vel ad quos voluerint à diabolo adiutæ, suis fascinationibus & incantationibus se posse conuertere credant? Si feciſti, tres annos per legitimas ferias pœniteas.

CRedidisti quod quædam credere solent, vt quamcunque domum intrauerint, pullos aucarum, pauonum, pullos gallinarum, etiam porcellos, & aliorum animalium fœtus, verbo, vel visu, vel auditu, obfascinare & perdere posse affirment? Si feciſti, vel credidisti, vnum annum per legitimas ferias debes pœnitere.

CRedidisti quod multæ mulieres retrò Satanam cōuersæ credunt & affirmant verùm esse, vt credas inquietæ noctis silentio cùm te collocaueris in lecto tuo, & marito tuo in sinu tuo iacente, te dum corporea sis ianuis clausis exire posse, & terrarum spacia cum aliis simili errore deceptis pertransire valere, & homines baptizatos, & Christi sanguine redemptos, sine armis visibilibus & interficere, & decoctis carnibus eorum vos comedere, & in loco cordis eorum, stramen aut lignum, aut aliquod huiusmodi ponere, & commestis, iterum viuos facere, & inducias viuendi dare? Si credidisti, quadraginta dies id est, carinā in pane & aqua cum septem sequentibus annis pœniteas.

CRedidisti quod quædam mulieres credere solent, vt tu cū aliis diaboli mēbris itē inquietæ noctis silentio clausis ianuis in aërem vsque ad nubes subleueris, & ibi

cum alijs pugnes, & vt vulneres alias, & tu vulnera ab eis accipias? Si credidisti, duos annos per legitimas ferias puniteas.

FEcisti quod quædam mulieres facere solent? Tollunt piscem viuum, & mittunt eum in puerperium suum, & tam diu eum ibi tenent, donec mortuus fuerit, & decocto pisce vel assato, maritis suis ad comedendum tradunt, ideo faciunt hoc, vt plus in amorem earum exardescant? Si fecisti, duos annos per legitimas ferias pœniteas.

FEcisti quod quædam mulieres facere solent? Prosternunt se in faciem, & discoopertis natibus, iubent, vt supra nudas nates conficiatur panis, & eo decocto tradunt maritis suis ad comedendum. Hoc ideo faciunt, vt plus exardescant in amorem illarum? Si fecisti, duos annos per legitimas ferias pœniteas.

POsuisti infantem tuum iuxta ignem, & alius caldariam supra ignem cum aqua misit, & ebullita aqua superfusus est infans, & mortuus est. Tu autem qui infantem septem annos in tua custodia debuisti habere, tres annos per legitimas ferias pœnitere debes. Ille autem qui aquam in caldariam misit, innocens erit.

FEcisti quod quædam mulieres facere solent, diabolicis adimpletæ disciplinis? Quæ obseruant vestigia, & imagines Christianorum, & tollũt de eorum vestigio terram, & illum obseruant, & inde sperant sanitatem, aut vitam eorum auferre? Si fecisti aut consensisti, quinque annos per legitimas ferias pœnitere debes.

FEcisti quod quædã mulieres facere solent? Tollunt menstruum suum sanguinem, & immiscent cibo vel potui, & dant viris suis ad manducandum, vel ad bibendum, vt plus diligantur ab eis? Si fecisti, quinque annos per legitimas ferias pœniteas.

FEcisti quod quędam mulieres facere solent? Tollunt testam hominis, & igni comburunt, & cinerem dant viris suis ad bibendum pro sanitate? Si fecisti, vnum annum per legitimas ferias pœniteas.

COmedisti vel bibisti alicuius animalis sanguinem? Si fecisti, quinque dies in pane & aqua pœniteas.

FEcisti quod quædam mulieres facere solent? Illæ dico quæ habent vagientes infantes, effodiunt terram, & ex

parte pertusant eam,& per illud foramen pertrahũt infantem,& sic dicunt vagientis infantis cessare vagitum.Si fecisti, aut consensisti, quinq; dies in pane & aqua pœniteas.

FEcisti quod quædam mulieres instinctu diaboli facere solent?Cùm aliquis infans sine baptismo mortuus fuerit,tollunt cadauer paruuli,& ponunt in aliquo secreto loco,& palo corpusculum eius transfigunt,dicentes si sic non fecissent,quòd infantulus surgeret,& multos lædere posset? Si fecisti, aut consensisti, aut credidisti, duos annos per legitimas ferias debes pœnitere.

FEcisti quod quædam facere solent, diaboli audacia repletę?Cùm aliqua fœmina parere debet,& non potest, dum parere non potest, in ipso dolore si morte obierit, in ipso sepulchro matrem cum infante palo in terram transfigunt.Si fecistivelconsensisti,duos annos per legitimas ferias debes pœnitere.

OPpressisti infantem tuum sine voluntate tua,aut pondere vestimentorum tuorum suffocasti, & hoc post baptismum factum fuerat?Si fecisti,XL.dies,id est,carinam in pane & aqua,& holeribus, atque leguminibus pœniteas, & à coniuge te abstineas,donec illi XL.dies pertranseant. post, tres annos per legitimas ferias,& tres quadragesimas in anno obserues.Quòd si ante baptismum infans oppressus fuerit,proximos XL.dies vt supra pręceptum est,pœniteas. Postea verò quinquennium expleas.

INueneristi infantem tuum iuxta te oppressum,vbi tu & vir tuus simul in lecto iacuistis, & non apparuit vtrum à patre, seu à te suffocatus esset, an propria morte defunctus esset.Nõ debetis inde securi esse, nec esse sine pœnitentia. Sed tamen in his magna cõsideratio debet esse pietatis, vbi nulla mala voluntas fuit,sed propria mors.Tamen propter negligentiam, XL. dies in pane & aqua debetis pœnitere. Si autem vos non latet interfectores esse infantis,non voluntate,sed negligentia.tres annos per legitimas ferias pœnitere debetis,vnum ex his in pane & aqua,& tempore pœnitudinis ab omni luxuria vos custodire debetis.

EXercuisti lænocinium aut in te ipsa,aut in aliis,ita dico,vt tu meretricio more tuis amatoribus corpus tuum ad tractandum,& ad sordidandum, pro precio tradidisses, seu quod crudelius est, & periculosius est, alienum corpus,

filiæ dico, vel neptis, & alicuius Christianæ, amatoribus vendidisti, vel concessisti, vel internuncia fuisti, vel conciliata es vt stuprum aliquod tali modo perpetraretur? Si fecisti, sex annos per legitimas ferias pœniteas. Tamen in concilio Elibertano præcipitur, vt ille qui hæc perpetrauerit, nisi in fine non accipiat communionem.

FEcisti quod quædam mulieres facere solent? cùm infans nouiter natus est, & statim baptizatus, & sic mortuus fuerit, dum sepeliunt eum, in dexteram manum ponunt ei patenam ceream cum oblata, & in sinistrā manum calicem cum vino si militer cereum ponunt ei, & sic eum sepeliunt. Si fecisti, decem dies in pane & aqua pœnitere debes.

FEcisti quod quædam mulieres adulteræ facere solent? Cùm primùm intellexerint quòd amatores earum, legitimas vxores voluerint accipere, tunc quadam arte maleficia libidinem virorū extingunt, vt legitimis prodesse non possint, neq; cum eis coire. Si fecisti, aut alios docuisti, XL. dies in pane & aqua pœnitere debes.

OBtulisti infantem tuum ad baptizandum, nisi legitimo tempore, id est, in sabbato Paschæ, & in sabbato Pentecostes, nisi infirmitatis necessitate? Si fecisti, decem dies in pane & aqua debes pœnitere.

NEglexisti visitare infirmos, & non veniſti ad eos qui in carcere erant, & non subministrasti eis? Si non fecisti, decem dies in pane & aqua pœniteas.

COmedisti carnem in quadragesima? Si fecisti, in ipsius anni circulo ab omni esu carnium te abstineas.

COmedisti de cibo Iudæorum, vel aliorum paganorum, quem ipsi sibi præparauerunt? Si fecisti, decem dies in pane & aqua pœniteas.

FEcisti quod quidam facere solent? Dum ad Ecclesiam vadunt, in ipsa via proferunt suas vanitates, & loquuntur ociosa, nec in eadem via cogitant aliquid quod ad animæ vtilitatem pertineat, & cùm venerint in atrium Ecclesiæ vbi sepulta sunt corpora fidelium, & dum calcauerint sepulchra proximorum non recordantur quid de futurum sit, nec vllam mentionem, nec vllas preces pro eis ad dominum fundunt, quod facere debuerunt. Si neglexisti, decem dies in pane & aqua pœniteas, & vide vt

terius ne tibi contingat. Sed quandocunque in atrium Ecclesiæ intraueris, ora pro eis, & roga illas sanctas animas quarum corpora ibi requiescũt, vt quantum possint pro tuis peccatis ad dominum intercedant.

OPeratus es aliquid in dominica die? Si feciſti, tres dies in pane & aqua pœnitere debes.

FEciſti quod quædam mulieres facere ſolent? Deponunt veſtimenta ſua, & totum corpus nudum melle inungunt, & ſic mellito ſuo corpore ſupra triticum in quodam lintheo in terra depoſito, ſeſe hac atque illac ſæpius reuoluunt, & cuncta tritici grana, quæ humido corpori adhærent, cautiſsimè colligunt, & in molam mittunt, & retrorſum contra ſolam molam circuire faciunt & ſic in farinam redigunt, & de illa farina panem conficiunt, & ſic maritis ſuis ad comedendum tradunt, vt comeſto pane marceſcant, & deficiant? Si feciſti, quadraginta dies in pane & aqua pœniteas.

FEciſti quod quædam mulieres facere ſolent? Dum pluuiam nõ habent, & ea indigent, tunc plures puellas congregant, & vnam paruulam virginem quaſi ducem ſibi præponunt, & eandem denudant, & extra villam vbi herbam iuſquiamum inueniunt, quæ Teutonicè beliſa vocatur, ſic nudatã deducunt, & eandẽ herbã eandẽ virginẽ ſic nudam minimo digito dextræ manus eruere faciũt, & radicitus erutã cum ligamine aliquo, ad minimũ digitũ dextri pedis ligare faciunt. Et ſingulæ pullæ ſingulas virgas in manibus habentes, ſupradictam virginem herbam poſt ſe trahentem in flumen proximum introducunt, & cum eiſdem virgis, virginem flumine aſpergunt, & ſic ſuis incantationibus pluuiam ſe habere ſperant. Et poſt eandem virginem ſic nudam tranſpoſitis & mutatis in modum cancri veſtigiis, à flumine ad villam, inter manus reducunt? Si feciſti, aut conſentiens fuiſti, viginti dies in pane & aqua debes pœnitere.

De admonitione octo principalium vitiorum, & eorum ſpeciebus. Cap. VI.

NVnc tibi octo principalia vitia explicabo. Si in illis te percuſſum, tactum, & vulneratum ſentis, vide ne me cæles, id eſt, ſuperbiam, vanam gloriam, inuidiam, iram, triſtitiam, auaritiam, ventris ingluuiem, luxuriam. *Ex pœnitentiali Theodo.*

Ex quibus si te culpabilem recognoscis, pœnitentiam suscipe, nam ex his omnia vitia oriuntur.

DE superbia, quæ initium omnis peccati est, & regina omnium malorum, nascitur omnis inobedientia, omnis præsumptio, & omnis pertinatia, contentiones, hæreses, arrogantia.

De vana gloria, iactantia, arrogantia, indignatio, discordia, inanis gloriæ cupido, & hypocrisis.

De inuidia, nascitur odium, susurratio, detractio, exultatio in aduersis proximi, afflictio in prosperis.

De ira, oriuntur rixæ, tumor mentis, contumeliæ, clamor, indignatio, præsumptio, blasphemiæ, sanguinis effusio, homicidia, vlciscendi cupiditas, iniuriarum memoria.

De tristitia, nascitur malitia, rancor animi, pusillanimitas, amaritudo, desperatio, torpor, vagatio mentis, sapere & præsentis vitæ nulla delectatio.

De auaritia, oriuntur inuidiæ, furta, latrocinia, homicidia, mendacia, periuria, rapinæ, violentiæ, inquietudo, iniusta iudicia, contemptus veritatis futuræ, beatitudinis obliuio, obduratio cordis.

De ventris ingluuiæ, propagatur inepta lætitia, scurrilitas, leuitas, vaniloquium, immũdicia corporis, instabilitas mentis, ebrietas, libido, hebetudo sensus.

De luxuria, generatur cæcitas mentis, inconsideratio, inconstantia oculorum, vel totius corporis precipitatio, amor immoderatus sui, odium mandatorum Dei, affectus præsentis seculi, horror & desperatio futuri.

Item de virtutibus quibus eadem vitia superari possint, & de conclusione pœnitentiæ. Cap. VII.

ERgo si superbus vsque modo fuisti, humilia teipsum in conspectu Dei. Si vanam gloriam dilexisti, cogita ne propter transitoriam laudem, æternam perdas mercedem. Si inuidiæ rubigo te hucusque consumpsit, quod est peccatum maximum, & super omnia detestabile: quia diabolo comparatur inuidus, qui primo homini inuidit datum, quod ipse per suam culpã perdiderat, age pœnitentiã, & profectui aliorum tuum deputa. Si tristitia te superat, patientiam & longanimitatem meditare. Si auaritiæ morbus te grauat, cogita quia radix est omnium malorum, & idololatriæ comparatur, & ideo largum te esse oportet. Si ira te vexat, quæ

stultorum sinu requieſcit, dominari debes animo tuo, & hanc à te mentis tranquillitate fuga. Si ventris ingluuies te ad deuorandum pertrahit, ſobrietatem ſectare. Si luxuriæ, caſtitatem voue.

TVnc proſternat ſe pœnitens in terrã, & cum lachrymis dicat: Et in his, & in aliis vitiis, quibuſcunque humana fragilitas contra Deum, & creatorem ſuum, aut cogitando, aut loquendo, aut operando, aut delectando, aut concupiſcendo peccare poteſt, in omnibus me peccaſſe, & reum in conſpectu Dei ſuper omnes homines eſſe cognoſco, & confiteor. Humiliter etiã te ſacerdos Dei expoſco, vt intercedas pro me, & pro peccatis meis ad dominum, & creatorem noſtrum, quatenus de his, & omnibus ſceleribus meis veniam, & indulgentiam conſequi merear.

Deinde ſacerdos cum pœnitente proſternat ſe in terram, & decantet hos ſequentes Pſalmos.

IN primis dicat Pſalmum trigeſimum ſeptimũ totum, Domine ne in furore tuo: & poſtea dicat, Oremus, & cantet Pſalmum CII. Benedic anima mea domino: & iterum dicat, Oremus, & cantet Pſalmum L. Miſerere mei Deus. Poſt hæc cantet Pſalmum LIII. Deus in nomine tuo: & dicat, Oremus, & cantet Pſalmum LI. Quid gloriaris in malitia.

Tunc dicat has ſubſequentes orationes.

DEus cuius indulgentia nemo non indiget, memento famuli tui N. qui lubrica terreni corporis fragilitate nudatus eſt quæſumus, da veniam confitenti, parce ſupplici, vt qui ſuis meritis accuſatur, tua miſeratione ſaluetur. Per dominum.

DOmine ſancte pater omnipotẽs æterne Deus, qui per Ieſum Chriſtum filium tuum dominũ noſtrum vulnera noſtra curare dignatus es, te ſupplices rogamus, & petimus, vt precibus noſtris aurem tuæ pietatis inclinare digneris, qui etiam remittis omnia crimina, & peccata vniuerſa condonas, desq; huic famulo tuo domine pro ſuppliciis veniam, pro mœrore lætitiã, pro morte vitã, vt de tua miſericordia confidens, peruenire mereamur ad vitam æternam. Per eundem dominum.

OMnipotens & miſericors Deus, qui peccatorũ indulgentiã, in confeſſione celeri poſuiſti, ſuccurre lapſis,

miserere confessis, vt quos delictorum cathena constrin-
git, magnitudo tuę pietatis absoluat. Per.

PRecor, domine, clementiæ, & misericordiæ tuæ maie-
statem, vt famulo tuo N. peccata & facinora sua con-
fitenti, debita relaxare, & veniã præstare digneris, & prę-
teritorum criminum culpas indulgeas, qui humeris tuis
ouem perditam reduxisti, qui publicani precibus, & con-
fessione placatus es: tu etiam domine huic famulo tuo pla-
catus esse digneris, tu huius precibus benignus aspira, vt
in confessione placabilis permaneat, fletus eius & petitio-
perpetuam clementiam tuam cleriter exoret, sanctisq; tu-
tarib⁹ restitutus, spei rursum æternæ ac cœlesti gloriæ mu-
cipetur. Qui viuis & regnas.

Deinde adiunge.

DEus omnipotẽs sit adiutor & protector tuus, & præ-
stet indulgentiam de peccatis tuis, præteritis, præsen-
tibus, & futuris, Amen.

Salubræ antidotum animabus. *Cap. VIII.*

Ex scriptis prophetæ & Gregor. Hierony. Augusst. & de tribus pœnitẽtialibus collectũ.

INstitutio illa quæ fiebat in diebus patrum nostrorum
rectas vias nunquam deseruit, qui instituerunt pœni-
tibus, atq; lugentibus suas passiones, ac vitia, medicamẽ-
salutis æternæ superare. Quia diuersitas culparum, diuer-
sitatem facit pœnitentibus medicamentorum. Velut me-
dici corporum diuersa medicamenta, vel potiones solent
facere, contra diuersitatem infirmitatum. Vel iudices sæ-
larium causarum diuersa agunt iudicia, qui boni sunt, &
recta pensant, atque tractant quomodo iudicent, rectè in-
ter miseros & diuites, inter causam, & causam: Quanto ma-
gis igitur sacerdotes Dei diuersa medicamẽta animarum
inuisibilium hominibus pẽsare, & tractare oportet, ne pe-
stultum medicum vulnera animarum putrescant, & pei-
ra fiant, propheta dicente: Computruerũt cicatrices meæ
à facie insipientiæ meæ. O stulte medice, noli decipere a-
mam tuam & illius, ne duplicem pœnam accipias, vel se-
ptuplam, vel millenam. Audi Christum dicentem: Si cæ-
cus cæcum duxerit, ambo in foueam cadunt. Et si tu cogi-
tas iudicium meum, alter homo nõ audit, neque videt e-
me iudicet, ô non intelligis quòd Deus iudex iustus,

fortis videt, & audit, & in palam abscondita deducet, & reddet vnicuique secundum opera sua? Et item: Verè sunt nonnulli, cæcorum canum similitudinem habentium, currentium ad cadauera mortuorum, vel similitudinem coruorum volantium, qui ad sacerdotium euehuntur, nõ propter Deum, sed plus propter honorem terrenum inhiates, cæci diuina sapientia. De talibus dixit Gregorius Nazãzenus: Timeo hoc, quod canes assectantur officium pastorale: maximè cùm semetipsis nihil præparauerint disciplinæ. Ezechiel nanque ait: Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, & non gregem. Lac bibebãt, & lanis eorum operiebãtur, & quod crassum fuit, manducabãt, quod fractum fuit, non alligabant, & reliqua. Item Ezechiel ait: Væ sacerdotibus, qui comedunt peccata populi mei, hoc est sibi eorum sumentes victimas, & non orantes pro eis, comedentes hostias, & nõ corripientes, qui vbi morituros homines audiunt, inde gaudent, & præparant se ad prędã quasi corui ad cadauera mortuorum. Nunc ergo, ô fratres qui voluerit sacerdotis nomen habere, in primis propter Deum cogitet, vt discat ea quæ ei necessaria sint, antequã manus episcopi caput eius tãgat: Id est, Psalteriũ, Lectionarium, cum Euangeliis, Sacramentorum librum, Baptisterium, Et computum, cum cyclo cum cõmendationibus animarũ, martyrologium, homelias per circulum anni plebibus prædicandas. Istud est simpliciorum: quia si vnũ supradictorum defuerit, sacerdotis nomen in eo non cõstabit. Adhæc autem suum pœnitentialem, qui & secundum canonũ authoritatem, & iuxta sententias trium pœnitentialium, Theodori episcopi, & Romanorum põtificum, & Bedæ ordinetur. Sed in pœnitẽtiali Bedæ plura inueniũtur vtilia: plura autẽ inueniuntur ab aliis inserta, quæ nec canonibus, nec aliis pœnitentialibus conueniunt. Sapiẽs autem medicus excipiat quæque meliora, vt discretiones omnium causarum inuestigare possit, sine quibus rectũ iudicium non potest stare. Quia scriptum est: In nulla re appareas indiscretus, sed distingue quid, vbi, quandiu, quãdo, qualiter debeas facere. Nõ omnibus ergo in vna eademq; libra pensandum est, licet in vno constringantur vitio, sed discretio sit inter vnũquodq; eorum, hoc est inter diuitẽ & pauperem, inter liberũ & seruum, infantẽ, puerũ, iuuenem,

adolescentem, ętate senem, hebetem, ignarum, laicum, clericum, monachum, episcopum, presbyterum, diaconũ, subdiaconum, lectorem, in gradu, vel sine gradu, cõiugatum, vel sine coniugio, peregrinum, indigenã, virginem, viduã, canonicam, monacham, debilem, infirmum, sanum, fornicantem cum animalibus, vel cum hominibus contra naturam, continentem, vel incontinentem, voluntate, necessitate, vel casu, seu in publico peccantem, vel in abscondito, & quali compunctione hæc omnia emendet, vt & loca, & tempora pœnitendi discernat.

HAEC omnia de canonibus, & de sanctorum patrum sententiis, & de Hieronymo, de Augustino, Gregorio, Theodoro, Beda, & ex pœnitẽtiali Romano, vera colegimus: & vt nulli necesse sit perire, scientibus & intelligentibus animarum medicis, hæc temperanda committimus. In Iesu filio Sirach dicitur: In iudicando esto misericors, pupillis vt pater. Item sanctus Iacobus ait: Iudicium sine misericordia erit illi, qui non facit misericordiam: superexaltet autem misericordia iudicium. Et sanctus Augustinus dicit, de illis qui veram pœnitentiam faciunt, in ieiunio, & fletu, in eleemosynis, in orationibus, & vt perpetrata iterum non faciant: & si fecerint, tamẽ non perseuerunt in eis. Quia Deus dixit: Malum cogitasti: ignoui. Malum dixisti: ignoui. Malum fecisti: ignoui. Perseuerare in malo non ignosco. Ergo qui perseuerant in malo, nõ ignosce, sed iudica districtum iudicium secundum canones, & iuxta instituta maiorum, vt cæteri timorem habeant.

Pœnitentia illius anni, qui in pane & aqua ieiunandus est, isto ordine obseruari debet. Cap. IX.

Ex pœnitentiali Romano.

POEnitentia vnius anni, qui in pane & aqua ieiunãdus est, talis esse debet. In vnaquaque hebdomada tres dies, id est, secundam feriam, quartam feriam, sextam feriam in pane & aqua ieiunet. Et tres dies, id est, tertiam feriam, quintã, & sabbatũ, à vino, medone, mellita ceruisia, à carne, & sagimine, & à caseo, & ouis, & ab omni pingui pisce se abstineat. Manducet autem minutos piscículos si habere potest. Si habere nõ potest, tantùm vnius generis pisce, & legumina, & holera, & poma, si vult comedat, & ceruisiam bibat. Et in diebus dominicis, & in Natali domini, il-

los quatuor dies. Et in Epiphania domini, vnum diem. Et in Pascha vsque in octauum diem, Et in Ascensione domini, Et in Pentecoste quatuor dies, Et in Missa sancti Ioānis Baptistæ, Et sanctæ Mariæ, Et XII. apostolorum, Et sancti Michaëlis, Et sancti Remigii & omnium sanctorū, Et sancti Martini, Et in illius sancti festiuitate, qui in illo episcopatu celebris habetur. In his supradictis diebus faciat charitatem cum cæteris Christianis, id est, vtatur eodem cibo & potu quo illi. Sed tamen ebrietatem & ventris distēsionem, semper in omnibus caueat.

Iste annus secundus est ab illo anno, qui in pane & aqua obseruandus est, & post illum ieiunandus. Qui etiam dandus est illis, qui viros ecclesiasticos sponte occidunt, & in consuetudine habent Sodomiticum scelus, & qui in consuetudine habent contra naturam peccare, & in Ecclesiis homicidia sponte committunt, & Ecclesias incendunt, & in Ecclesiis adulteria committunt, & qui alia huiusmodi perpetrauerint. Cap. X.

Ex codē.

POEnitentia illius anni, talis esse debet vt duos dies, id est, secundam & quartam feriam, in vnaquaque hebdomada ieiunet ad vesperam, & tūc reficiatur de sicco cibo, id est, pane & leguminibus siccis, sed coctis, aut pomis, aut holeribus crudis, vnū eligat ex his tribus, & vtatur, & cerusiam bibat, sed sobriè. Et tertium diem, id est, sextam feriam in pane & aqua obseruet, & tres quadragesimas ieiunet, vnā ante Natale domini: secūdam ante Pascha, tertiā ante Missam sancti Ioannis, & si totā quadragesimā, ante missam sancti Ioānis implere nō possit, post missam impleat. Et in his trib⁹ quadragesimis ieiunet duos dies in hebdomada ad nonā, & de sicco cibo comedat, vt supra notatum est, & VI. feriam ieiunet in pane & aqua. Et in dieb⁹ dñicis, & in Natali domini, illos quatuor dies. Et in Epiphania domini, vnum diē. Et in Pascha vsque in octauum diē. Et in Ascensione domini, Et Pētecoste quatuor dies, Et in missa sancti Ioannis Baptistæ, Et sanctæ Mariæ, Et XII. apostolorū, Et sancti Michaëlis, Et sancti Remigii, Et omniū sanctorū, Et sancti Martini, Et in illius sancti festiuitate, qui in illo episcopatu celebris habetur. In his supra dictis dieb⁹ faciat charitatē cū cæteris Christianis. Sed tamen ebrietatē, & vētris distēsionē, semper in oīb⁹ caueat.

De illis qui ieiunare & adimplere non possunt, quod in pœnitentiali scriptum est. Cap. XI.

Ex eodē. QVI ieiunare potest, & implere quod in pœnitētiali scriptū est, bonum est, & Deo gratias referat. Qui autem non potest, per misericordiam Dei consilium damus tale, vt nec sibi, nec alicui necesse sit, nec desperare, nec perire.

De redemptione illius anni, quem in pane & aqua ieiunare debet. Cap. XII.

Ex eodē. PRO vno die quem in pane & aqua ieiunare debet, L Psalmos genibus flexis in Ecclesia, si fieri potest, decātet: sin autem, in loco conuenienti eadem faciat, & vnum pauperem pascat, & eo die excepto vino, carne, & sagimine, sumat quicquid velit.

Alio modo. Cap. XIII.

Ex eodē. SI autem talis est, quòd tādiu in genibus iacere nō possit, faciat autem sic: infra Ecclesiam, si fieri potest, si autem, in vno loco stando intentè, LXX. psalmos per ordinem decātet, & pauperem pascat, & eo die excepto vino, carne, & sagimine, sumat quicquid velit.

Item alio modo. Cap. XIIII.

Ex eodē. QVI in Ecclesia genua centies flexerit, id est, si centies veniā petierit, si fieri potest, vt in Ecclesia fiat, hoc iustissimum est. Si autē hoc fieri non potest, secretè in loco conuenienti eadem faciat, si sic fecerit, eo die excepto vino, carne, & sagimine, sumat quod placeat.

Item alio modo. Cap. XV.

Ex eodē. QVI Psalmos non nouit, vnum diem quem in pane & aqua pœnitere debet, diues tribus denariis, & pauper vno denario redimat, & eo die excepto vino, carne, & sagimine, sumat quicquid velit.

Item alio modo. Cap. XVI.

Ex eodē. PRO vno die, quem in pane & aqua pœnitere debet, tres pauperes pascat. Et eo die excepto vino, carne, & sagimine, sumat quod placeat.

Item alio modo. Cap. XVII.

Ex eodē. QVidam dicunt XX palmatas valere pro vno die.

De redemptione vnius hebdomadæ quam in pane & aqua ieiunare debet. Cap. XVIII.

PRo vna hebdomada quam in pane & aqua ieiunare debet, CCC. Psalmos genibus flexis in ecclesia decantet. Si autem hoc facere non potest, tria Psalteria in Ecclesia, vel in loco conuenienti intentè decantet. Et postquàm psallerit, excepto vino, carne, & sagimine, sumat quicquid velit. *Ex eodē.*

De redemptione vnius mensis, quem in pane & aqua ieiunare debet. Cap. XIX.

PRo vno mense quem in pane & aqua ieiunare debet, Psalmos mille ducentos genibus flexis decantet. *Ex eodē.*

Si autem hoc facere non potest, sine genuflexione sedendo, aut stando in Ecclesia si fieri potest: Sin autem, in vno loco, mille DC. octoginta Psalmos decant. Et omni die si velit, & si abstinere non vult, reficiat se ad sextam: nisi quartam feriam, & sextam, ieiunet ad nonam. Et à carne, & à sagimine, & à vino, totum mensem se abstineat. Alium autem cibum postquam Psalmos supradictos decantauerit, sumat. Isto ordine, totus ille annus redimendus est. *Ex eodē.*

De illis qui ieiunare non possunt, & Psalmos nesciunt, quomodo pœnitentiam vnius anni quem in pane & aqua ieiunare debent redimere possint. Caput XX.

QVi verò Psalmos non nouit, & ieiunare non potest, pro vno anno quem in pane & aqua pœnitere debet, det pauperibus in eleemosynam viginti duos solidos, & omnes sextas ferias ieiunet, in pane & aqua. Et tres quadragesimas, id est, quadraginta dies ante Pascha, & quadraginta dies ante festiuitatē sancti Ioannis Baptistę, & si ante festiuitatē aliquid remanserit, post adimpleat, & quadraginta dies ante Natalem dñi, in istis tribus quadragesimis, quicquid suo ori præparatur in cibo, vel in potu, vel cuiuscunq; generis sit, istud æstimet quanti præcij sit, vel esse possit, & medietatem illius precij distribuat in eleemosynam pauperibus & assiduè oret, & roget Deum vt oratio eius, & eius eleemosynæ apud Deum acceptabiles sint. *Ex eodē.*

Item redemptio illius anni quem in pane & aqua pœnitere debt. Cap. XXI.

Ex pœnitentiali Theodo.

ITem qui ieiunare nõ potest, & obseruare quod in pœnitentiali scriptum est, hoc faciat quod sanctus Bonifacius papa constituit. Pro vno die quem in pane & aqua ieiunare debet, roget presbyterum, vt Missam cantet pro eo, nisi sint crimina capitalia quæ confessa prius lauari cum lachrymis debent, & tunc ipse adsit & audiat Missam, & deuotè ipse offerat propriis manibus panem & vinum manibus sacerdotis, & intentè respondeat quantum sapit ad salutationes, & ad exhortationes sacerdotis, & humiliter Deum deprecetur, vt oblatio quam ipse & presbyter pro se & pro peccatis suis Deo obtulerunt, Deus omnipotens misericorditer per angelum suum suscipere dignetur. Et eo die excepto vino, & carne, & sagimine, comedat quicquid vult. Et sic redimat reliquos anni dies.

De illis qui ieiunare non possunt, & habent vnde redimere possint. Cap. XXII.

Ex eodẽ.

SI quis fortè non potuerit ieiunare, & habuerit vnde possit redimere, si diues fuerit pro septem hebdomadibus det solidos, XX. Si non habuerit vnde tantum dare possit, det solidos, X. Si autem multum pauper fuerit, det solidos tres. Neminem verò conturbet quia iussimus dare solidos, XX. aut minus: quia si diues fuerit, facilius est illi dare solidos, XX. quàm pauperi tres. Sed attendat vnusquisque cui dare debeat, siue pro redemptione captiuorum, siue super sanctum altare, siue Dei seruis, seu pauperibus, in eleemosynam.

De illis qui non possunt adimplere, quod in pœnitentiali scriptum est. Cap. XXIII.

Ex eodẽ.

QVi non potest sic agere pœnitentiam vt superius diximus, faciat sic: Si tres annos continuos ieiunare debet, & ieiunare nõ potest, sic redimere potest. In primo anno eroget in eleemosynam solidos viginti sex. In secundo anno eroget in eleemosynam solidos, XX. In tertio anno solidos, XVIII. Hoc sunt solidi, LXIIII. Potentes autem homines plus dare debent: quia cui plus cõmittitur, plus ab eo exigetur. Et qui illicita committunt, etiã à licitis se abstinere debent, & corpus debent affligere in-

iuniis, vigiliis, & crebris orationibus. Caro enim læta trahit ad culpam: afflicta autem reducit ad veniam.

De illis qui ieiunare non possunt, & non habent vnde redimere possint. Cap. XXIIII.

QVi ieiunare non potest & non habet vnde redimat & Psalmos nouit, pro vno die quem in pane & aqua ieiunare debet tribus vicibus: Beati immaculati, vsque, Ad dominũ cum tribularer decantet. Et sexies: Miserere mei Deus. Et septuagies prosternat se in terram, & per singulas genuflexiones, Pater noster decantet. Qui autem Psalmos nescit, pro vno die quem in pane & aqua ieiunare debet, centies prosternat se in terram, & per singulas genuflexiones, Pater noster dicat. *Ex pœnitentiali Bedæ presbyteri.*

De redemptione septem annorum. Cap. XXV.

ITem alio modo, XII. triduanæ singulæ cum psalteriis III. impletis, & cum palmatis, CCC. per singula psalteria excusant vnius anni pœnitentiam. Et vigintiquatuor biduanæ similiter, cum tres psalteriis impletis, & CCC. palmatis p singula psalteria, excusant duos annos, l XXV. psalmi cum totidem veniis per noctem, & cum palmatis, CCC. excusant biduanam. Centum psalmi cum veniis per noctem, & cum palmatis, CCC. excusant triduanã, CXX. missæ speciales, singulæ cum, III. psalteriis, & CCC. psalmatis excusant annum, centum solidi dati in eleemosynam annum excusant. *Ex pœnitentiali Romano.*

Vt in capite quadragesimæ omnes publicæ pœnitentes in ciuitatem veniant, & ante fores Ecclesiæ nudis pedibus, & cilicio induti, episcopo suo se representent. Cap. XXVI.

IN capite quadragesimæ omnes pœnitentes qui publicã suscipiunt aut susceperunt pœnitentiam, ante fores Ecclesiæ se representent episcopo ciuitatis, sacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram prostratis, reos se esse ipso habitu & vultu proclamantes. Ibi adesse debent decani, id est, archipresbyteri parochiarum, id est, presbyteri pœnitentũ, qui eorum conuersationẽ diligẽter inspicere debẽt, & secundũ modum culpæ, pœnitentiã per præfixos gradus iniugãt. Post hæc in Ecclesiam eos introducat, & cum omni clero septem pœnitentiæ Psalmos in terram prostratus *Ex cõcil. Agathen. cap. 9.*

cum lachrymis pro eorum absolutione decantet. Tunc resurgens ab oratione, iuxta quod canones iubent, manus eis imponat, aquam benedictam super eos spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum cooperiat, & cum gemitu & crebris suspiriis eis denunciet, quòd sicut Adam proiectus est de paradiso, ita & ipsi ab Ecclesia pro peccatis abiiciuntur. Post hæc iubeat ministris vt eos extra ianuas Ecclesiæ expellant. Clerus verò prosequatur eos cum Responsorio: In sudore vultus tui vesceris pane, &c. vt videntes sanctam Ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam atque commotam, non parui pendant pœnitentiam. In sacra autem domini cœna rursus ab eorum decanis, & eorum presbyteris, Ecclesiæ liminibus repræsententur.

Vt pœnitentes quando pœnitentiam petunt, impositionem manuum consequantur. Cap. XXVII.

Ex eodē cap. 7. POenitentes tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum, & cilicium super capita à sacerdote, sicut vbique constitutum est, consequantur. Si autem comas non deposuerint, aut vestimenta non mutauerint, abiiciantur.

Qua autoritate modus pœnitentiæ peccata confitentibus imponi debeat. Cap. XXVIII.

Ex cōcil. Mogūti, cap. 10. MOdus tempusq; pœnitētiæ peccata sua confitētibus, aut per antiquorum canonum institutionem, aut per sanctarum scripturarum autoritatem, aut per ecclesiasticā consuetudinem probatam imponi debet à sacerdotibus. Nam qui peccatis grauibus leues quosdā & inusitatos imponunt pœnitentiæ modos, consuunt puluillos secundum propheticum sermonem sub omni cubito manus, & faciūt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas: sed discretio seruanda est inter pœnitentes publicè, & absconsè. Nam qui publicè peccat, oportet vt publicè mereatur pœnitētia, & secundum ordinem canonum, pro merito suo excommunicetur, & reconcilietur.

Quòd diuersitas culparum, diuersitatem faciat pœnitentiarum. Cap. XXIX.

Ex dictis Augusti. DIuersitas culparum, diuersitatem facit pœnitentiarum. Nam & corporum medici, diuersa medicamen-

tacomponunt, vt aliter vulnera, aliter morbum, aliter tumores, aliter putredines, aliter caligines, aliter confractiones, aliter combustiones curent. Ita & spiritales medici, diuersis curationum generibus animarum vulnera sanare debent: sed quia hæc paucorum est, ad purum scilicet cuncta cognoscere, & curare, & mederi, atque vt in integrum salutis statum valeant reuocare, ideo solerter admonemus doctum quemque sacerdotem Christi, vt non ex suo sensu, sed secundum canonum statuta, & traditiones patrum vniuersa disponat, & conditionem vtriusque sexus, ætatem, paupertatem, causam, statum, personam cuiusque, pœnitentiam agere volentis, ipsum quoque cor pœnitentis inspiciat: & secundum hæc, vt sibi visum fuerit, vt sapiens medicus, singula quæque diiudicet.

Quòd multi sint fructus pœnitentiæ. Cap. XXX.

MVlti sunt pœnitentiæ fructus, per quos ad expiationem criminum peruenitur. Non enim tantum simpliciillo pœnitentiæ nomine, salus æterna repromittitur, vt illud apostolicum: Pœnitemini, inquit, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Et illud propheticum: Cùm conuersus ingemueris, tunc saluus eris, propter illum nudum gemitum, & propter illud nudum nomen pœnitẽtiæ, nullus saluabitur, sed per veram confessionem, & sacerdotis intelligentis cõsilium, & per charitatis affectum, & per eleemosynarum fructum, peccatorum moles subruitur. *Ex dictis eiusdem.*

Cur canones præfigant non perfecte pro vnoquoque crimine tempus & mensuram pœnitentiæ.

Caput XXXI.

MEnsuram autem temporis in agenda pœnitentia, idcirco non satis apertè prefigunt canones pro vnoquoque crimine, vt de singulis dicant, qualiter vnumquodque emendandum sit, sed magis in arbitrio antistitis intelligentis relinquendum statuunt: quia apud Deum non tam valet mensura temporis quàm doloris, nec abstinentia tantùm ciborum quàm mortificatio vitiorum. Propter quod tempora pœnitentiæ, fide & conuersatione pœnitentũ, abbreuianda præcipiũt, & negligentia protelanda existimant: tamen pro quibusdam culpis, modi pœnitẽtiæ sunt impositi, iuxta quos cæteræ perpendendæ sunt cul- *Ex dictis Hieronym.*

pæ, cum sit facilè per eosdem modos vindictam & censuram canonum æstimare.

De illis qui pœnitentiam sibi iniunctam adimplere festinant. Cap. XXXII.

Ex pœnitentiali Romano.

VNumquemq; hominem accedentem ad pœnitẽtiam si videris acriter & assiduè stare in pœnitentia, statim remissius age aduersus eum. Qui verò potest ieiunare quod impositum est ei, noli prohibere, sed permittere: magis enim laudandi sunt hi qui celeriter debitum pondus persoluere festinant: quia ieiunium debitum est pondus, & sic amandum his qui pœnitentiam agunt, quia si ieiunauerit, & compleuerit, quod illi mandatum est à sacerdote, purificabitur à peccatis. Quòd si iterum ad pristinam consuetudinẽ peccati reuersus fuerit, sic est quomodo canis qui reuertitur ad vomitum proprium. Omnis itaq; pœnitens nõ hoc solùm debet ieiunare quod illi mandatum est à sacerdote, verumetiam postquam compleuerit ea quæ illi iniuncta sunt, debet quantũ ipsi visum fuerit ieiunare. Si enim egerit ea quæ illi sacerdos præceperit, illa peccata tantùm quæ confessus est remittentur. Si verò posteà ex sua voluntate ieiunauerit, mercedem sibi acquiret, & regnum cœlorum. Qui ergo totam septimanam ieiunat pro peccatis, sabbato & dominica die manducet & bibat quicquid ei aptum fuerit: custodiat tamen se à crapula & ebrietate: quia omnis luxuria de ebrietate nascitur. Ideo beatus Paulus prohibuit dicens: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria: non quia in vino est luxuria, sed in ebrietate.

Vt quotiescunque aliquis ad pœnitentiam accesserit, sacerdotes ieiuniis & orationibus cum eis communicare debeant. Cap. XXXIII.

Ex pœnitentiali Theodo.

QVotiescunque Christiani ad pœnitentiam accedunt, ieiunia iniungimus, & nos communicare cum eis debemus in ieunio, vnam aut duas septimas, aut quantum possumus, vt non dicatur nobis quod sacereotibus Iudæorum dictũ est à domino: Vę vobis legisperitis, qui aggrauatis homines, & imponitis sup humeros eorũ onera grauia, & importabilia, ipsi autẽ vno digito vestro non tangitis sarcinas ipsas. Nemo enim potest subleuare cadentẽ sub põdere, nisi inclinauerit se vt porrigat ei manũ. Neq; vllus medicorum vulnera infirmãtium potest curare nisi fœtorib⁹ particeps

fuerit. Ita quoq; nullus ſacerdotũ, vel põtifex peccatorum vulnera curare poteſt, animab⁹ peccata auferre, niſi prę̃ſtã te ſolicitudine & oratione lachrymarum. Neceſſe eſt ergo fratres chariſsimi vos ſolicitos eſſe pro peccãtibus: quia ſumus alterutrũ membra. Ideoq; & nos ſi viderim⁹ aliquẽ in peccatis iacentem, feſtinemus eum ad pœnitentiam per noſtram doctrinam vocare. Et quotieſcunque dederis conſilium peccanti, ſimul quoq; da illi pœnitentiã ſtatim, quantum debeat ieiunare, aut eleemoſynis redimere peccata ſua: ne fortè obliuiſcaris quæ tibi iam dixit, & iterum neceſſe ſit tibi interrogare, & forſitan erubeſcet iterum peccata ſua confiteri, & inuenietur iam amplius iudicari.

Quòd contingat hominem interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccare.

Caput XXXIIII.

SEd & hoc emẽdatione indigere perſpeximus, quòd quidam dum confitentur peccata ſua ſacerdotibus non plenè id faciunt. Quia ergo conſtat hominem ex duabus eſſe ſubſtantiis, anima videlicet & corpore, & interdum animi motu, interdum carnis fragilitate peccatur, ſolerti indagatione debent inquiri ipſa peccata, vt vtriſque plena ſit confeſsio, ſcilicet vt & ea cõfiteãtur quæ per corpus geſta ſunt, & ea quibus in ſola cogitatione delinquitur. Inſtruendus eſt itaque peccatorum ſuorum confeſſor, vt de octo principalibus vitiis, ſine quibus in hac vita difficilè viuitur, confeſsionẽ faciat: quia aut cogitatione, aut, quod grauius eſt, opere, eorum inſtinctu peccauit: odium etenim, inuidia, ſuperbia, vel cæteræ huiuſcemodi animæ peſtes tantò periculoſius lædunt, quantò ſubtilius ſerpunt. *Ex cõcil. Cabillon. cap. 32.*

Vt pœnitentia abſque perſonæ acceptione imponatur.

Caput XXXV.

VT ſacerdos pœnitentiam imploranti, abſque perſonę acceptione, pœnitentiæ leges iniungat. *Ex cõcil. Cartha. cap. 74.*

De inceſtis occultè commiſsis. Cap. XXXVI.

SIquis inceſtum occultè commiſerit, & ſacerdoti occultè confeſsionem egerit, indicetur ei remedium canonicũ quod ſubire debuiſſet, ſi eius facinus publicatũ fuiſſet. Verùm quia latet commiſſum, detur ei à ſacerdote conſilium, vt ſaluti animæ ſuæ pro occulta pœnitentia proficiat, hoc *Ex dictis Auguſt.*

est, vt veraciter ex corde se grauiter deliquisse confiteatur, & per ieiunia & eleemosynas, vigiliasque ac sacras orationes cum lachrymis se purgare contendat, & sic se ad spem veniæ pro misericordia Dei peruenire confidat.

Vt inter pœnitentes publicè & obsconsè discretio seruanda sit. Cap. XXXVII.

Ex cõcil. Mogũti, cap. 21. VT discretio seruanda sit inter pœnitentes, qui publicè, & qui absconsè pœnitere debeant.

De illis qui negligunt pœnitentiam. Cap. XXXVIII.

Ex cõcil. Cartha. cap. 75. VT negligentiores pœnitentes, tardius recipiantur.

Vt pœnitentem ex corde magna exhilaratione sacerdotes susipere debeant. Cap. XXXIX.

Ex dictis Basilij episcop. POEnitentem ex corde ita oportet suscipi, sicut dominus ostendit, cum dicit: Quia conuocauit amicos suos, & vicinos, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quam perdideram.

Vt secundum differentiam peccatorum, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur. Cap. XL.

Ex cõcil. Africa. cap. 10. VT pœnitentibus secundum differentiam peccatorũ, episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur, & vt presbyter inconsulto episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absentia episcopi necessitate cogente. Cuiuscunque autem pœnitentis publicum & vulgatissimum crimen est, quod vniuersam ecclesiam cõmouerit, ante absolutam manus ei imponatur.

De his qui iam peccare cessauerunt, & perfectè pœnituerunt, vt communio eis in ipsa pœnitentia concedatur. Cap. XLI.

Ex cõcil. Laodicẽ. cap. 2. DE his qui diuersis facinoribus peccauerunt, & perseuerantes in oratione cõuersionem à malis habuere perfectam, pro qualitate delicti, talibus post pœnitentiæ tempus impensum, propter clemẽtiam & bonitatem Dei communio concedatur.

De lapsis quomodo eos fraterno affectu corripere, & consolari debeant, vt non incidant in insidias diaboli, & desperent. Cap. XLII.

Ex epist. Cathag. SEd si aliquis lapsus quoquo modo fuerit, portemus eum & fraterno corripiamus affectu, sicut ait beatus Apo-

ſtolus: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpiritales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris: Alter alteritus onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Porrò ſanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore permanſit. Beatus quoque Petrus amariſſimas lachrymas fudit, quando dominum negaſſe pœnituit, ſed tamen apoſtolus permanſit, & dominus per prophetam peccantibus pollicetur dicens: Peccator in quacunque die conuerſus ingemuerit, omnium iniquitatum illius amplius non recordabor. Errant enim qui puant ſacerdotes poſt lapſum, ſi condignam egerint pœnitentiam, domino miniſtrare non poſſe, & ſuis honoribus frui, ſi bonam deinceps vitam duxerint, & ſuum ſacerdotium condignè cuſtodierint. Et ipſi qui hoc putant, non ſolùm errant, ſed etiam traditas Eccleſiæ claues diſsipare, & abigere videntur. De quibus dictum eſt: Quæcunque ſolueris in terra, erunt ſoluta & in cœlo. Alioqui, hæc ſententia aut domini non eſt, aut non vera. Nos verò indubitanter tam domini ſacerdotes, quàm reliquos fideles, poſt dignam ſatisfactionem poſſe reuocari ad honores credimus, taſtante domino per prophetam. Nunquid qui dormit, non adiiciet vt reſurgat? Et qui auerſus eſt, non reuertetur? Et alibi: Nolo, inquit dominus, mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. Et propheta Dauid pœnitentiam agens, dixit: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Ipſe nanque poſt pœnitentiam & alios docuit, & ſacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus ſanctæ Eccleſiæ ſi lapſi fuerint, & ſi cõdignam pœnitentiam geſſerint, vtrunque facere poſſe, & offrrre, & alios docere.

De lapſis in ordinibus ſacris ſi reſtaurari poſſint. Cap. XLIII.

NAM tua ſanctitas inde à nobis requiſiuit, vt tibi reſcriberem de ſacerdotali officio poſt lapſum reſurgendi, dum dicis de hoc canones diuerſos te legiſſe, diuerſasque ſententias, alias reſurgendi, alias nequaquam poſſe. Nam nos generaliter à Nicæna ſynodo incipientes, hanc cum reliquis quatuor veneramur: quia ipſam ſequentes, cæteræ in cunctis ſententiis vnanimes concordant Nos ergo præcedentes patres ſequimur: quia autore

Ex rege. Gregor. pap. Secũdino ſeruo Dei reclu ſo.

Deo à ſacra doctrina illorum non diſcordamus. A capite itaque incipientes, vſque in quartũ altaris miniſtrum hanc formam ſeruandam cogcoſcimus: vt quia minorem maior præcedit, ſicut honore eſt maior, ita ſit in crimine, & quem maior ſequitur culpa, maior ei implicetur vindicta: & ſic poſtea pœnitentia credatur eſſe fructuoſa. Quid enim prodeſt triticum ſeminare, & fructum illius nõ colligere? Aut domum conſtruere, & non illic habitare. Poſt dignam enim ſatisfactionẽ, credimus poſſe redire ad honorem: Propheta dicente: Nunquid qui cadit non adiiciet vt reſurgat? Et qui auerſus eſt, non reuertetur? Idem & peccatori ait: In quacunque die conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris. Vnde & Pſalmiſta ait: Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua inuiſceribus meis. Ne proiicias me à facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Dum enim petiit ne à Deo proiiceretur, pro lapſi culpa, alienam quippe rex ſimul & propheta rapuiſſe ſe vxorem tremefactus exp uit, propheta indicãte flagitium ſuum, pœnitentiam agen addidit: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me. Si enim ipſe dignam Deo pœnitentiam nõ feciſſet, nequaquam aliis prædicaret. Ait enim: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te cõuertentur. Dum enim peccata ſua proſpexit propheta mundata per pœnitentiam, non dubitauit prædicãdo caſtigare aliena: & ſic ſacrificium de ſeipſo offerre Deo ſtuduit cum dicebat: Sacrificium Deo ſpiritus contribultatus. Ad hæc iſta ſufficerent: ſed omnis ſententia quo plus ſacrę ſcripturæ teſtimoniis confirmatur, facilius creditur. De hoc enim propheta dicit: Nolo mortẽ peccatoris: ſed vt conuertatur & viuat. De hoc peccãtibus dicitur: Peccator in quæcunque die conuerſus ingemuerit, omnes iniquitates eius in obliuionem traduntur. Si enim redemptor noſter, qui peccatores non perdere, ſed iuſtificare venit, in obluione peccantium delicta relinquit, quis hominũ condemnanda reſeruet, quũ Apoſtolus dicat: Si Deus iuſtificat, quis eſt qui condemnet? Ad fontem miſericordiæ recurrentes, Euangelicam proferamus ſentẽtiam: Gaudebo plus, inquit, ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, ſuper nonagintanouem iuſtis qui non indigent pœnitentia. Et ouem perditam, nonagintanouem, non errantibus relictis, humero ad ouile reportauit. Si ouis errans poſt inuen-

tionem,ad ouile humero reportatur,cur iſte poſt pœnitẽtiam ad Eccleſiæ miniſterium nõ reuocetur? Quid eſt ergo grauius carnale delictum admittere ſine quo non multi,ſed pauci inueniuntur, aut Dei filium timendo negare? In quo peccato ipſum beatum principem apoſtolorum Petrum,ad cuius nunc corpus indigni ſedemus,lapſum eſſe cognoſcimus. Sed poſt negationem pœnitentia ſequuta eſt,& poſt pœnitentiam miſericordia data: quia illum ab apoſtolatu non deiecit,quem ante ſeipſum negare prædixit.Tibi hæc,fili chariſſime,dicta ſufficiant,vt illum quem conſpicis delicta fletu delere, in cõſpectu diuinitatis non dubites miſericordiam conſequi: quia nullum peccantem reuerſum deſpicit, qui peccatores ſanguine ſuo redimere venit.Hinc etiam & beatus Auguſtinus ad Petrum diaconum de fide ſcribens,ait: Omni homini in hac vita eſſe poteſt vtilis pœnitentia, quam quocunque tempore homo egerit,quamlibet iniquus,quamlibet annoſus,ſi toto corde renunciauerit peccatis præteritis, & pro eis in conſpectu Dei,non ſolùm corporis, ſed etiam cordis lachrymas fuderit,& malorum operum maculas bonis operibus diluere curauerit,omnium peccatorum indulgentiam mox habebit.Hoc enim nobis dominus prophetico promittit eloquio,dicẽs:Si conuerſus fueris, & ingemueris, ſaluus eris. Et alio loco dicitur: Fili,peccaſti,ne adiicias iterum, ſed & de præteritis deprecare,vt tibi dimittantur. Nunquam peccanti eſſet indicta pro peccatis deprecatio,ſi deprecãti non eſſet remiſſio concedenda. Sed etiam pœnitentia peccatori tunc prodeſt,ſi eam in Eccleſia catholica gerat, cui Deus in perſona beati Petri ligandi, ſoluendique tribuit poteſtatem,dicens: Quæ alligaueris ſuper terrã,erũt ligata & in cœlis. Et quæcũque ſolueris ſuper terrã,erunt ſoluta & in cœlis.In quacũque igitur homo ætate veram peccatorum ſuorum pœnitentiam egerit, & vitam ſuam Deo illuminante,correxerit, non priuabitur indulgentiæ munere: quia Deus, ſicut per prophetam dicit, non vult mortem morientis, quantum vt reuertatur à via ſua mala,& viuat anima eius. Veruntamen nullus hominum debet ſub ſpe miſericordiæ Dei,in ſuis diutius remanere peccatis,cùm etiam in ipſo corpore nemo velit ſub ſpe futuræ ſalutis diutius ægrotare. Tales enim qui ab iniquitatibus

ſuis recedere negligunt,& ſibi de Deo indulgentiam re-
promittunt,nonunquam ita præueniuntur repentino Dei
furore,vt nec cõuerſionis tempus, nec beneficium remi-
ſionis inueniant.Ideo vnumquenque noſtrum ſancta ſcri-
ptura benignè præmonet,dicens : Ne tardaueris conuerti
ad dominum,& ne differas de die in diem:ſubitò enim ve-
niet ira eius,& in tẽpore vindictæ diſperdet te. Dicit etiã
beatus Dauid:Hodie ſi vocem eius audieritis,nolite obdu-
rare corda veſtra. Cui beatus quoque Paulus cõcordat his
verbis:Videte fratres,ne fortè ſit in aliquo veſtrũ cor ma-
lum incredulitatis diſcedendi à Deo viuo,ſed adhortamet-
ni voſmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognomi-
natur,vt nõ obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Ob-
durato igitur viuit corde,qui ſe non conuertit, deſperans
de indulgẽtia peccatorum, ſiue qui ſic miſericordiam Dei
ſperat,vt vſque in finem vitæ præſentis,in ſuorum crimi-
num peruerſitate remaneat.Proinde diligẽtes miſericor-
diam Dei,metuẽtesq; iuſtitiam,nec de remiſſione pecca-
torum deſperemus, nec remaneamus in peccatis: ſciẽtes
quia illa omnium hominũ debita ſit exactura æquitas iu-
ſtiſſimi iudicis,quæ non dimiſerit miſericordia clemẽtiſ-
ſimi redemptoris.Sicut enim miſericordia ſuſcipit,abſol-
uitq; conuerſos,ita iuſtitia repellet, & puniet obdurato.
Hi ſunt qui peccantes in ſpiritum ſanctum, neq; in hoc ſe-
culo,neque in futuro, remiſſionem accipiẽt peccatorum.
Nam & de hoc Iſidorus Iſpalẽſis epiſcopus ad inquiſitio-
nem Maſſonis epiſcopi,ita reſcripſit dicens:Verùm quod
ſequẽter in epiſtolis venerabilis fraternitas tua innotuit,
nulla eſt in huiuſmodi ſentẽtiis decretorum diuerſitas in-
telligenda,quod alibi legitur in lapſu corporali reſtaurã-
dum honoris gradum poſt pœnitentiã,alibi poſt huiuſmo-
di delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis gra-
dum poſt pœnitentiam:alibi poſt huiuſmodi delictum ne-
quaquam reparãdum antiqui ordinis meritum. Hæc enim
diuerſitas hoc modo diſtinguitur. Illos enim ad priſtinos
officii gradus redire canon præcepit,quos pœnitẽtiæ præ-
ceſſit ſatisfactio,vel digna peccatorum cõfeſſio. At contra
hi qui neque à vitio corruptionis emendantur, atque hoc
ipſum carnale delictũ quod admittũt, etiã vindicare qua-
dam ſuperſtitioſa temeritate nituntur,nec gradum vtique

honoris, nec gratiam communionis recipiunt. Ergo ita est vtraque dirimenda sententia, vt necesse sit illos restaurari in loco honoris, qui per pœnitentiã reconciliationem meruerunt diuinæ pietatis. Hi nec immeritò consequuntur adeptæ dignitatis statũ, qui per emendationẽ pœnitentiæ, recepisse noscuntur vitæ remediũ. Id enim ne fortè magis ambiguum sit, diuinæ authoritatis sententia confirmetur. Ezechiel enim propheta, sub typo præuaricatricis Hierusalem ostendit, post pœnitentiæ satisfactionem, pristinum restaurari posse honorẽ: Confundere, inquit, ô Iuda, & porta ignominiam tuam. Et post paululum: Et tu, inquit, & filiæ tuæ, reuertimini ab iniquitate vestra. Quòd dixit, confundere, ostendit post confusionis, id est, peccati opus debere quenquam erubescere, & pro admissis sceleribus verecundam frontem humi prostratam demergere, pro eo quòd dignũ confusionis perpetrauerat opus. Deinde præcepit, vt portet ignominiam depositionis suæ, lugens cum humilitate quòd peccauerat. Sicq; reuocari secũdum prophetam, ad priorem statum poterit.

Quòd anima, multis gentibus nobilior, sit deflenda, & multis vrbibus preciosior, quodq; non sit desperandum de venia. Cap. XLIIII.

Excerptũ de libro Ioannis Constãtinopol. ad Theodorum, cap. 59.

QVIS DABIT capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Opportunius multò nunc à me, quàm tunc à propheta Dei dicitur. Licet enim non vrbes multæ, nec gens integra lamentanda sit, anima tamen flenda est multis gentibus nobilior, multisq; vrbibus preciosior. Nam si vnus qui fecerit voluntatem Dei, melior est, quàm multitudo iniquorũ: melior ergo, & tu eras quondam, quàm multitudines Iudæorum. Propter quod nemo miretur, si fortè prolixioribus ego nunc vtar lamentationibus, & amariores profundã fletus, quàm tunc propheta profudit. Non enim vrbis, vt dixi, captæ excidia defleo, nec vilis vulgi captiuitatẽ lamẽtor, sed insignis animæ lapsum, & tẽpli in quo Christus habitat excidium. Hæc enim lamẽtatio insignis animæ quam ego defleo, tãtò illa est durior & amarior, quãtò & verior. Inde vtiq; est, quòd ego irremediabiliter plango, quia noui: & inceſſabiliter lugeo, dum recordor. Vsquequo iterũ te tripudiare videã, ad prioris gloriæ statum? Quòd etsi apud homines im-

possibile videtur: apud Deum tamẽ omnia possibilia sunt. Ipse est enim qui alleuat de terra inopẽ, & de stercore erigit pauperẽ, vt collocet eum cum principibus populi sui. Ipse est qui sterilem facit matrem super filios lætantem. Nõ ergo dubites, neque desperes mutari te posse in melius. Si enim tantùm potuit diabolus, vt à celsis virtutum fastigiis, in profundum te duceret malorum: quantò magis poterit Deus ad bonorum verticem reuocare, & non solùm in id te restituere quod fuisti, sed beatiorem multò quàm prius videbaris, efficere. Tantùm est ne concidas animo, neque spem abscindas bonorum. Ne quæso, ne accidat tibi quod impiis solet. Nõ enim peccatorum multitudo in desperationem adducit animam, sed impietas. Impiorum ergo est desperare salutem, non peccatorũ. Vnde diuina misericordia pollicetur, dicens: Gaudium erit in cœlo coram angelis Dei super vno peccatore. Et post pauca: Stantibus, si ceciderint, minatur pœnam: lapsis, vt surgere appetant, promittit misericordiam. Illos terret, ne præsumant in bonis: illos refouet, ne desperent in malis. Iustus es, itã pertimesce, ne corruas. Peccator es, præsume de misericordia vt surgas. Et sicut lapsus grauissim⁹ ceruicibus animæ incumbẽs, semper eam deorsum in terram cogit aspicere, ad Deum verò sursum non sinit oculos leuare: sic virilis animæ suum pondus, vt ait Propheta: Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Et enim mulier illa, quæ in Euangeliis dragmam quam perdiderat, inuenit, conuocat amicas, & vicinas, vt cungratulentur ei. Et ego conuocabo amicos tuos, meosq́; & vicinos nostros deprecabor eos conuenire, vt non gaudeant, sed vt lugeant mecũ, nec vt gratulentur, sed vt lamententur, & ingentem plãctum subleuatis ad cœlum vna mecum vocibus reddant, dicẽdo ad eos: Vlulate mecum amici, plangite, & profundite fontes fletuum: non quia auri pondus immensum, nec talẽta auri perdiderim, sed quia horum omniũ charior, & omni auro gemmarum, omniq́; nobilitate preciosior amicus, nescio quomodo lapsus, vsq; in ipsum fertur perditionis profundum. Noli desperare de lapsu, ne cadas. Qui enim aliũ desperat, habet veniã. Qui verò desperauerit semetipsum, nullam: quia ille nõ est dominus mẽtis alterius. Sicut ergo

& anima, si semel salutē suam cœperit desperare, iam nec intelligit quomodo, vel in quæ mala præcipitetur: ita & qui desperatione capti sunt, intolerabiles fiunt, & per omnes malitiæ vias discurrūt. Exurge, exurge quæso, expergiscere aliquādo: & diabolicam hanc depone temulentiā. Parce cunctis, qui pro tua desperatione desperant, ne putent se viam virtutis incedere, si te ad eam rediisse non videant. Respice quæso te, quantus nunc mœror omniū sanctorum fratrū habeat chorum, & quanta lætitia atq; exultatio incredulis fiat, quantaq; eis ad præcipitia luxuriæ decrescat authoritas. Nec erit post hæc aliquis, qui quolibet lapsu deiectus, non statim resurgere cupiat, & statim se reparare festinet.

Quòd nullus à consolatione vulnerati fratris se subtrahere debeat. *Cap. XLV.*

VBI est misericordia Christianæ religionis, quam magister noster sacrificio docuit esse meliorem? Ecce iacet frater ab hoste percussus, adhuc forsitan palpitans, & vos quasi sine vulnere reuertimini, nec consolationem plagæ illius deferre tentatis? Nolite esse sine formidine, fratres, fortiorem percussit inimicus, vt facilior ei aditus esset ad reliquos. Vt quid ergo spernitis vulneratū, aut si cut putatis & mortuum? Melior concubina Saul filia Respha, quæ corpora defunctorū, quos Dauid pro Gabaonitarū vltione percusserat, eo vsque accincta sacco, hoc est, cilicio custodiuit, donec eis roraret aqua de cœlo, id est, donec pro venia eorum misericordiæ cœlestis scintilla defluxerat. Melior fuit ille Iudas Machabæus, qui etiam pro mortuis fratribus orationem credidit esse faciendā: quos damnata de Iamnia ciuitate idolorum dona prostrauerāt. Vt quid rogo medicus noer inter librorum suorum loculos tot cōstituet genera pigmentorum? Si nihil est ex emplastris eius, quo sanari possit vulnus quod percussit inimicus: & si placet, aperiamus scholam medicinæ nostræ, & à principio canonis vulnerum, ac medicaminū species perquiramus. Ecce in ipsius introitu scholæ occurrunt illi feminis carnalis authores, qui venenato serpentis dente percussi, non statim pœnæ mortis addicti sunt, sed eiecti de paradysi deliciis, id est, de Ecclesiæ libertate, & sacri communione ministerii.

Itē Ioannes Constantinop. ad eūdem Theodorum de lapsu Bacharij. ca. 60.

De eadem re. Cap. XLVI.

Itẽ eiusdem.

VNDE vides quia sic peccati cõtagione maculamur. Ne quæso beatissime mihi, fratrẽ nostrum in profundum putei sub iniqui principis potestate demersum, desperationis lapidibus obruamus. Imitemur illum Aethiopem, qui sanctum Hieremiã in lacu ab iniquo rege demersum, assumptis XXX. hominum auxiliis, & missis ad eum pannis & funibus veteribꝰ liberauit. Facilisne esto ad lapsum, ruinamq; miserorum. Porrige manũ iacenti fratri, qui cõfusus pudore peccati, nec erigere se, aut oculos audet, attollere. Comple legem Mosi. Cecidit asinus fratris subpõdere, hoc est, caro euicta peccato, acclina te, & humilia, & subleua de ruina. Quid erubescis coniungi homini peccatori? Respice illum qui dicit: Noli nimium esse iustus. Magister noster à latronibus vulneratum non solùm curã dignum iudicat, verumetiam ad stabulũ suum & ouile perduxit. Et tu ergo collige fratrem, quẽ diabolus latro percussit. Cõsigna stabulario, id est, beato episcopo, qui si quid in eo impenderit, amplius à domino consequetur.

De eadem re. Cap. XLVII.

Itẽ idem.

EVangelicus sermo dixit: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum solus. Si te audierit, lucratus es eũ, & cætera quæ continet sermo præcepti. Vide quid dicit. Ne exhilarentur filii incircuncisorum. Filii enim incircuncisorum, sunt homines seculi, in præputii sui errore, & gentilitate viuentes. Hi ergo exhilarantur, cùm audiũt ruinam militis Christi. Peccatum igitur cæletur, & adhibeatur emendatio. Nos enim consolationis linteamina, & cœlestis spei pigmenta tribuamus. Ipse autem infra sepulchrum secreti sui cõfessus peccati pudore cõtineatur, vbi cõscientiæ verme laceretur: qui totas in eo oblingat putredines peccatorum, donec nullũ ex se fœtorẽ famæ turpis emittat.

De eadem re. Cap. XLVIII.

Ex epist. Ioannis Constãtinopol. ad Theodorum.

QValiter rogo, de misericordia domini possumꝰ desperare, qui etiam Pharaonem arguit, quare nequaquam pœnitere dignatus sit, dicens: Brachia Pharaonis regis Aegypti cõtriui, & non est deprecatus, vt dãretur in eo sanitas, & redderetur ei virtus ad comprehendendum gladiũ. Salomõ ille mirabilis, qui meruit assistrici [illegible]

hoc est sapientiæ Dei copulari, in alienigenarum incurrit amplexus, & vinculis libidinis laqueatus, etiam sacrilegij horrore se polluit: quia simulachrum Cathmos Moabitico idolo fabricauit. Sed quia per propheticam vocem culpam erroris agnouit, nunquam misericordiæ cœlestis extorris est. At forsitan dicas: In neutro testamento lego neque eũ pœnituisse, neque misericordiam consequutum.

Post pœnitentiam neminem ad clericatum admittendum. Cap. XLIX.

Ex decre. Syricij papæ, cap. 14.

ILlud quoque nos par fuit pręuidere, vt sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum: ita & post pœnitudinem ac reconciliationem, nulli vnquam laico liceat honorem clericatus adipisci: quia quamuis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum.

Grauibus criminibus implicitos ad clerum admissos, magnis quoque vitijs inuolutos clericos officio non motos, comperit Gelasius. Cap. L.

Ex decre. Gelasij papæ, cap. 18.

COmperimus etiam, horrendis quibusdam criminibus implicatos, tota discretione summota, non solùm de factis atrocibus necessariam pœnitudinem non habere, sed nec aliqua correptione penitus succedente, ad diuinum ministerium honoremque contendere. Nonnullos autem in ipsis ordinibus constitutos, grauibus delinquentes facinoribus non repelli, cùm & Apostolus clamet: Nemini citò manus imponendas, neque communicandum peccatis alienis: & maiorum veneranda constituta pronuncient, huiusmodi etiam si fortè subrepserint, tam qui ante peccauerunt, deiectos oportere depelli, quàm sacræ professionis oblitos, prævaricatoresque sancti præpositi, proculdubiò submouendos.

De illis qui loca sanctorum sub prætextu religionis inconsultè peragrant. Cap. LI.

Ex conci. Cabillon. cui interfuit Carolus imper. cap. 45.

NAm & quibusdam qui Romam, Turonumve, & alia quædam loca sub prætextu orationis inconsultè peragrant plurimum erratur: sunt presbyteri & diacones, & cæteri in clero constituti, qui negligenter viuentes

in eo purgari se à peccatis putant, & ministerio suo fungi debere si præfata loca attingant. Sunt nihilominus laici qui putãt impunè se, aut peccare, aut peccasse: quia hæc loca oraturi, frequentant. Sunt quidam potentum qui acquirendi census gratia sub prætextu Romani, siue Turonici itineris multa acquirunt, multos pauperum opprimunt, & quod sola cupiditate faciunt, orationum siue sanctorum locorũ visitationis causa se facere videri affectant. Sunt pauperes qui vel ideo id faciunt, vt maiorem habeant materiam mendicandi, de quorum numero sunt illi qui circumquaque vagantes illo sepergere mentiuntur: vel quia tantum sunt vecordes, vt putẽt se sanctorum locorum solaui sione à peccatis purgari, non attendentes quòd ait beatus Hieronymus: Non Hierosolymam vidisse, sed Hierosolymis bene vixisse, laudandum est. De quibus omnibus imperatoris, qualiter sint emendanda, sententia expectetur. qui verò peccata sua sacerdotibus in quorũ sunt parochiis confessi sunt, & ab his agendæ pœnitentiæ consilium acceperunt, si orationibus insistendo, eleemosynas largiendo, mores componendo, vitam emendando, apostolorum limina, vel quorumlibet sanctorum inuisere desiderãt, horum est deuotio modis omnibus collaudanda.

De omni peccatore, quoties ceciderit, quòd totiesre-surgere debeat. Cap. LII.

Ex dictis Sosii cuiusdam eremit.

DVm quidam frater abbatem Sosium tali sermone sciscitãter requireret dicens: Quid faciam pater quoniã cecidi? Illo respondit: Surge inquit. Illo verò se exurrexisse, & iterum cecidisse professo, respondit: Iterũ adhuc surge. Cùm autem frater frequenter surrexisse & frequenter cecidisse narraret, eodem verò senex vtebatur sermone exclamans, ne desistas surgendo. Cui frater ait: Vsquequo possum surgere pater explana? Senex dixit: Vsquequo, aut in bono opere, aut in malo depressus occumbas. In quo enim opere fuerit homo depressus, in eo iudicabitur.

Vt iustum sit omni homini quòd se reprehendat.

Ex dictis Pimeni cuiusdam eremitæ.

Caput LIII.

QVidam frater requisiuit abbatem Pimenem, dicens: Quid est pater quod dicit Apostolus: Omnia munda mundis? At ille dixit ei: Si quis ad hunc sermonem perue-

nire potuerit, vt eum intelligat, videbit se minorem esse totius creaturæ. Cui frater: Et quomodo possum minorem me videre ab eo qui homicida est? Respondit senex: Si potuerit homo ad hunc sermonem Apostoli peruenire, & viderit hominem qui fortè occidit alium, dicit in semetipso: Iste quidem hoc solùm peccatū fecit: ego autem omni hora homicidium committo, me ipsum interficiens, & cùm frater requireret quomodo hoc possit fieri. Respondit: Hæc sola est hominis iustitia, vt semetipsum reprehendat. Tunc enim iustus est, cùm sua peccata condemnat.

Vt nullus fratrem condemnet, antequam Deus illum diiudicet. Cap. LIIII.

VEnit aliquando abbas Isaac in cœnobio, & vidit illic fratrem negligentem: & iratus iussit eum expelli de cœnobio. Quum ergo regrederetur ad habitaculum suum, venit angelus domini & stetit ante ostium cellulæ eius, dicens: Non te permitto ingredi. At ille rogabat vt eius culpa manifestaretur. Et respõdens angelus, dixit: Deus trãsmisit me, dicens: Vade, dic Isaac: Vbi iubes vt mittamus illum fratrem qui peccauit? At ille mox egit pœnitẽtiam, dicens: Peccaui domine, indulge mihi. Et dicit ei angelus: Exurge, indulgeat tibi dominus: sed ne iterum hoc facias vt quenquam condemnes, antequam Deus illum diiudicet. Tulerunt homines sibi iudicium, & non mihi illud dimittunt, dicit dominus. Hoc autem dictum est: quia si contigerit de illis perfectis aliquem, vel in paruo peccare, non mox prodatur. *Ex dictis cuiusdam eremitæ.*

Quòd iusta obedientia iustis muneribus remuneretur. Caput LV.

QVidã ex patribus in extasi positus, vidit quatuor ordines ante Deum: & primus quidem ordo erat hominum infirmantium, & gratias agentium Deo. Secundus verò erat eorum qui hospitalitatem sectantur, & in hoc ministrant. Tertius verò illorum qui solitudinẽ sectantur. Quartus verò illorum qui propter Deum in obedientia subiecti sunt patribus. Erat ergo illis tribus ordinibus hic ordo superior qui obedientiam exhibebat, & habebat torquem aureum, & maiorem gloriam præ cęteris possidebat. Dicit autem senex ei qui sibi hoc in extasi demõstrabat, quia isti alij omnes habẽt aliquam requiẽ ad implẽdas *Ex dictis cuiusdam eremitæ.*

proprias voluntates. Hic ergo qui obedientiam exercet, omnes voluntates relinquit, totus pendet in voluntate patris iubentis, & ideo maiorem gloriam præ cæteris eli sortitus.

De illis qui ex industria peccant, & promittunt sibi quandam impunitatem peccandi propter largitionem eleemosynarũ. Cap. LVI.

Ex cõcil. Cabillon. cap. 36.

SEd nec hoc prætereundum putauimus quòd quidam ex industria peccantes, propter eleemosynarum largitionem quandam sibi promittunt impunitatem. Eleemosyna enim extinguit peccatum, iuxta illud: Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna extinguit peccatum Sed ea quæ aut necessitate, aut casu, aut qualibet fiunt fragilitate. Ea verò quæ ex industria ad cuiuslibet libidinem explendam idcirco fiunt vt eleemosynis redimantur, nequaquam eis redimi possunt: quia qui hoc perpetrant videntur Deum mercede conducere, vt eis impunè peccare liceat. Non ergo idcirco quis peccare debet, vt eleemosynam faciat: sed ideo eleemosynam facere debet, quia peccauit. Mentem enim & corpus quæ libido traxit ad culpam, afflictio & contritio debet reducere ad veniam.

De his qui peracta pœnitentia ad pristina redeunt volutabra. Cap. LVII.

Ex decre. Syricij papæ, ca. 10

DE his verò non incongruè dilectio tua apostolicam sedem credidit consulendam, qui peracta pœnitentia, tanquam canes ac sues, ad vomitus pristinos, & ad volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludicras voluptates, & noua coniugia, & inhibitos denuò appetiere cubitus, quorum professam in continentiam generati post absolutionem filij prodiderunt. de quibus: quia iam suffragium non habent pœnitendi, id duximus decernendum, vt sola intra Ecclesiam fidelibus oratione iungantur, sacramysteriorum celebritati, quamuis nõ mereãtur, interesse. A dominicæ autem mensæ conuiuio segregentur, vt hac saltem districtione correcti, & ipsi sua errata castigent, & aliis exemplum tribuant, quatenus ab obscœnis cupiditatibus retrahantur: quibus tamen quoniam carnali fragilitate ceciderunt, viatico mœnere, cùm ad dominum cœperint proficisci, per communionis gratiam volumus subue-

nire. Quam formam & circa mulieres, quæ se post pœnitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt, seruandam esse censemus.

De pœnitente fœmina quæ defuncto viro aliis nubere præsumpserit. Cap. LVIII.

PŒnitentes fœminæ quæ defunctis viris aliis nubere præsumpserint, vel suspecta, vel interdicta familiaritate cum extraneo vixerint, cum eodem ab Ecclesiæ liminibus arceantur. Hæc etiam de viris in pœnitentia positis placuit obseruari. *Ex cõcil. Aralatẽ. cap. 2.*

Quòd in danda pœnitentia nulla sit personarum acceptio. Cap. LIX.

QVia igitur Apostolo teste non est personarum acceptio apud Deum, & in omnibus iudiciis seruanda nõ est, multò magis in hoc pœnitentiæ iudicio precaueri debet, vt nullus sacerdotum vnquam, aut gratia, aut odio alicuius personæ secus iudicet, quàm quod in canonibus sacris inuenerit: aut quod illi secundum sanctarũ scripturarum autoritatem, & ecclesiasticam consuetudinem rectius visum fuerit. Si ergo medici qui corporibus medicinam inferre conantur, nequaquam propter personæ cuiuslibet acceptionem his quos sanare cupiunt, cauterio, aut ferrõ, aut duris aliis quibuslibet rebus parcunt: multò magis his obseruandum est, qui non corporum sed animarum medici existunt, neque enim pensanda est pœnitentia quantitate temporis, sed ardore mentis, & mortificatione corporis. Cor autem contritum & humiliatum Deus non despicit. *Ex cõcil. Cabillon. cui interfuit Carolus imperator, ca. 34.*

De illis qui peccata sua sine condigna pœnitentia sibi relaxari falluntur. Cap. LX.

QVisquis ergo malorum operum sine condigna pœnitentia quenquam veniam à Deo percipere posse dixerit, penitꝰ errat, & cùm deceptus, alios decipere festinat, duplici noxa constringitur: hoc est, proprij erroris, & alienæ deceptionis. *Ex dictis Augustꝰ.*

Quòd tam diu laborare quisque debeat donec possideat Christum. Cap. LXI.

VSque tunc laborare debet homo, vsquequo possideat Christum. Qui autem illum semel adeptus fuerit, *Ex dictis Gregor.*

iam non laborat. Permittit tamen dominus laborare electos suos, vt rememorentur tribulationum laboris, vnde semetipsos custodiant, timentes ne tantos labores amittant. Nam & filios Israël ideo Deus per desertum quadraginta annis circunduxit, vt rememoratis tribulationibus non redirent retrorsum.

Vt nullus episcopus seu presbyter alterius pœnitentem sine literis sui episcopi, suscipiat. Cap. LXII.

Ex epist. Fœlicis papæ, ca. 2.

CVrandum verò maximè & omni cautela prævidendum, ne quis fratrum coepiscoporumque nostrorum aut etiam presbyterorum in alterius ciuitate vel diœcesi pœnitentem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum qui reconciliatum se esse dixerit, sine episcopi vel presbyteri testimonio, & literis, ad cuius pertinet parochiam, suscipiait.

Vt pœnitentes secundum canones nisi peracta pœnitentia communicare non debeant. Cap. LXIII.

Ex decre. Pij papæ, cap. 2.

POenitentes non debent communicare ante consummationem pœnitentiæ.

Quòd pro ethnico & publicano sit habendus, qui pro peccato commisso pœnitere noluerit. Caput LXIIII.

Ex dictis August.

ERga eum qui pro peccato commisso non pœnitet, tales esse debemus, sicut dominus præcepit dicens: Sit tibi sicut ethnicus & publicanus, & sicut Apostol. iubet. Subtrahite, inquit, vos ab omni fratre inordinatè ambulante, secundum traditionem quam tradidi vobis.

Quòd à licitis se abstinere debeat, qui illicita se commisisse meminerit. Cap. LXV.

Ex dictis Gregor. papæ.

QVi se illicita meminit commisisse, à licitis etiam studeat abstinere: quatenus per hoc conditori suo satisfaciat, vt qui commisit prohibita, sibimetipsi abscindere debeat etiam concessa.

Vt nullus post pœnitentiæ actionem ad militiam secularem redire debeat. Cap. LXVI.

Ex epist. Leonis papæ, ca. 25.

COntrariũ est omnino ecclesiasticis regulis, post pœnitentiæ actionem redire ad militiã secularem. Cùm Apostol. dicat: Nemo militans Deo, implicat se secularibus

negociis. Vnde non est liber à laqueis diaboli, qui se militiæ mundanæ voluerit implicare.

De illis qui relicto religionis proposito ad seculum redeunt Cap. LXVII.

HI qui post sanctæ religionis propositum apostatant, & ad seculum redeunt, & postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, communionẽ non accipiant sine pœnitentia, quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti, & quicunque ille est post pœnitentiam habitum secularem non præsumat. Quòd si præsumpserit: ab Ecclesia alienus habeatur. *Ex cõcil. Arelatẽ ſi, cap. 3.*

Quòd nullus religiosus & sanctus careat peccato. Caput LXVIII.

NVllus sanctus & verus caret peccato: nec tamen ex hoc desinit esse iustus vel sanctus, cùm affectu teneat sanctitatem. Non enim naturæ viribus, sed propositi adiumento per Dei gratiam acquirimus sanctitatem: & ideo veraciter se omnes sancti pronunciant peccatores: quia in veritate habent quòd plangant, & si non reprehensione conscientiæ, certè mobilitate, & mutabilitate prævaricatricis naturæ. *Ex dictis Auguſt.*

Vt pœnitentes à conuiuiis & ornamentis abstinere debeant. LXIX.

QVòd pœnitentes à conuiuiis & ornamentis, atque alba veste abstinere debeant, & discordes pellantur ab Ecclesia, donec ad pacem redeant. *Ex decr. Lucij papæ, cap. 5*

Vt presbyter pœnitentem non reconciliet, nisi episcopus suus iubeat. Cap. LXX.

VT presbyter non interrogato episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absentia episcopi, necessitate compellente. *Ex cõcil. Africa. cap. 30.*

Vt nullus ex Ecclesiastico ordine per manus impositionem remedium accipiat pœnitendi. Caput LXXI.

ALienum est autem à consuetudine Ecclesiastica, vt qui in presbyterali honore, aut in diaconij gradu fuerint consecrati: hi pro crimine aliquo suo per manus impositionem remediũ accipiant pœnitendi Quod sine dubio ex apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est: Sacerdos si peccauerit quis orabit pro illo? Vnde *Ex decr. Leonis papæ ad Ruſticũ, ca. 16.*

huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei priuata est expetenda secessio. Vbi illis satisfactio si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

Vt ordinati in grauioribus peccatis deprhensi, non manus impositionem, vt laici accipere debeant.

Caput LXXII.

Ex cõcil. Cartha. cap. 27.

ITem confirmatum est, vt si quando presbyteri vel diaconi in aliqua grauiore culpa conuicti fuerint, qua eos à ministerio necesse sit remoueri, nõ eis manus tanquam pœnitentibus vel tanquam fidelibus laicis imponatur, neq; permittendum vt rebaptizati ad clericatus graduum promoueantur.

De clericis qui corporali delicto delinquunt si restaurari possint. Cap. LXXIII.

Ex epist. S. Isidor. ad Massonem.

NVlla est in huiuscemodi sententiis decretorum diuersitas intelligenda, quòd alibi legitur in lapsu corporali restaurandum honoris gradum post pœnitentiam. Alibi post huiusmodi delictum, nequaquam reparãdum prioris ordinis meritum, hæc enim diuersitas hoc modo distinguitur. Illos enim ad pristinos officij gradus redire præcepit canon, quos pœnitentiæ præcesserit satisfactio, vel digna peccatorum confessio. At contrà hi qui neque à vitio corporis emendantur, ad hoc ipsum carnale delictum quod admittunt, etiam vindicare quadam superstitiosa temeritate nituntur, nec gradum vtiq; honoris, nec gratiam communionis recipiant.

De his qui altario Dei deseruiunt, si subitò flenda carnis fragilitate corruerint. Cap. LXXIIII.

Ex cõcil. Euerdẽsi, cap. 5.

HI qui altario Dei deseruiunt, si subitò flenda carnis fragilitate corruerint, & domino respiciente dignè pœnituerint, ita vt mortificato corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerant: maneat in potestate pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore, ab Ecclesiæ corpore segregare: ita tamen, vt sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia vlterius promoueri: quòd si iterato velut canes ad vomitum reuersi fuerint, & velut sues in voluptatis immersi iacuerint, non solùm dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem non nisi in exitu, percipiant.

Quòd cõiugati in quadrageſima abſtinere debeant ab vxoribus. Cap. LXXVI.

QVi in quadrageſima ante Paſcha cognouerit vxorem ſuam, & noluerit abſtinere ab ea, vnum annum pœniteat, aut precium videlicet viginti quinque ſolidorum ad Eccleſiam tribuat, aut pauperibus diuidat. Si per ebrietatem, & ſine conſuetudine acciderit, quadraginta dies pœniteat. *Ex cõcil. Elibertã. cap. 5.*

De illis qui in quadrageſimæ diebus carnem manducare præſumunt Cap. LXXVI.

QVicunque in Quadrageſimæ diebus eſum carnium præſumpſerit attentare, non ſolùm reus erit reſurrectionis dominicæ, verumetiã alienus ab eiuſdem diei ſancta communione. Et hoc illi cumuletur ad pœnam, vt in ipſius anni circulo ab omni eſu carnium abſtineat: quia ſacris diebus abſtinentiæ oblitus eſt diſciplinam. *Ex cõcil. Toletan.*

De fratre non peccante ad mortem, & ad mortem. Caput LXXVII.

QVi ſcit fratrem ſuum pecccare non ad mortem, poſtulet pro eo, & dabit ei vitam Deus. Si quis vſque ad mortem peccat, quia eſt peccatum vſque ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. *Ex epiſt. Ioannis Euangel.*

Quòd difficilè ſit grauiter peccanti ſub gradu manere in gradu. Cap. LXXVIII.

QVicunque dignitatem gradus diuini non cuſtodiunt, contenti fiant animam ſaluare: reuerti enim in eum gradum in quo anteà fuerant, difficilè eſt. *Ex dictis Hieronymi.*

De eadem re. Cap. LXXIX.

QVi ſub gradu peccat, debet excommunicari: quia magna eſt dignitas huius nominis: tamen poteſt redimere animam ſuam poſt pœnitentiam, ad priorem enim gradum venire difficile eſt. *Ex dictis Baſilij epiſcop.*

De eadem re. Cap. LXXX.

QVi ſub gradu cecidit, poſt pœnitentiam contentus ſiat baptizare, communionem infirmis dare, & altario tantummodo miniſtrare.

De eadem re. Cap. LXXXI.

Ex dictis S. Isidor. ISidorus in Euangelio Epheſi præpoſitum, id eſt, ſacerdotem oſtendit iuxta Malachiam qui dicit: Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum eſt. Candelabrum enim angeli doctrina ſacerdotis, vel honor poteſtatis, quam geſtat intelligitur. Candelabrũ enim ſacerdotis: quia chariſmata intelliguntur honoris, tunc penitus iuxta Ioannem mouetur, quando poſt delicta, neglecta pœnitentia, admiſſa ſcelera non deflentur. Non enim dicit, quia cecidiſti mouebo candelabrum tuum, ſed niſi pœnitentiam egeris, mouebo candelabrum tuum.

Quòd poſt ſeptem annos pœnitentem ſacerdotem cenſura canonum in priſtinum ſtatum remeare præcipiat. Cap. LXXXII.

Itẽ idem. CAnonum cenſura poſt ſeptem annos remeare pœnitentem ſacerdotem in ſtatum priſtinum præcepit, nõ expletione proprij arbitrij, ſed potius ex ſententia diuini iudicij. Nam legitur, quia Maria ſoror Aarõ prophetiſſa, dum obtrectationis aduerſus Moſen incurriſſet delictum, illico ſtigmate lepræ percuſſa eſt. Quumque petiſſet Moſen vt emundaretur, præcepit eam extra caſtra egredi ſeptem diebus, & poſt emundationem rurſus eam caſtris reuerti. Maria ergo ſoror Aaron caro intelligitur ſacerdotis. Quæ dum ſuperbiæ dedita ſordidiſsimis corruptionum maculatur et roribꝰ moretur extra caſtra ſeptem diebus, id eſt, à collegio Eccleſiæ ſanctæ ſeptẽ annis proiiciatur, quibus poſt emendationem vitiorum, loci ſiue priſtinæ dignitatis recipiat meritum.

De populi neceſſario quòd inultum ſoleat præterire. Cap. LXXXIII.

Ex decr. Innocẽtii papæ epiſcopis de Macedonia miſsis PRæuideat ergo dilectio veſtra hactenus talia tranſiſſe, & aduertite quòd vtique vt dicitis neceſsitas imperauit in pace etiam Eccleſias conſtitutas non poſſe præſumere, ſed vt ſæpe accidit, quoties à populis, aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non poteſt vindicari inultum ſolere tranſire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, de reliquo maxima ſolicitudine præcauendum, non enim hic, vt mihi videtur, iſte doctor apoſtolicus dicit non neceſſariam eſſe populo pro malè cõmiſsis agere pœniten-

tiam,sed quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari,priora dimittenda Dei iudicio,de reliquo maxima solicitudine præcauendum,ne fiant.

De illis qui scabiem,aut vermiculos comedunt,vel vrinam bibunt. Cap. LXXXIIII.

QVI comedit scabiem,aut vermiculos,qui pediculi dicuntur,vel vrinã bibit, siue stercora comedit: si infantes sint,vel pueri,vapulẽt,si in virili ætate,viginti dies pœniteant:& vtrique cum impositione manus episcopi sanentur. *Ex pœnitentiali Bedæ.*

De illis qui animalia à bestijs dilacerata, vel laqueis strangulata comedunt. Cap. LXXXV.

ANimalia quæ à lupis,seu canibus lacerãtur, non sunt comedenda,nec ceruus,nec capreus, si mortui inuẽti fuerint,nisi fortè ab homine adhuc viua occidantur prius,sed porcis & canibus dentur. Aues verò & cætera animalia,si in retibus stragulantur,non sunt comedenda:nec si accipiter oppresserit,& si sic mortua inueniuntur: quia in Actibus apostolorũ præcipitur abstinere à fornicatione,à sanguine,& suffocato,& idololatria. *Ex pœnitentiali Theodori.*

De apibus,si occiderint hominem. Cap. LXXXVI.

APES si occidunt hominem,ipsæ quoque occidi festinentur,mel tamen manducetur. *Ex eodẽ.*

De porcis & gallinis,si sanguinem hominis comederint. Cap. LXXXVII.

SI porci vel gallinę sanguinem hominis comedũt,mox occidantur,& intralia proiiciantur,& cætera caro mãducetur. Si autem tardatur occisio,non mãducetur. Si autem cadauera lacerauerint mortuorum,macerẽtur,& post anni circulum comedantur. Si autem porci occiderint hominem,statim interficiantur,& sepeliantur. *Ex eodẽ.*

De illis qui carnem immundam,vel morticinam comedunt. Cap. LXXXVIII.

QVI manducat carnem immundam, aut morticinam,aut dilaceratam à bestiis, XL. dies pœniteat:si enim necessitate famis contingit, multò leuius est. *Ex eodẽ.*

De illis qui cibum immunda manu tactum comederint, vel si canis, aut aliquod animal immundum cibum tetigerit. Cap. LXXXIX.

Ex eodē. QVOD si casu quis immunda manu cibum tangit, vel si canis, vel pilax, aut cattus, mūsve, aut animal immundum, sanguinem hominis edit, nō nocet, & qui pro necessitate famis manducat animal quod immūdum videtur, vel auē, vel bestiā, misericorditer pœniteat.

De illis qui sanguine, vel aliquo immundo polluuntur. Cap. XC.

Ex eodē. QVI sanguine, vel quocunque immūdo polluitur, si nescit qui manducat, leue est: si autem scit, pœniteat iuxta modum pollutionis.

De illis qui sanguinem, aut semen biberint. Cap. XCI.

Ex eodē. QVI sanguinem, aut semen biberit, sciens pro aliqua re, tres annos pœniteat.

De piscibus mortuis in flumine inuentis. Caput XCII.

Ex eodē. PIscis mortuus in flumine inuctus non est edēdus: quia non est venatio hominis: si verò piscando tactus fuerit, & ipso die inuentus fuerit, qui non hæsitat, māducet, qui autem dubitat, non manducet.

De clericis qui à dæmonio vexantur. Caput XCIII.

Ex cōcil. Aurelia. cap. 6. SI quis clericus vexatus fuerit à dæmonio, decem annos pœniteat, & inter audiētes stet, & ad sacros ordines nō adducatur. Si bene egerit, & per Dei gratiam liberatus fuerit, sit in reliquis officiis ecclesiasticis.

De illis qui parentum honorem non seruant. Caput XCIIII.

Ex pœnitentiali Romano. SI quis inhonorauerit patrē aut matrem, tres annos pœniteat. Quòd si manum leuauerit, aut ei percussionē intulerit, septem annos pœniteat.

Quòd pœnitenti nulla negocia exercere conueniat. Caput XCV.

Ex decr. Leonis papæ, ca. 23. QValitas lucri negociātem, aut excusat, aut argūit, quia est honestus questus, & turpis. Verumtamen pœnitenti vtilius est dispendia pati, quàm periculis negociationis obstringi: quia difficilè est inter emētes, vendentesq; cōmertium, non interuenire peccatum.

Vt sacerdotes nulli pœnitentiam iniungant ex corde, sed ex authoritate. Cap. XCVI.

OMnibus his actis ventilata est ratio pœnitentiæ, vt sacerdotes certius intelligerẽt, quomodo confessiones recipere, & pœnitentiam secundum canonicam institutionem pœnitentibus deberent indicare. *Ex cõcil. Mogũti. cap. 24.*

Vt vnusquisque presbyter octo principalia vitia per ordinem sciat. Cap. XCVII.

VEntilata est ratio octo principaliũ viciorũ, vt vnusquisq; diuersitatẽ illorũ sciat, & ab illis domino auxiliante se intelligat custodire, & aliis prædicare. *Ex eodẽ, cap. 5.*

Vt sacerdotes diligenter examinent confitentium peccata. Cap. XCVIII.

VT episcopi & presbyteri examinent qualiter confitentibus peccata diiudicent, & tempus pœnitentiæ constituant. *Ex eodẽ cap. 6.*

Vt singuli presbyteri capitula authoritatiua habeant ad succurrendum pœnitentibus. Cap. XCIX.

VT vnusquisq; presbyter capitula habeat de maioribꝰ, vel minoribus vitiis, per quæ cognoscere valeat, vel prædicare subditis, vt caueant ab insidiis diaboli. *Ex eodẽ cap. 26.*

De presbyteris qui culpas peccantiũ reticent, vel minus dignè pœnitẽtes ad reconciliationẽ adducunt. Cap. C.

VT nemo presbyterorum xenium, vel quodcunq; emolumentum temporale, imò detrimentum spirltale à quocunq; publicè peccante, vel incestuoso accipiat, vt episcopo, vel ministris eiꝰ peccatũ illius reticeat: nec pro respectu cuiusque personæ, aut cõsanguinitatis, vel familiaritatis, alienis communicans peccatis, hoc episcopo innotescere detrectet, nec à quoquam pœnitẽte, aut gratia, aut fauore, aut munꝰ suscipere præsumat, aut minus dignè pœnitentem ad reconciliationem adducat, & ei testimonium reconciliationis ferat, vel quocunque liuore aliũ quẽlibet dignius pœnitentẽ à reconciliatione remoueat: quia hoc symoniacum, & Deo & hominibus contrarium est. *Ex decr. Alexãdri papæ*

De illis qui truncationes membrorum fecerint. Cap. CI.

QVI per rixam ictu debilem, vel deformẽ hominem fecerit, reddat impensas medici, & medium annum *Ex pœnitentiali Romano.*

pœniteat. Si non habuerit vnde reddat, annum vnum pœniteat. Si laicus per dolum sanguinem effuderit, reddat illi tantum quantum nocuit: & si non habet vnde reddat, soluat in opera proximi sui, quàdiu ille infirmus est, & postea XL. dies in pane & aqua pœniteat.

De eadem re. Cap. CII.

Ex pœnitentiali Bedæ presbyteri.

VI ictum proximo dederit, & non nocuerit, tres dies pœniteat in pane & aqua. Si clericus, annum vel dimidium. Si quis alicui quodlibet membrũ voluntate sua truncauerit, tres annos pœniteat, vnum ex his in pane & aqua. Paruuli inuicem se percutiẽtes, tres dies: Si verò adolescentes, XX. dies pœniteant.

De illis qui ducatum præstant, & deprædatores super Christianos ducunt. Cap. CIII.

Ex pœnitentiali Romano.

SI quis præbet ducatum super Christianos vt deprædentur. & non acciderit strages Christianorum, tres annos pœniteat. Sin verò, eiectis armis, vsque ad mortem mundo mortuus viuat.

De illis qui per amorem venefici fiunt. Cap. CIIII.

Ex pœnitentiali Theodori.

SI quis per amorem veneficus fit, & neminem perdiderit Si clericus est, annum pœniteat, in pane & aqua. Si subdiaconus, duo. Si diaconus, tres, vnum ex his in pane & aqua, & laicus dimidium annum pœniteat, maximè si per hoc mulieris partũ quisque deceperit, tres annos vnusquisque superaugeat in pane & aqua, ne homicidiis reus sit.

De illis qui hæreticis, nescientes, vel scientes se in aliquibus commiscuerint. Cap. CV.

Ex decr. eutychia. papæ.

SI quis dederit, aut exceperit communionem de manu hæretici, & nescit quòd catholica Ecclesia cõtradicit, postea intelligens: annum integrum pœniteat. Si autem scit, & neglexerit, & postea pœnitẽtiam egerit, decem annos pœniteat, alii iudicant septem: & humanius V. annos pœniteat. Si quis permiserit hæreticum Missam suam celebrare in Ecclesia catholica, & nescit, XL. dies pœniteat. Si pro reuerentia eius, annum integrum pœniteat. Si prodãnatione Ecclesiæ catholicæ, & cõsuetudine Romanorum proiiciatur ab Ecclesia sicut hæreticus, nisi habeat pœnitentiã, si habuerit, X. annos pœniteat. Si recesserit ab Ecclesia catholica in cõgregationem hæreticorum, & alios

persuaserit, postea pœnitentiam egerit, XII. annos pœniteat: quatuor annos extra Ecclesiã, & sex inter auditores, & duo adhuc extra communionem. De his in canone dicitur, vt X. anno communionem sine oblatione recipiant. Si episcopus aut abbas iubet monacho suo pro hæreticis mortuis Missas cantare, non licet, & non expedit obedire eis. Si presbytero contigerit, vbi Missam cantauerit, & alius recitauerit nomina mortuorum, & simul nominauerit hæreticos cũ catholicis, si post Missam intellexerit, hebdomadam pœniteat. Si frequenter fecerit, annũ integrum pœniteat. Si quis autẽ pro morte hæretici Missam ordinauerit, & pro religione sua eius reliquias ibi tenuerit, & nescit differentiam catholicæ fidei, & posteà intellexerit, pœnitentiamq; egerit, reliquias ibi debet igne concremare, & annum pœniteat. Si autem scit & neglexerit, pœnitẽtia commotus, decem annos pœniteat. Si quis à fide catholica discesserit sine vlla necessitate, & posteà ex toto animo pœnitentiam acceperit, tres annos extra Ecclesiam, id est, inter audientes iuxta Nicænum concilium, septem annos in Ecclesiis inter pœnitẽtes, & duos annos adhuc extra communionem pœniteat.

De illis qui comedunt, aut bibunt ab immundis animamalibus tactum, vel intinctum. Cap. CVI.

QVI comedit, vel bibit intinctum à familiari bestia id est, cane, vel catto, & scit, C. Psalmos cãtet, si nescit, duos dies ieiunet, vel si redimere voluerit, L. Psalmos cantet. Qui dederit alicui liquorem, in quo mus, vel mustela mortua inuenta sunt, si laicus est, septem dies pœniteat. Si in cœnobiis contigerit, CCC. Psalmos cãtet. Qui postea nouerit quod talẽ potum biberit, CL. Psalmos cantet. Si quis semicoctũ comederit inscius, tres dies pœniteat, vel Psalterium cantet. Sciens autẽ septem dies pœniteat. Pro modico furto, XX. dies pœniteat, qui est XX. annorum, puer qui est X. annorum aliquid furti faciens, septem dies pœniteat. Si quis tinxerit manũ in aliquo cibo liquido, & nõ idonea manu, C. palmatis emendetur. Si in farina, aut in aliquo cibo sicco, aut in pulte, aut in lacte coagulato mus, vel mustela mortua inueniũtur, quod in circuitu eius est totum, proiicietur foras, quod reliquum est, manducetur. *Ex pœnitentiali Romano.*

Quòd diabolus internas cogitationes animæ non videat: sed ex motu corporis intelligat. Cap. CVII.

Ex dictis Auguſt. INternas animæ cogitationes diabolũ non videre certiſſimum eſt, motiuas corporis ab illo & affectationum indiciis colligi experimento didicimus: ſecreta autẽ cordis ſolus ille nouit ad quem dicitur: Tu ſolus noſti corda filiorum hominum.

De eadem re. Cap. CVIII.

Ex dictis eiuſdem. NON omnes malæ cogitationes noſtræ ſemper diaboli inſtinctu excitãtur: ſed aliquoties ex noſtri arbitrij motu emergunt. Bonæ autem cogitationes ſemper à Deo ſunt.

De illis qui alios in culpa ſua defendere nituntur. Caput CIX.

Ex dictis eiuſdem. REOS ſanguinis non defendat Eccleſia: ne effuſionẽ ſanguinis particeps fiat.

De eadem re. Cap. CX.

Ex decr. Euſebij papæ, ca. 15. VT qui alium in culpa ſua defendere, vel excuſare nititur, excommunicetur.

Vt pœnitentia coniugatis ex conſenſu detur. Cap. CXI.

Ex cõcil. Arelatẽ. cap. 6. VT pœnitentia coniugatis ex conſenſu amborum detur. Pœnitentiã cõiugatis, non niſi ex cõſenſu dandã.

Quot modis animæ defunctorum ſolui debeant. Cap. CXII.

Ex dictis Origenis. ANimæ defunctorum quatuor modis ſoluuntur, aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus ſanctorũ, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum.

De nutriendis infirmis. Cap. CXIII.

Ex dictis Hierony. NVtrire infirmos, & fouere Chriſtũ inhil intereſt, nutriendus enim eſt infirmus: quia Chriſtus infirmus eſſe profitebitur.

Quòd non noceant præterita, ſi non placeant præſentia. Cap. CXIIII.

Ex dictis Auguſt. NOn nocent mala præterita, ſi non placeant præſentia, præcipuè ſi multis eleemoſynis ſint expiata.

De illis qui hoſpites recipere neglexerint. Cap. CXV.

Ex pœnitentiali Romano. QVicunque hoſpites nõ recipit in domo ſua, ſicut dominus præcepit, & propter hoc regna cœlorũ præ-

misit, quantò tempore hospitibus humanitatem denegauerat, & mandata euangelica iuxta possibilitatem suam non adimpleuerat, nec pedes lauabat, nec eleemosynam fecerat, tantò tempore pleniter in pane & aqua, si non emendet, pœniteat.

Vt clerici superflua pauperibus erogent.
Caput CXVI.

CLericus habens superflua, donet ea pauperibus. Sin autem, post pœniteat tempore quo viuat, in contritione, in pœnitentia remotus viuat. *Ex eodē.*

De illo qui alicui fratri suum imputat peccatum, nisi prius seorsum eum arguerit. Cap. CXVII.

QVI peccatum imputando fratri imponit, priusquam seorsum arguat eum, satisfaciens ei, tres dies pœniteat. *Ex eodē.*

De illis qui diu reticent peccata sua. Cap. CXVIII.

SCiendum verò est, quantò quis tẽpore moratur in peccatis, tantò ei augenda est pœnitentia. *Ex pœnitẽtiali Bedæ presbyteri.*

De illis qui aliquem in ira percusserint.
Caput CXIX.

SI quis alium per iram percusserit, & sanguinem effuderit: si laicus est, XX. dies pœniteat: clericus, XXX. Illi autem qui gradum habent, amplius pelli debent. Diaconus sex menses. Presbyter vnum annum. Episcopus duos annos & sex menses. *Ex cõcil. Rotoma. cap. 9.*

De illis qui ad feriendum hominem surrexerint, volentes eum occidere, sed non potuerunt.
Caput CXX.

QVi ad feriendum hominem surrexerit, volens eum occidere tres hebdomadas pœniteat. Si clericus fuerit, sex menses: quòd etsi vulnerauerit, XL. dies. Si clericus clericum, annum totum, sed & pecuniam pro modo vulneris cui inflixit, tribuat. *Ex pœnitentiali Romano.*

De illis qui reticuerint peccatum fratris quod est ad mortem. Cap. CXXI.

QVi reticuerit delictum fratris quod est vsq; ad mortẽ, neq; eũ corripuerit, iuxta regulã euangelicã, primò inter se, & ipsum solũ, deinde inter alios, de- *Ex pœnitentiali Theodo.*

inde ad Ecclesiam culpam referens, si necesse fuerit, & quantò tempore fuit, tantò pœniteat.

Quòd non liceat diacono, alicui dare pœnitentiam.

Caput CXXII.

Ex pœnitentiali Romano.

NOn licet diacono alicui dare pœnitentiam: sed episcopus, aut presbyter dare debet.

Vt pœnitentia quæ dilata est, cùm petita fuerit non negetur. Cap. CXXIII.

Ex decre. Leonis papæ, ca. 22.

DIssimulatio hæc potest non de contemptu esse remedij, sed de metu grauius delinquendi, vnde pœnitentia quæ dilata est, cùm studiosius petita fuerit non negetur, vt quoquomodo ad indulgentiæ medicinam anima vulnerata perueniat.

De illis qui despiciunt eos qui fideliter agapas fecerint.

Caput CXXIIII.

Ex cõcil. Gangrẽ. cap. 11.

SI quis despicit eos qui fideliter agapas, id est, conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare huiusce modi vocationibus, paruipendens quod geritur, anathema sit.

De illis qui dicunt se non habere peccata.

Caput CXXV.

Ex cõcil. Africano, ca. 70

ITem placuit, vt quod ait sanctus apostolus Ioannes: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Quisquis sic accipiendum putauerit, vt dicat propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia verè ita est, anathema sit. Sequitur enim, & adiungit apostolus: Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi satis apparet, hoc non tantùm humiliter, sed etiam veraciter dici: poterat enim apost. dicere: Si dixerimus, non habemus peccatum, nosipsos extollimus, & humilitas in nobis non est. Sed cum ait: Nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est: satis ostendit eum qui dixerit se non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

De illis qui dicunt sanctos in oratione dominica, dimitte nobis debita nostra, non pro se sed pro aliis dicere. Cap. CXXVI.

Ex eodẽ. cap. 71.

ITem placuit vt quicunq; dixerit in oratione dominicâ, ideo dicere sanctos: Dimitte nobis debita nostra, vt pro

seipsis hoc non dicant: quia non est eis necessaria ista petitio, sed pro aliis qui sunt in suo populo peccatores, & ideo non dicere vnumquemq; sanctorum, dimitte peccata mea, sed dimitte nobis debita nostra, vt hoc pro aliis potius, quàm pro se iustus petere intelligatur, anathema sit. Sanctus enim & iustus erat apostolus Iacobus, cùm dicebat: In multis enim offendimus omnes. Nam quare additum est omnes: nisi vt ista sententia conueniret? Et in Psalmo vbi legitur. Ne intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Et in oratione sapientissimi Salomonis: Non est homo, qui non peccauit. Et in libro sancti Iob: In manu omnis hominis signum, vt sciat omnis homo infirmitatem suam. Vnde etiam Daniel sanctus & iustus, cùm in oratione pluraliter diceret: Peccauimus, iniquitatem fecimus, &c. quæ ibi veraciter & humiliter confitetur, ne putaretur, quemadmodum quidam sentiũt, hoc nõ de suis, sed de populi sui potius dixisse peccatis, postea dixit: Cùm orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei dño Deo meo. Noluit dicere peccata nostra sed populi sui dixit & sua: quoniã futuros istos qui tam malè intelligerent, tanquam propheta præuidit.

De illis qui episcopis suis clam sua confitentur peccata, & postea negare voluerint. Cap. CXXVII.

ITem placuit, vt si quando episcopus dicit aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille postea negat, & pœnitere noluerit, non putet ad iniuriam suam episcopus pertinere, quod illi soli non creditur, & si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare, secretè tamen interdicat ei communionem, donec obtemperet. *Ex eodẽ cap. 77.*

De illis pœniteutibus qui attente leges pœnitentiæ exequuntur. Cap. CXXVIII.

POenitentes qui attente leges pœnitentiæ exequuntur, si casu in itinere, vel in mari mortui fuerint, vbi eis subueniri non potuit, memoria eorum, & orationibus, & oblationibus commendetur. *Ex cõcil. Carthag. cap. 79.*

De illis qui se affligunt de obitu charorum. Caput CXXIX.

NOs autem qui nouimus, qui hoc credimus, & docemus, contristari nimiũ de obeuntibus non debemus, *Ex epist. Anast. 1. papæ, ne-*

iano nobiliss. viro directa. cap. 11.

ne quod, apud alios pietatis tenet speciem, hoc magis nobis in culpa sit. Nam diffidentiæ quodammodo genus est contra hoc, quod quisque prædicator quærit iustitiã amãt, dicente Apostolo: Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus vt non contristemini, sicut & cæteri qui spẽ non habent. Hac itaque frater charissime ratione prospecta studendum nobis est, vt sicut diximus, non de mortuis affligamur, sed affectum viuentibus impendamus, quibus & pietas ad vtilitatem, & sit ad fructum dilectio. Desine igitur charissime mœrorem, & assume spiritalem fructum lætitiæ, ad vtilitatem sanctæ Dei Ecclesiæ, seruorumque eius profectum, & vitæ huius quæcunque sunt spacia, æternis diuinisque officiis illustrare contende, vt qui insignem te præstitit, reddat sibi per secula clariorem.

De illis qui sibiipsis voluntarie mortem inferunt. Caput CXXX.

Ex cõcil. Braggar. cap. 10.

PLacuit vt hi qui sibiipsis voluntariè, aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut per suspendiũ, vel quolibet modo inferũt mortem nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum Psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam vsurparunt. Similiter & he his placuit fieri, qui pro suis sceleribus puniuntur.

De eadem re. Cap. CXXXI.

Ex cõcil. Cabillon. cap. 5.

QVicunque se propria voluntate, aut in aquam iactauerit, aut collum ligauerit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percusserit, aut cuilibet voluntariè se morti tradiderit, istius oblatio non recipiatur.

De illis qui cum infidelibus cibum sumere præsumpserint. Cap. CXXXII.

Ex cõcil. Elibertã.

SI verò quis clericus vel fidelis cum Iudæis cibum sumpserit, placuit eum à communione abstineri, vt debeat emendari.

De illis qui apostatant, & ad idolatriam se conuertunt. Cap. CXXXIII.

Ex codẽ.

ADiectum est etiam quosdam Christianos ad apostasiam, quod dici nefas est, transeuntes, & idolorum cultu, ac sacrificiorum contaminatione profanatos, quos à Christi corpore & sanguine, quo dudum redempti fuerant

renascédo,iubemus abscindi:& si resipiscétes fortè aliquá-do fuerint ad lamenta conuersi, his quandiu viuunt agen-da pœnitentia est: & in vltimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda,dicente domino: Nolo mortem peccato-ris,sed vt conuertatur,& viuat.

De eadem re. Cap. CXXXIIII.

DE his qui apostatant, & rarò se ad Ecclesiam repræ-sentant,nec quidem pœnitentiam agere quærunt,& postea in infirmitate arrepti petunt communionem, pla-cuit non dandam eis communionem,nisi reuelauerint eo-rum rectam fidem, & egerint fructus dignos pœnitentiæ. *Ex eodē.*

De illis qui Christiana mancipia captiuauerint.

Caput LXXXV.

SI quiscunque hominem quolibet ingenio captiuauerit aut trasmiserit, tres annos pœniteat. *Ex pœni-tentiali Theodo.*

De illis qui aream proximi sui incenderint.

Caput LXXXVI.

SI quis domum vel aream cuiuscunque voluntariè igne cremauerit, sublata vel incensa omnia restituat, & tri-bus annis pœnitentiam agat. *Ex pœni-tentiali Romano.*

De illis qui libidinosè obtrectauerint puellam aut mulierem. Cap. CXXXVII.

SI quis obtrectauerit puellæ aut mulieris pectus,vel tur-pitudinem earum:Si clericus est,quinque dies: si laicus, tres dies pœniteat. Monachus vel sacerdos, à ministerio diuino suspensi,si aliquid tale fecerint, viginti dies pœni-teant.Scriptum est enim: Neque tetigeritis neque obtre-ctaueritis turpitudinem fœminarum. *Ex eodē.*

De illis qui in balneo cum mulieribus se lauerint.

Caput CXXXVIII.

SI quis in balneo cum mulieribus se lauare prę sumpserit, tres dies pœniteat,& vlterius non præsumat. *Ex pœni-tentiali Theodo.*

De administratione xenodochiæ, & decimæ.

Caput CXXXIX.

SI quis xenodochias pauperum administrat,vel decimas populi susceperit, & si quis exinde vel suis secularibus lucris sactandum aliquid subtraxerit, quasi rerum alienarum inuasor:reus damnum restituat, & sub canonico iudi-cio reformetur,& agat pœnitentiā tribus annis. Scriptum *Ex eodē.*

est enim: Talem dispensatorem dominus quærit, qui sibi de suis nihil vsurpet.

Vt fœminæ menstruatæ non offerant. Cap. CXL.

Ex conci. Mogũti, cap.6. MVlieres menstruo tempore non offerant, nec sanctimoniales, nec laicæ. Si præsumpserint, tres hebdomadas pœniteant.

De illis fœminis quæ ante mundum sanguinem Ecclesiam intrant, & quæ nupserint his diebus. Caput CXLI.

Ex pœnitentiali Theodo. MVlier quæ intrat Ecclesiam ante mundum sanguinẽ post partum, si masculum generat, xxxiii. dies, si fœminam lvi. Si qua autem præsumpserit ante tempus præfinitum Ecclesiã intrare: tot dies in pane & àqua pœniteat, quot Ecclesia carere debuerat. Qui autem concubuerit cũ ea his diebus, decem dies pœniteat in pane & aqua.

Quòd monachi secularibus pœnitentiam dare non debeant. Cap. CXLII.

Ex conci. Mogũti, cap.22. LIberi sint monachi ad dandam pœnitentiam secularibus.

Vt pœnitentes ante peractam pœnitentiam non reconcilientur. Cap. CXLIII.

Ex eodẽ. cap.23. NOn reconlientur pœnitẽtes si necessitas non coegerit, nisi post peractam pœnitentiam.

De illis qui ad confessionem veniunt, necesse est vt primùm de liuore inuidiæ, & auaritia, interrogentur. Cap. CXLIIII.

Ex pœnitentiali Theodo. SAnè quia de liuore inuidiæ, & de ira, necnon & de auaritia, vt superius digestum est, oriuntur homicidia, recte, vt arbitror, censuimus de ipso vitio primũ qualiter sacerdotali iudicio canonicè penitus sit corrigendum ostendere: ac deinde secundum ordinem vitiorum ita remedia subsequatur, quo facilius vndecunque pœnitens purgari voluerit, sine dilatione in singulis capitulis inueniatur.

De illis qui soli Deo peccata sua confitenda esse affirmant. Cap. CXLV.

Ex eodẽ. QVidam Deo solũmodo confiteri debere dicũt peccata, vt Græci: quidam verò sacerdotibus confitenda esse percensent, vt tota sancta Ecclesia. Quod vtrunque non sine magno fructu intra sanctam fit Ecclesiã, ita dum-

taxat, vt & Deo qui remissor est peccatorum confiteamur peccata nostra, & hoc perfectorum est, & cum Dauid dicamus: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Dixi, confitebor aduersum me iniustitias meas domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Sed tamen apostoli institutio nobis sequenda est, vt confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro inuicem vt saluemur. Confessio itaque quæ Deo soli fit, quòd iustorum est, peccata purgat: ea verò quę sacerdoti fit, docet qualiter ipsa purgentur peccata. Deus nanque salutis & sanitatis autor, & largitor, plerunque hanc præbet suæ potentiæ inuisibili administratione, plerunq; medicorũ operatione.

De illis qui accipiunt pœnitentiam, & plus desiderant temporis constituti expletionem, quàm peccatorum remissionem. Cap. CXLVI.

MVlti, quod non sine dolore dicendum est, in pœnitentia, non tam peccati remissionem, quàm temporis constituti expectant expletionem, & si carnium & vini vsus eis interdictus est, mutata non voluntate, sed eiusdem cibi aut potus perceptione, in tantum deliciis suis indulgẽt, vt delicioſius his interdictis, aliorum ciborũ vel potionum appetitu viuere cognoscãtur. Spiritalis autem abstinentia, quæ in pœnitentibus potissimùm vigere debet, quorundam ciborum ac potionum perceptiones & desiderium fugere debet. Ille inquam, ille magis parsimonię seruire censendus est, qui sibi non solùm quarumdam rerum perceptiones, sed delectationes corporis penitus interdicit. *Ex pœnitentiali Bedæ presbyteri.*

Quòd secundum canonum & pœnitentialium statuta, pœnitentiæ dandæ sint. Cap. CXLVII.

CVm igitur omnia consilia canonum quæ recipiuntur, sint à sacerdotibus legenda & intelligẽda, & per ea sit eis viuendum & prædicandum, necessarium duximus, vt ea quę ad fidem pertinent, & vbi de extirpandis vitiis, & plantandis virtutibus scribitur, hoc ab eis crebrò legatur, & benè intelligatur, & in populo prædicetur. *Ex cõcil. Mogũti, cap. 20.*

Vt nullus iniustas mensuras, & pondera iniusta, & à ciuibus non collaudata, lucri causa dare præsumat. Cap. CXLVIII.

VT mensuræ & pondera iusta fiant, sicut indiuinis legibus censitum est, & in capitulari dominico contine- *Ex eodẽ cap. 21.*

tur, & iſte ſacer conuentus ſtatuit. Sic omnibus nobis obſeruare placet. Vt ſi quis iuſtas menſuras, & iuſta pondera lucri cauſa mutare præſumpſerit, in pane & aqua viginti dies pœniteat.

De matre quæ infantem ſuum iuxta ignem poſuerat, & ſua negligentia mortuus eſt.

Caput CXLIX.

Ex cõcil. Triburi. cui interfuit rex Arnolphus, cap. 14.

MAter ſi iuxta focum infantem poſuerit, & alius homo aquam in caldariam miſerit, & ebullita aqua infans ſuperfuſus mortuus fuerit, pro negligẽtia mater pœniteat, & ille homo ſecurus ſit.

De ordinatis ſi antè vel poſt ordinationẽ in criminalibus peccatis deprehenſi fuerint. Cap. CL.

Ex cõcil. Hilerdẽſi cap. 10.

DE his ergo viſum eſt nobis conſcribi qui ſacros ordines habent, & ante vel poſt ordinationem contaminatos in capitalibus criminibus ſe eſſe profitentur, in quibus vt mihi videtur hæc diſtantia eſſe debet, vt hi qui deprehenſi vel capti fuerint publicè in periurio, furto, atq; fornicatione, & cęteris huiuſmodi criminibus, ſecundũ ſacrorũ canonum inſtituta à gradu proprio deponantur: quia ſcandalum eſt populo Dei, tales perſonas ſuper ſe poſitas habere, quas vltra modum vitioſas conſtat eſſe. Nempe inde detrahuntur homines à ſacrificio Dei, ſicut quondam filiis Heli peccantibus feciſſe leguntur, & rebelles hinc atque contrarij exiſtentes, eorum prauis exempli quotidie peiores fiunt: qui autem de prædictis viris per occultam confeſsionem mala à ſe abſconſè commiſſa coram oculis Dei, præſente etiam ſacerdote, qui eis indicturus eſt pœnitentiam, confitentur, & ſemetipſos grauiter deliquiſſe accuſant, ſi veraciter pœnituerint, & ſe per ieiunia, & eleemoſinas, vigiliasque atque ſacras orationes cum lachrymis purgare certauerint, his etiam gradu ſeruato ſpes veniæ de miſericordia Dei promittenda eſt, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire: neque vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat.

De viris ordinatis, quorum occulta peccata ſunt.

Caput CLI.

Ex cõcil. Toletan.

DE viris ordinatis quorũ occulta peccata ſunt, nec manifeſtè ab aliquo argui poſſunt, ſi ſalubriter compunctì pro peccatis ſuis confeſsionẽ epiſcopo ſiue presbytero oc-

cultè faciunt,bonum mihi videtur,vt secundum id quod sibi decretum fuerit ab episcopo,siue presbytero,pœnitentiam agant,non trepidè,nec tardè,sed feruenter & solicitè,ac sic se veniam peccatorum à domino percepturos,& gradum se retenturos confidant.

De illa fœmina quæ menstruosum suum sanguinem, & semen viri sui, & testam hominis cõbusserit, & hæc omnia viro suo ad potandũ dederit. Cap CLII.

DE his etiam super quibus interrogasti, hoc est, de illa fœmina,quæ menstruum suum sanguinem immiscuit cibo vel potui,& dedit viro suo vt comederet,& de illa quæ semen viri sui in potu bibit,& de ea quæ testã hominis combusit igni,& viro suo dedit pro infirmitate vitanda, quali pœnitentia sint plectendæ, vt nobis videtur tali sententia sunt feriendæ,sicut magi & arioli:quia magicã artem exercuisse noscuntur. Nam de his qui magicam artem exercuisse noscuntur,& qui auguria attendunt,& diuinationes obseruant, Theodori archiepiscopi gentis Anglorum constitutiones habemus,in quibus scriptum est: Qui immolat dæmoniis in minimis,vno anno pœniteat,qui verò in magnis, decem annos pœniteat. *Ex eodẽ cap.17.*

Vt nullus alius præsumat pœnitentiam dare, vel confessionem audire, nisi episcopus aut presbyter. Caput CLIII.

SIcut enim sacrificium offerre nõ debent nisi episcopi & presbyteri,quibus claues regni cœlestis traditæ sunt:sic nec pœnitentium iudicia alij vsurpare debent. *Ex pœnitentiali Romano.*

De eadam re. Cap. CLIIII.

SI autem necessitas euenerit,& presbyter nõ fuerit præsens, diaconus suscipiat pœnitentem ad sanctam communionem. *Ex eodẽ.*

De temporibus quibus se continere debeant coniugati ab vxoribus. Cap. CLV.

IN tribus quadragesimis anni, & in die dominico, & in quarta feria,& in sexta feria,coniugales continere se debent,nec illis diebus copulari, quàm diu grauata fuerit vxor,id est,à quo die filius in vtero motum fecerit, vsque ad partum, à partu post, XXXIII. dies si filius est, si autem filia, post LVI. Ex cõcil. Eliberta.

De fœmina quæ sponte filium suum occiderit.
Caput CLVI.

SI mater filium suum sponte occiderit, quindecim annos pœniteat, & nunquam mutet, nisi die dominica. Mulier autem paupercula si fecerit pro difficultate nutriendi, septem annos pœniteat.

De illis qui in dominico die nupserint. Cap. CLVII.

Ex cõcil. Triburiẽsi, cap. 51

SI quis nupserit die dominico, petat à Deo indulgẽtiam, & quatuor dies pœniteat.

De illis qui confessa iterant. Cap. CLVIII.

Ex cõcil. Tolata.

EA quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequenti & sententia condemnantur.

De pœnitentia fidelium, vt confessio eorum non publicè fiat, sed priuatim. CLIX.

Ex epist. Leonis papæ, cap. 2.

ILlam etiam contra apostolicam regulam præsumptionem quam nuper agnoui à quibusdam illicita vsurpatione comitti, modis omnibus constituo submoueri, de pœnitentia scilicet, quæ à fidelibus postulatur: ne de singulorum peccatorum genere, libellis scripta professio publcè recitetur. Conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta. Quamuis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non vereatur: tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, vt ea qui pœnitentiam poscunt, non timeant publicare, amoueatur improbabilis consuetudo, ne multi à pœnitentiæ remediis arceantur, dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis facta reseruari, quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio quæ primùm domino fertur, tunc etiam sacerdoti qui pro delictis pœnitentium precator accedit: tunc enim plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

FINIS Libri Deciminoni.

INDEX

CAPITVLORVM

Libri Vigesimi.

QVOD animæ humanæ inter cæteras creaturas ab initio non sint creatæ. Cap. i.
Quòd duæ animæ non sint in vno homine, vt quidam dicunt, sed vna tantùm. ii.
Quòd solus homo habeat animam substantiuam. iii.
Vt pecudum animæ cum carnis morte finiantur. iiii.
Quòd anima humana non cum carne moriatur. v.
Quòd homo constet duabus substantiis. vi.
Quòd spiritus non tertius sit in substãtia hominis, vt quidam affirmant. vii.
Quòd Deus sicut ex nihilo bona facere potuit, ita cũ voluit per incarnationis suæ mysterium, etiam perdita bona reparauit. viii.
Quòd Deus tres vitales spiritus crearet, vnum qui carne non tegeretur, alium qui carne tegeretur, sed non cum carne moreretur: tertium qui carne tegeretur, & cũ carne moreretur. ix.
Quòd homo in prima conditione sua libero arbitrio donatus sit. x.
Quòd omnes homines in præuaricatione Adæ naturalem possibilitatem perdidissent. xi.
De eadem re. xii.
Quòd homo sic posit⁹ sit in paradiso, si obediẽs permaneret, qñq; ad cœlestẽ patriã, sine carnis morte trãsiret. xiii
Quòd nos carnales in huius exilii cæcitate nati, puerò in carcere nato, & nutrito comparemur. xiiii.
Quòd nullus per semetipsum bonus fieri possit. xv.
De eadem re. xvi.
De eadem re. xvii.
Quòd gratia diuina nõ solùm peccata dimittat, sed etiam adiuuet ne committantur. xviii.

Quòd prędestinatio Dei ita sit ordinata, vt ea nociua quę prædestinata sunt electorum precibus solui queat. xix.
Item de prædestinatione. xx.
De Dei præuidentia, simul & prouidentia. xxi.
Quòd diuina ęternitas, nec fuisse, nec futurũ esse ha. xxii.
Quòd cuncta quæ hominibus fiunt, absque omnipotentia occulto consilio, non veniant. xxiii.
De eadem re. xxiiii.
Quòd Deus singulis dies suos præfigat, vt minui, nec augeri possint. xxv.
Quòd Deus nostra peccata dissimulet. xxvi.
Quòd Deus cuncta disponat, & consideret vniuersorum finem. xxvii.
Itẽ de prędestinatione. xxviii. xxix. xxx. xxxi. xxxii. xxxiii. xxxiiii. xxxv. xxxvi. xxxvii. xxxviii. xxxix.
De creatione angelorum. xl.
Quòd nihil sit ĩcorporeũ, & ĩuisibile præter solũ deũ. xli.
Quòd omnis creatura sit corporea. xlii.
Quòd omnes intellectuales naturæ immortales sint xliii.
Quòd apostatę angeli ante ruinã liberũ arbitriũ ha. xliiii.
Cur angelorum spiritus irremissibiliter peccarent, cũ carnis commixtione non tenerentur. xlv.
Quòd angeli custodes hominibus præponantur. xlvi.
Quòd singulis hoĩbus singuli angeli dẽtur custodes. xlvii.
Quòd dextera Dei sit angelorũ pars electa, siniſtra autem eius, pars angelorum reproba. xlviii.
Quòd ĩmũdi spũs ĩ hoc cœli, terręq; medio vagẽtur. xlix.
De hoc si pax in sublimibus retineatur. l
Quòd diaboli voluntas semper sit iniqua, potestas autem eius nunquam iniusta. li
Quòd quatuor modis loquatur Deus ad diabolum, & tribus modis diabolus ad Deum. lii
Quòd non sit palma victoriæ, sine labore certaminis. liii
De creatura, & natura, & ministerio angelorum, & de casu apostatarum angelorum. liiii
Quòd supernorum ciuium numerus, & finitus sit, & infinitus. lv
Quòd oĩs culpa ante discessũ oblatiõis munere soluatur. lvi
Quòd sacra oblatio post mortem animabus prodesse possint, si non sunt culpæ indissolubiles. lvii

Quòd beatius sit quẽquam liberum hinc exire, quàm post mortem libertatem quærere. lviii.
Quòd nullus debeat rogare ꝓ pctõ, quod est ad mortẽ. lix.
Vt omnes animæ electorum credendæ sint esse in cœlo, & iniquorum animæ in inferno. lx.
Quòd sicut finis non est gaudio bonorum, sic finis nõ est tormentis malorum. lxi.
Quòd ita non sit, vt quidam affirmant, quòd Deus obhoc minatus sit æternam pœnam peccantibus, vt corrigeret à malis. lxii.
Cur peccata quæ cũ fine perpetrata sunt, sine fine puniãtur. lxiii.
Quòd Deus pius sit, & non pascatur cruciatu miserorum: iustus autem, & ideo non sedetur in perpetuum ab iniquorum vltione. lxiiii.
De hoc si ante restitutionem corporum animæ iustorum in cœlum rapiantur. lxv.
Quòd iusti in die iudicii animarum simul, & corporũ gloria lætabuntur. lxvi.
De hoc si boni bonos in regno, vel si mali malos in supplicio agnoscant. lxvii.
De hoc si ignis purgatorius credẽdus sit, qui post mortem animas à peccatis expurget. lxviii.
Quòd vnus sit gehennæ ignis, sed non vno modo omnes cruciet. lxix.
Quot genera sint oblationis pro defunctis facienda? lxx.
Cur sanctorum animæ pro peccatoribus non orent, quando eos in igne æterno ardere prospexerint. lxxi.
Quòd duobus modis vita dicatur, duobus etiam mors intelligatur. lxxii.
Quòd electi, seu reprobi ad loca communia deducãtur in tormentis. lxxiii.
De hoc quod in domo Dei multæ mansiones sint. lxxiiii.
Quòd illum quem semel culpa ad pœnam pertrahit, misericordia vlterius ad veniam non reducat. lxxv.
Quòd Deus dicatur zelans, dicatur iratus, dicatur pœnitens, dicatur misericors, dicatur præscius. lxxvi.
Cur Deus suos electos sic permittat mori, vt non in vita illorum ostendat, cuius sanctitatis sint. lxxvii.
Quòd miseris mors fiat sine morte. lxxviii.

Quòd in inferno peccatoribus ad consolationẽ ignis non luceat, sed vt magis torqueat. lxxix.
De eadem re. lxx.
Quòd humana anima ita immortalis sit, vt & mori possit, & non possit. lxxi.
Quòd corporeus sit ignis gehennæ, & non indigeat alia materia, nisi reproborum cruciatu. lxxii.
Cur anima in corpore manens, & egrediens videri non possit. lxxiii.
Vt nullus dubitare debeat ea esse inuisibilia, quæ Deo inuisibili subministrant. lxxiiii.
Quòd nulla visibilia videri, vel cognosci possint, nisi per inuisibilia. lxxv.
Quòd incorporeus spiritus in inferno à corporeo igne affligatur. lxxvi.
Quòd incorporeus spiritus viuificare possit, & ibi teneri, vbi à corporeo igne cruciatur. lxxvii.
De apostatis spiritib⁹ qđ ĩcorporei credẽdi sint. lxxviii.
Quòd gehẽnę ignis corporeus esse credendus sit. lxxix.
De hoc quod scribitur, Deum nemo vidit vnquam, & qualiter illud intelligendum sit. xc.
De duplici pœna damnatorum. xci.
De pœnis impiorum. xcii.
De Antichristo. xciii.
Quòd ante diem iudicii, etiam electi casuri sint in aduentu Antichristi. xciiii.
De Antichristo. xcv.
Item de Antichristo. xcvi.
Quòd in nouissimis omnes Israëlitæ per prædicationem Heliæ conuerti debeant. xcvii.
De hoc cur in hac vita sæpi⁹ bonis malè sit, & malis bene. xcviii.
Quòd etiam omnes infideles resurgere debeãt ad tormẽta, non ad iudicium. xcix.
Quòd omnes homines resurgere debeant. c.
De eadem re. ci.
Quòd ãgeli apostatæ, & impii homines post tormẽta quasi suppliciis expurgati, nõ iustorũ societati donetur. cii.
Quòd resurrectio fieri debeat in ætete perfectæ iuuentutis, quæ profectu non indigeat. ciii.

Quòd districtus iudex ad iudicium veniens peccatorẽ videat, vt feriat, non vt saluet. ciiii.
Quòd Deus ad iudicium veniat ad feriendum videns, & ad saluandum non videns. cv.
Quòd in die iudicii duo ordines ĩ quatuor diuidãtur. cvi.
Quòd liber vitæ sit ipsa visio aduenientis iudicis: quia quicquid quis fecerat, ipso viso statim intelliget. cvii.
De gloria sanctorum post iudicium. cviii.
Quòd finito iudicio incipiat esse seculũ nouum, &c. cix.
Contra eos qui dicunt, si post factum iudicium erit cõflagratio mundi, vbi tunc esse potuerint sancti, qui nõ contingantur flamma incendii. cx.

Indicis Capitulorum FINIS.

D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMACIensis Episcopi, de Contemplatione, Decretorum Liber XX.

ARGVMENTVM LIBRI.

Liber hic Speculator vocatur. Seculatur enim de prouidẽtia & prædestinatione diuina, & de aduẽtu Antichristi, de eius operib⁹, de resurrectione, de die iudicii, de infernalibus pœnis, de fœlicitate perpetuæ vitæ.

Quòd animæ humanæ inter cæteras creaturas ab initio non sint creatæ. Caput I.

Nimas hominum non esse dicimus ab initio inter cæteras intellectuales naturas, nec semel creatas, vt Origenes fingit: neq; cũ corporibus per coitum seminari, sicut Luciferiani & Cyrillus, & aliqui Latinorũ præsumen- *Augustin. dicit.*

A

tes affirmant, quasi naturæ consequentia seruiente: Sed dicimus corpus tantùm per coniugii copulam seminari, dei verò iudicio coagulari in vulua, & fingi, atq; formari. Formato iam corpore, animam creari, & infundi, vt viuat in vtero homo ex anima constans, & corpore, egrediatúrq; viuus ex vtero, plenus substãtia. Creationem verò animæ, solùm creatorem omnium nosse.

Quòd duæ animæ non sint in vno homine, vt quidam dicunt sed vna tantùm. Cap. II.

August. NON duas animas esse dicimus in vno homine, sicut quidam Iacob, & alii Syrorum disputatores scribũt, vt vna anima sit de qua animetur corpꝰ, & immixta sit sanguini, & altera spiritalis, quæ rationem ministret: sed dicimus vnam esse eandemq; animã in homine, quæ & corpus sua societate viuificet, & semetipsam sua ratione disponãt, habens in se libertatem arbitrii, vt in sua substantia eligat cogitationem quam vult.

Quòd solus homo habeat animam sustantiuam. Caput III.

Idem. SOlum hominem credimus habere animam substantiuam, ex qua corpus viuit, & rationem suam, & ingenium viuaciter tenet. Neque cum corpore moritur, sicut Arabes asserit, neq; post modicum interuallum, sicut Zenon: quia substantialiter viuit.

Vt pecudum animæ cum carnis morte finiantur. Caput IIII.

Idem. PEcudum animæ non sunt substantiue sed cum ipsa carnis viuacitate nascuntur, & cum carnis morte finiuntur. Et ideo nec ratione reguntur, sicut Plato & Alexander putant: sed ad omnia naturę incitamenta ducuntur.

Quòd anima humana non cum carne moriatur. Cap. V.

Idem. ANima humana non cum carne moritur: quia nõ carnis, vt superius diximus, semen est, sed formato intus toris Dei iudicio corpore, dicimus eam creari, & infundi, vt viuat homo intus in vtero, & sic natiuitate procedat in mundo.

Quòd homo constet duabus substantijs.

Caput VI.

DVabus substantiis constat homo, anima tãtùm & carne. Anima cum ratione sua, & carne cum sensib⁹ suis, id est, visu, auditu, gustu, odoratu, & tactu. Quos tamen sensus absque animæ societate non mouet caro: anima verò & sine carne rationem suam integram tenet. *Idem.*

Quòd spiritus non tertius sit in substantia hominis, vt quidam affirmant. *Cap. VII.*

NOn est tertius in substantia hominis spiritus vt dydimus contendit, sed spiritus ipse est anima. Anima verò pro spiritali natura, vel pro eo quod spiret in corpore, spiritus est appellata. Animam vero ex eo vocari quod ad viuificandum animatur & corpus. Tertium verò, qui ab Apostolo cum corpore & anima inducitur spiritus, gratiam sancti spiritus intelligendum, quam orat Apostolus vt integra perseueret in nobis, nec nostro vitio, aut minuatur, aut fugetur a nobis: quia spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. *Idem.*

Quòd Deus sicut ex nihilo bona facere potuit, ita cùm voluit per incarnationis suæ mysterium, etiã perdita bona reparauit. *Cap. VIII.*

OMnipotens Deus sicut ex nihilo bona facere potuit: ita cùm voluit, per incarnationis suæ mysteriũ etiam perdita bona reparauit. Duas verò ad intelligẽdum se creaturas fecerat, angelicam videlicet, & humanam. Vtramque verò superbia perculit, atque ab statu ingenitæ rectitudinis fregit: sed vna tegmen carnis habuit, alia vero nil infirmum de carne gestauit. Angelus nanque solummodo spiritus: homo verò, & spiritus, & caro. Misertus ergo creator vt redimerer, illam ad se debuit reducere, quam in perpetratione culpæ ex infirmitate aliquid constat habuisse: & eò altius debuit apostatam angelum repellere, quò cùm à persistendi fortitudine corruit, nil infirmum ex carne gestauit. Vnde & rectè Psalmista cùm misertum redemptorem hominibus diceret, ipsam quoque causam misericordiæ expressit, dicens: Et memoratus est quia caro sunt. Ac si diceret. Quò eorum infirma vidit, eò districtè culpas punire noluit. *Grego. in suis moralibus.*

Quòd Deus tres vitales spiritus crearet, vnum qui carne nõ tegeretur, alium qui carne tegeretur, sed non cum carne moreretur. Tertiũ, qui carne tegeretur, & cũ carne moreretur. Cap. IX.

Ex dialogo Greg.

HAbent etiam infideles fidem, sed vtinam in Deum. Quam si vtiq; haberent, infideles non essent. Sed hinc in sua perfidia redarguẽdi sunt, hinc ad fidei gratiam prouocandi: quia si de ipso suo visibili corpore credunt quod minimè viderunt, cur inuisibilia non credunt, quæ corporaliter videri non possunt? Nam quia post mortem carnis viuat anima, patet ratio, sed fidei admixta. Tres quippe vitales spiritus creauit omnipotens Deus. Vnum qui carne non tegitur, alium qui carne tegitur sed non cum carne moritur. Tertium qui carne tegitur, & cum carne moritur. Spiritus nanque est qui carne non tegitur, angelorum: spiritus qui carne tegitur, sed cum carne non moritur, hominum: spiritus qui carne tegitur, & cum carne moritur, iumentorum brutorum omnium animalium. Homo itaque si in medio creatus est, vt esset inferior angelo, superior iumento. Itaque aliquid habet commune cum summo, aliquid commune cum imfimo. Immortalitatem scilicet spiritus cum angelo, mortalitatem verò carnis cum iumento: quousque & ipsam mortalitatem carnis, gloria resurrectonis absorbeat, & inhærendo spiritui, caro seruetur in perpetuum: quia ipse spiritus inhærendo carni seruatur in Deum. Quæ tamen caro non in reprobis inter supplicia perfectè deficit: quia semper deficiendo subsistit, vt qui spiritu & carne peccauerunt, semper essentialiter viuentes, & carne & spiritu, sine fine moriantur.

Quòd homo in prima conditione sua libero arbitrio donatus sit. Cap. X.

Augustin. dicit in libro de Ciuitate dei

LIbertati arbitrij sui commissus est homo statim prima conditione, vt sola vigilãtia mũtis adnitente, etiã percepta custodia, perseueraret, si vellet, in id quod creatus fuerat. Postquã verò seductione serpentis per Euam cecidit à naturæ bono, perdidit pariter vigorem arbitrij, nõ tamen electionem: ne non esset suum quod emẽdaret peccatũ, nec meritò indulgeretur quòd arbitrio diluisset. Manet ergo ad salutem arbitrij libertas, id est, rationalis voluntas, sed admonente prius Deo, & inuitante ad salutem, vt vel

eligat, vel sequatur, vel agat occasionem salutis, hoc est, inspiratione Dei. Vt autem cõsequatur quod eligit, vel quod sequitur, vel quod occasione agit, Dei esse liberè confitemur. Initium ergo salutis nostræ Deo miserante habemus: vt acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est: vt adipiscamur quod acquiescendo admonitioni cupimus, diuini est muneris. Vt non labamur indempto salutis munere solicitudinis nostrę est, & cœlestis pariter adiutorij. Vt labamur, potestatis nostræ est, & ignauiæ.

Quòd omnes homines, in præuaricatione Adæ naturalem possibilitatem perdidissent. Cap. XI.

IN præuaricatione Adæ, omnes homines naturalẽ possibilitatem & innocentiam perdidisse, & neminem de profundo illius ruinę per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei miserantis erexerit, pronunciante beatæ memoriæ Papa Innocentio, atque dicente in epistola sua ad Carthaginense concilium. Liberum enim arbitrium ille perpessus, dum suis inconsultius vtitur bonis, cadens in præuaricationis profunda demersus est, & nihil quemadmodum exinde surgere posset inuenit, suaque in æternum libertate deceptus, huius ruinæ latuisset oppressu, nisi eum post Christi, per sua gratia, releuasset aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationẽ, omne præteriti vitium, sui baptismatis lauacro purgauit. *Ex decre. Celestini papæ, cap. 5.*

De eadem re. Caput XII.

QVòd nemo, nisi per Christum, libero bene vtatur arbitrio idem magister in epistola ad Mileuitanum concilium data, prædicat, dicens. Aduerte tandem ô prauissimarum mentium peruersa doctrina, quòd primùm hominẽ ita libertas ipsa decepit, vt dũ indulgẽtius frenis eius vtitur, in præuaricationẽ præsumptionis cõcideret, nec ex hac potuit erui, nisi ei prouidentia regenerationis, statim pristinæ libertatis Christi domini reformasset aduentum. *Ex decr. eiusdem.*

Quòd homo sit sic positus in paradiso, si obediens permaneret, quandoque ad cœlestem patriã sine carnis morte transiret. Cap. XIII.

AD hoc in paradiso homo positus fuerat, vt si se ad cõditoris sui obedientiã vinculis charitatis astringeret, *Grego. in suis morali. dicit.*

ad cœleſtem angelorum patriam, quandoque ſine carnis morte tranſiret. Sic nanque immortalis eſt conditus, vt tamen ſi peccaret, & mori poſſet: & ſic mortalis eſt conditus, vt ſi non peccaret, etiam non mori poſſet: atque ex merito liberi arbitrij beatitudinem illius regionis attingeret, in qua vel peccare, vel mori nõ poſſet. Vbi igitur poſt redemptionis tempus, carnis morte interpoſita electi tranſeunt, illuc proculdubio parentes primi ſi in conditionis ſuę ſtatu perſtitiſſent, etiam ſine morte corporum transferri potuiſſent.

Quòd nos carnales in huius exilij cæcitate nati, puero in carcere nato, & nutrito comparemur.

Caput XIIII.

Ex dialogo Greg.

POſtquam de paradiſi gaudiis culpa exigente pulſus eſt primus humani generis parens, in huius exilij atque cæcitatis, quam patimur erumnam venit: quia peccato extra ſemetipſum fuſus, iam illa cœleſtis patriæ gaudia, quæ prius contemplabatur, videre non potuit. Homo quippe in paradiſo aſſueuerat verbis Dei perfrui, & beatorum angelorum ſpiritibus cordis mundicia, & celſitudine viſionis intereſſe, ſed poſtquam huc cecidit, ab illo, quo implebatur, mẽtis lumine receſsit. Ex cuius videlicet carne nos in huius exilij cæcitate nati, audimus quidem eſſe cœleſtem patriam, audimus eius ciues angelos Dei, audimus eorundem angelorum ſocios ſpiritus iuſtorum perfectorum, ſed carnales quique: quia illa inuiſibilia ſcire non valent per experimentum, dubitant vtrum ne ſit quod corporalibus oculis non vident. Quæ nimirum dubieras primo parenti noſtro eſſe non potuit: quia excluſus à paradiſi gaudiis, hoc quod amiſit, quoniam vidit, recolebat. Hi autem ſentire vel recolere audita non poſſunt: quia eorum nullum ſicut ille ſaltem de præterito experimentum tenent. Ac ſi enim prægnans mulier mittatur in carcerem, ibique puerum pariat, qui natus puer in carcere nutriatur & creſcat, cui ſi fortaſſe mater quæ eum genuit, ſolem, lunam, ſtellas, montes & campos, volantes aues, currentes equos nominet, ille verò qui eſt in carcere natus & nutritus, nihil aliud quàm tenebras carceris ſciat, & hæc quidem eſſe audiat, ſed quia ea per experimentum non nouit, veraciter eſſe diffidat, ita in hac exilij ſui cæcitate

nati homines,dum esse summa & inuisibilia audiunt, diffidunt an vera sint:quia sola hæc in quibus nati sunt, infima & visibilia nouerunt. Vnde factum est,vt ipse inuisibilium & visibilium creator,ad humani generis redemptionem vnigenitus patris veniret,& spiritum sanctum ad corda nostra mitteret, quatenus per eum viuificati credere-mus,quæ hic scire per experimẽtum non possumus. Quotquot ergo hunc spiritum sanctum hæreditatis nostræ pignus accepimus:de vita inuisibilium nõ dubitemus. Quisquis autem in hac credulitate adhuc solidus non est, debet proculdubio maiorum dictis præbere fidem, eisq; iam per spiritum sanctum inuisibilium experimentum habentibus credere: quia stultus puer est si matrem ideo æstimet de luce mentiri, quia ipse nihil aliud quàm tenebras carceris agnouit.

Quòd nullus per semetipsum bonus fieri possit.

Caput XV.

NEminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donet, qui solus est bonus. Nunquid nos de eorum post hæc rectum mentibus æstimemus, qui sibi se putant deberi quòd boni sunt, nec illum considerant, cuius quotidie gratiam consequuntur, qui sine illo tantùm se assequi posse confidunt? *Ex decre. Celesti. papæ.*

De eadem re. Cap. XVI.

NEminem etiam baptismatis gratia renouatum, idoneum esse ad superandas diaboli insidias, & ad euincendas carnis concupiscentias,nisi per quotianum adiutorium Dei,perseuerantiam bonæ conuersationis acceperit. Nam quanuis hominem redimeret à præteritis ille peccatis,tamen sciens iterum posse peccare,ad reparationem sibi quemadmodum posset illum & post ista corrigere, multa seruauit. Quotidiana præstat ille remedia. Quibus nisi freti confisique nitamur,nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necesse est enim vt quò auxiliante vincimus,eò iterum non adiuuante vincamur. *Ex decre. eiusdem.*

De eadem re. Cap. XVII.

QVòd ita Deus in cordibus hominũ,atq; in ipso libero operetur arbitrio,vt sancta cogitatio,piũ consiliũ, *Ex decre. eiusdem.*

omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit: quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Ad hanc nos professionem idē doctor instituit. Qui cū ad totius orbis episcopos de diuinæ gratiæ opitulatione loqueretur. Quòd ergo, ait, tēpus interuenit, quo non eius egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus causisq;, cogitationibus, motibus, adiutor & protector orandus est. Superbum est enim, vt quicquam sibi humana natura præsumat, clamante Apostolo: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed contra principes & potestates aëris huius, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Et sicut ipse iterum dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Et iterum: Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed plus illis omnibus laboraui: Non ego autem, sed gratia Dei mecum.

Quòd gratia diuina non solum peccata dimittat, sed etiam adiuuet ne committantur. Cap. XVIII.

Gregor. in suis moral. dicit.

QVòd gratia Dei non solùm peccata dimittat, sed etiā adiuuet ne committantur, & lex impleatur, non sicut ait Pelagius facilè, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri. Illud etiam quod intra Carthaginensis synodi decreta constitutum est, quasi proprium apostolicæ sedis amplectimur, quod scilicet tertio capitulo definitum est: vt quicunq; dixerit gratiā Dei, qua iustificamur per Iesum Christum dominum nostrum, ad remissionē solam peccatorum valere, quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutoriū vt non admittantur: anathema sit. Et iterum quarto capitulo: Quisquis dixerit, gratiam Dei per Iesum Christum propter hoc tantū nos adiuuare non ad peccandum: quia per ipsum nobis reuelatur & aperitur intelligentia mandatorū Dei, vt sciamus quid appetere, & quid vitare debeamus, nō autē per illā nobis præstari, vt quod faciēdū cognouimus, etiā facere diligamus, atq; valeamus, anathema sit. Cū enim dicat Apostolus: Scientia inflat, charitatis verò ædificat: valde impium est vt credamus, ad eam quæ inflat nos habere gratiā Christi, & ad eā quæ ædificat nō habere, cùm sit vtrunq; donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus, vt ædificante chari-

tate, scientia non possit inflare. Sicut autē de Deo scriptum est: Qui docet hominem scientiam: ita etiam scriptum est: Charitas ex Deo est. Item quinto capite, vt qui ſquis dixerit, ideo nobis gratiam iustificationis dari, vt quod facere per liberum iubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, licet & si gratia non daretur, non quidem facilè, sed tamen possemus etiā sine illa implere diuina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum dominus loquebatur, vbi non ait, sine me difficilius potestis facere: sed ait, sine me nihil potestis facere.

Quòd prædestinatio Dei ita sit ordinata, vt ea nociua quæ prædestinata sunt, electorum precibus solui queant. Cap. XIX.

OBtineri nequaquam possunt quæ prædestinata non fuerint: sed ea quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, vt precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni prædestinatio, ita est ab omnipotenti Deo dispositа, vt ad hoc electi ex labore perueniant: quatenus postulando mereatur accipere, quod eis omnipotens Deus ante secula disposuit donare. Petrus: Probari mihi apertius velim, si potest prædestinatio præcibus adiuuari. *Gregor. in suo dialogo dicit*

Item de prædestinatione. Cap. XX.

HOc quod ego Petre intuli, con citè valet probari. Certè etnim nosti, quia ad Abrabam dominus dixit: In Isaac vocabitur tibi semen. Cui etiam dixerat Patrem multarum gentium constitui te. Cui rursum promisit, dicens: Benedicam tibi & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam quæ est in littore maris. Ex qua re apertè constat intelligi, quia omnipotens Deus semen Abrahæ prædestinauerat per Isaac multiplicare: & tamen scriptum est, deprecatus est Isaac dominum pro vxore sua, eo quod esset sterilis, qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. Si ergo multiplicatio generis Abrahæ per Isaac prædestinata fuit, cur coniugem sterilem accepit? Sed nimirū constat: quia prędestinatio precibus impletur, quando is in quo Deus multiplicare semen Abrahæ prædestinauerat, oratione obtinuit, vt filium habere potuisset. *Ex eodē.*

De Dei præuidentia, simul & prouidentia Cap. XXI.

OMne iudicium sui secundū naturam, quæ sibi subiecta sunt comprehendit. Est autem Deo semper æternus *Augustin. dicit in*

libro de prædestinatione.

ac præsentarius status. Scientia quoq; eius omnē temporis supergressa notionem, in suæ manet simplicate præsentiæ, infinitaque præteriti ac futuri spacia complectens, omnia quasi iam gerantur in sua simplici cognitione considerat. Itaque si præsentiam pensare quis velit, qua cuncta dignoscit: non esse præsentiam quasi futuri, sed scientiam nunquam deficientis instantiæ rectius æstimabit. Vnde nō prævidentia, sed prouidentia potius dicitur: quòd porrò à rebus infimis constituta, quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat. Quid igitur dicendum est? Vt necessaria fiant quæ diuino lumine lustrentur, cùm ne homines quidem necessaria faciant esse quæ videant? Num enim quæ præsentia cernuntur, aliquam eis necessitatem vidētis addit intuitus? Minimè. Atqui, si est diuini humanique præsentis digna collatio, vti homines hoc temporario præsenti quædam vident: ita ille omnia suo cernit æterno. Quare hæc diuina prænotio, naturam rerum proprietatemque non mutat, taliaque apud se præsentia spectat, qualia in tempore olim futura prouenient, nec rerum iudicia confundit: vnoque suo mentis intuitu tam necessariè quàm non necessariè, ventura dignoscit. Sicuti aliquis cùm pariter ambulare in terra hominem, & oriri in cœlo solem videt, quanquam simul vtrunque sit conspectum, tamen discernit, & hoc voluntarium, illud esse necessarium iudicat. Ita igitur cuncta dispiciens diuinus intuitus, qualitatē rerum minimè perturbat: apud se quidem præsentium, ad conditionem verò temporis futurarum. Quo fit vt hoc nō sit opinio, sed veritate potius nixa cognitio: cùm extiturū quid esse cognoscit, quid idem existendi necessitate carere non nesciat. Hic si quis dicat quod euenturum Deus videt, id non euenire non posse, quod autem non potest nō euenire, id ex necessitate contingere. Respondebit illi res quidem solidissimæ veritatis, sed cui vix aliquis nisi diuini speculator accesserit. Firmatur namque idem venturum, cùm ad diuinam notionē refertur necessarium: cùm verò in sua natura perpenditur, liberū prorsus atque absolutum videri. Duæ sunt etenim necessitates, simplex vna, veluti qua necesse est oēs homines esse mortales: altera conditionis, vt si aliquem ambulare quis scit, eum ambulare necesse est. Quod enim quisq; nouit, id esse aliter ac notum est, nequit. Sed hæc minimè secum illā sim-

plicem trahit. Hanc enim necessitatem non propria facit natura, sed conditionis adiectio. Nulla enim necessitas cogit incedere voluntate gradientem: quamuis eum tum cùm graditur, incedere necessarium sit. Eodem igitur modo si quid prouidentia præsens videt, id esse necesse est, tametsi nullam naturæ habeat necessitatem. Atqui Deus ea futura, quæ ex arbitrij libertate proueniunt, præsentia contuetur. Hæc igitur ad intuitum relata diuinum, necessaria fiunt per dispositionem diuinæ notionis: per se verò considerata, ab absoluta naturę suæ libertate nō desinunt. Fient igitur pro culdubio cuncta quæ futura Deus esse prænoscit, sed eorum quædam de libero proficiscuntur arbitrio: quæ quamuis eueniant existendo, tamen naturam propriam non amittunt qua prius quàm fierent, etiam non euenire potuissent.

Quòd diuina æternitas, nec fuisse nec futurum esse habeat. Cap. XXII.

SEd quia beatus Iob sancto æternitatis spiritu impletur, & fuisse vel futurum esse æternitas nō habet, cui nimirum nec præterita trāseunt, nec quæ futura sunt veniūt: quia cuncta per præsens videt. *Grego. in suis moralibus.*

Quòd cuncta quæ hominibus fiunt, absque omnipotentis occulto consilio nō veniant. Cap. XXIII.

NVlla quæ in hoc mundo hominibus fiunt, absque omnipotentis Dei occulto cōsilio veniunt, Nam cuncta Deus secutura præsciens, ante secula decreuit, qualiter per secula disponantur. *Ex eodē.*

De eadem re. Cap. XXIIII.

NEc propheta igitur fallax quia tempus mortis innotuit, quo vir ille mori merebatur: nec dominica statuta conuulsa sunt: quia vt ex largitate Dei anni vitæ crescerent, hoc quoque quod ante secula præfixum fuit, atque spacium vitæ quod inopinatè foris est aditum, sine augmento præscientiæ fuit intus statutum. *Ex eodē.*

Quòd Deus singulis dies suos præfigat, vt nec minui, nec augeri possint. Cap. XXV.

PRæfixi dies singulis ab interna Dei præscientia, nec augeri possunt nec minui, nisi conitingat vt ira præsciantur, vt aut cum optimis operibus longiores sint, aut cum pessimis breuiores, sicut Ezechias augmentū dierum meruit impēsione lachrymarū, & sicut de peruersis scriptū est, *Ex eodē.*

indiſciplinatis obuiat mors. Sed ſæpe iniquus quãuis in occulta Dei præſciẽtia longa vitæ eius tempora non ſint prædeſtinata, ipſe tamen quia carnaliter viuere appetit, longo animo dies proponit, & quia ad illud tempus peruenire non valet quod expectat, quaſi antequam dies illius impleantur perit. Quod tamen intelligere & aliter poſſumus. Plerunq; enim quoſdam cernimus, & peruerſẽ agere, & vſque ad ſenectutem vltimam peruenire. Quomodo enim dicitur, antequam dies eius impleantur, peribit, cùm in quibuſdam ſæpe videamus, quia ætate longa iam membra deficiũt, & tamen prauitatem ſuam eorum deſideria exequi non deſiſtunt?

Quòd Deus noſtra peccata diſſimulet. Cap. XXVI.

Ex eodẽ. OMnipotens Deus quid nobis profuturum eſſe valeat ſciens, diſſimulat & audire dolẽtium vocem, vt augeat vtilitatem, vt purgetur vita per pœnam, & quietis tranquillitas, quæ hic inueniri non valet, alibi quæratur.

Quòd Deus cuncta diſponat, & conſideret vniuerſorum finem. Cap. XXVII.

Ex eodẽ. TEmpus ergo poſuit tenebris, & vniuerſorum finem ipſe conſiderat. Vniuerſorum nomine, & electos voluit & reprobos comprehendi. Nam bona faciens & ordinans Deus, mala non faciens, ſed ab iniquis facta, ne inordinatè veniant ipſe diſponẽs, conſiderat vniuerſorum finem, & patienter tolerat omnia, atque intuetur malorum terminum, quo ex malo mutentur ad bonum. Intuetur etiam reproborum finem, quo de malo opere, digni trahantur ad ſupplicium. Vidit finem perſequẽtis Sauli, vidit finem quaſi obſequentis diſcipuli, quòd pro commiſſo ſcelere guttur laqueo ſtringeret, ſeque & peccantem puniret, & deterius puniendo deciperet. Vidit Niniuitas delinquentes: ſed conſiderauit finem delinquentium, pœnitentiam correctorum. Vidit quoque Sodomam delinquentem: ſed conſiderauit finem ardoris luxuriæ, ignem gehennæ. Vidit Gentilitatis finem, quòd poſeſſa iniquitatum tenebris, quandoque fidei luce clareſceret. Vidit etiam Iudææ terminum, quòd ab ea luce fidei quam tenebat, obduratæ perfidiæ tenebris cæcaretur.

Item de prædeſtinatione. Cap. XXVIII.

Ex dictis Fulgẽtii. FVlgentius in libro de prædeſtinatione ita ait: Neque enim eſt alia Dei prædeſtinatio, niſi futurorum operũ

eius æterna præparatio. Et hic præparationē prædestinationem nominauit. Proinde siue præparationem, seu prędestinationem, in sanctorum dictis positum inuenerimus, vnum idemque significari docemur.

Item de prædestinatione. *Cap.* XXIX.

HIS omnibus testimoniis prædestinati ostenduntur, mali ad pœnam, sed non prædestinati ad peccatum. Quoniam corū quæ facturus est Deus, prædestinator est. Quæ verò nec fecit, nec facturus est, ea nō prædestinauit. Quia autem iudicaturus est mundum, & impios iusto supplicio pro iniquitatibus suis damnaturus, propterea & eos prædestinauit ad pœnam, & pœnā prædestinauit illis. Ad peccatum autem non eos prædestinauit, quoniam non est Deus author iniquitatis. Quoniā sicut iustitia, ex Deo est, & omne opus bonum, ita iniquitas & omne opus prauum ex diabolo. *Ex dictis Ambro.*

Item de prædestinatione. *Cap.* XXX.

PRædestinationis enim nomine non aliqua voluntatis humanæ coactitia necessitas exprimitur. Sed misericors & iusta diuini operis sępiterna dispositio prędicatur. *Ex dictis Auguſt.*

Item de prædestinatione. *Cap.* XXXI.

QVIA ergo Deus nulla necessitate compellitur, vt aliquid nolens promittat. Nullius vtique aduersitatis impeditur obstaculo, quo id quod promisit, aut minus quàm vult, aut tardius faciat. Proinde potuit, sicut voluit, prædestinare quosdam ad gloriam, quosdam ad pœnam. Sed quos prędestinauit ad gloriam, prędestinauit ad iustitiam. Quos autem prædestinauit ad pœnam, non prædestinauit ad culpam. Item paulò inferius. In sanctis igitur coronat Deus iustitiam, quam eis gratis ipse tribuit, gratis seruauit, gratisque perfecit. Iniquos autem condemnauit pro impietate, vel iustitia, quam in eis ipse non fecit. In illis enim opera sua glorificat, in istis autem opera non sua condemnat. *Ex dictis Isidori.*

Item de prædestinatione. *Cap.* XXXII.

FIdelibus congruit credere, & fateri Deum bonum, & iustum, præscisse quidem peccatores homines: quia ni- *Ex dictis Auguſt.*

hil eum latere potuit futurorum. Neque enim vel futuri essent, si in eius præsentia non fuissent, non tamen prædestinasse quemlibet ad peccatum. Quòd si ad peccatum aliquod Deus hominem prædestinaret, pro peccatis hominē non puniret. Dei enim prædestinatione, aut peccatorum præparata est pia remissio, aut peccatorum iusta punitio.

Item de prædestinatione. *Cap.* XXXIII.

Ex dictis Ambro.

INiquos itaque, quos præsciuit Deus hanc vitā in peccato terminaturos, prædestiuauit supplicio interminabili puniendos. In quo sicut culpanda non est præscientia humanæ iniquitatis, ita prædestinatio iustissimæ laudanda est vltionis, vt agnosceretur, non ab eo prædestinatum hominem ad qualecunque peccatum, quem prædestinauit peccati merito puniendum. Deus itaque omnia hominum opera, siue bona, seu mala præsciuit: quia eum latere nihil potuit, sed sola bona prædestinauit, quæ se in filiis gratiæ facturum esse præsciuit. Mala verò futura opera illorum, quos non prædestinauit ad regnum, sed ad interitum, præsciuit potētissima deitate, & ordinauit prouida bonitate.

Item de prædestinatione. *Cap.* XXXIIII.

Ex dictis Augusti.

DOminus ipse suo sermone nos perdocuit, in eo quod à se ostendit paratum non solùm regnum, vbi lætentur boni, sed & ignem æternum, vbi crucientur mali. Bonis etenim dicturus est: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratū est à constitutione mundi. Malis autem dicturus est: Ite maledicti in ignem æternum, quī paratus est diabolo, & angelis eius. Ecce ad quos dominus iniquos, & impios prædestinauit, id est, ad supplicium iustum. nō ad aliquod opus iniustum. Ad pœnam non ad culpam, ad punitionem, non ad trāsgressionem, ad interitum quem ira iusti iudicis peccantibus reddidit, quo ad interitum, quo in se iram Dei peccantiū iniquitas prouocauit. Quod beati Apostoli prædicatio manifestat, qui malos quos in æternum damnaturus est Deus, vasa vocat iræ, non culpæ. Ait enim: Quòd si volens Deus ostendere iram & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, aptata in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ parauit in glo-

riam. In hac extrema sententia notandum, quòd de euangelio sumens testimoniũ, ait, prædestinatos malos in ignẽ æternum, eo quod dicturus est dominus in iudicio non solùm bonis, vt percipiant regnum sibi paratum à constitutione mundi, verùm quòd malis dicturus est: Ite maledicti in ignem æternũ, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Ex hoc enim approbat, quòd iniquos & impios dominus prædestinauerit ad supplicium, ex eo quod illis dicturus est: Ite in ignem æternum. Vnde qui volunt dicere, quòd pœna prædestinata sit iniustis, nõ iniusti prędestinati sunt ad pœnam, viderint qualiter huius authoris dicta intelligant. Cui enim paratur pœna, is nimirum præparatur ad pœnam.

Item de prædestinatione. Cap. XXXV.

VAsis verò ire nunquam Deus redderet interitũ, si nõ spontaneũ inueniretur homo habere peccatũ. Quia nec Deus peccanti homini iustè inferret iram, si homo ex prædestinatione Dei cecidisset in culpam. *Itẽ Augustinus.*

Item de prædestinatione. Cap. XXXVI.

SIcut enim præscientia neminem compellit ad peccatum, cùm vtiq; præscierit singulorũ ante secula externa peccata, ita quoque & prædestinatio eius neminẽ compellit ad pœnam. Licet & antequã nascatur, aliquis prædestinatus sit, si permãsurus est in iniquitate ad pœnam. *Ex dictis Fulgẽtij.*

Item de prædestinatione. Cap. XXXVII.

SIcut enim nemo potest imputare Deo quòd peccat, ita quoque quòd peccatis puniendus sit. Peccat enim propria voluntate delinquens, puniendus est autem iusto iudicio iudicantis, & sicut peccati causa non ex Dei præsciẽtia descendit, quia nullus idcirco peccat: quia Deus eum peccaturum præscierit, sed idcirco quia magis propriè concupiscentiæ obedierit, quàm præcepto prohibentis Dei à peccato. ita quoque nullus idcirco adpœnam vadit: quia hoc in prædestinatione Dei ante fuerat. Ex eo enim quòd præscitus est in peccatis permansurus, & sine pœnitentiæ fructu, vitam præsentem terminaturus, ex eo deputatus est ad pœnam. Et sicut causa peccati concupiscentia est, qua magis obeditur voluntati carnis, quàm præ- *Ex dictis Ambro.*

cepto diuino, ita penè deputatio, causa est peccati perpetratio, & postea pro peccato nulla digna satisfactio.

Item de prædestinatione. Cap. XXXVII.

Ex dictis Ambro. ET scriptura dicit: Considera opera domini: quia nemo potest corrigere, quem ille despexerit.

Item de prædestinatione. Cap. XXXIX.

Ex dictis Augusti. NEMO qui bene credit in Deum, dubitat præscientia illius cœlum, terramq; contineri, mundumq; prouidentia diuina regi. Et sicut nihil latet sapientiam eius, ita dispositio illius vniuersa moderatur & regit. Sic enim nulla est creatura occulta, in conspectu illius.

De creatione angelorum. Cap. XL.

Idem. IN principio creauit Deus cœlum & terram, & aquam ex nihilo, & cùm aquam ipsam adhuc tenebræ occultarent, & aquam terra absconderet, facti sunt angeli, & omnes cœlestes virtutes, vt nõ esset ociosa Dei bonitas, sed haberet in quibus per multa ante spacia bonitatem suam ostenderet: & ita hic visibilis mũdus ex his quæ creata fuerant, factus est, & ornatus.

Quòd nihil sit incorporeum, & inuisibile præter solum Deum. Cap. XLI.

Idem. NIhil incorporeum, & inuisibile in natura credendũ, nisi solum Deum. Qui ideo incorporeus creditur; quia vbique est, & omnia implet, atq; constringit. Ideo inuisibilis omnibus creaturis est, quia incorporeus est.

Quòd omnis cretura sit corporea. Cap. XLII.

Idem. CReatura omnis corporea, Angeli, & omnes cœlestes virtutes corporeæ, licet non carne subsistant. Ideo autem corporeas esse credim⁹ intellectuales naturas, quoniam localiter circunscribuntur, sicut & anima humana, quæ carne clauditur, & dæmones qui substantia angelicæ naturæ sunt.

Quòd omnes intectuales naturæ immortales sint. Cap. XLIII.

Idem. IMmortales esse credimus intellectuales naturas, quæ carne carent, nec habent quod cadat, vt resurrectione egeat post ruinam.

Quòd apostatæ angeli ante ruinam liberum arbitrium haberent. Cap. XLIIII.

VNaquęq; enim res quasi tot passibus ad aliud tendit, quot mutabilitatis suæ motibus subiacet. Sola autem natura incomprehẽsibilis ab statu suo nescit moueri: quæ ab eo quod semper idem est, nescit immutari. Nam si angelorum substantia immutabilitatis motu fuisset ab authore condita, nequaquam à beatitudinis suæ arce cecidisset. Mirè autem omnipotens Deus naturam summorũ spirituum bonam, sed mutabilem condidit: vt & qui permanere nollent, ruerẽt, & qui in conditione persisterẽt, tantò in ea iam dignus, quãtò & ex arbitrio starent: & eò maioris apud Deum meriti fierent, quò mutabilitatis suæ motum, voluntatis statione fixissent. *Grego. in suis moralibus.*

Cur angelorum spiritus irremissibiliter peccauerunt. Cap. XLV.

ANgelorum spiritus idcirco irremissibiliter peccauerunt: quia tantò robustius stare poterant, quãtò eos carnis amixtio non tenebat. Homo verò idcirco post culpam veniam meruit: quia per carnale corpus aliquid quo semetipso minor esset, accepit. Vnde apud respectũ iudicẽ argumentum pietatis est, hæc eadem infirmitas carnis. *Ex eisdẽ.*

Quòd angeli custodes hominibus præponantur. Cap. XLVI.

QVIA verò angeli hominibus præsint, per prophetam testatur angelus, dicens: Princeps regni Persarum restitit mihi. Quòd verò angeli à superiorũ angelorum potestatibus dispensentur, Zacharias perhibet propheta, qui ait: Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Hierusalem. *Grego. in suis moralib⁹ dicit.*

Quod singulis hominibus, singuli angeli dentur custodes. Cap. XLVII.

ABbas Paulus simplex habebat gratiam, vt ingrediẽtes in Ecclesiam senes aspiceret: & ex ipsa facie eorum vniuscuiusque cogitationes, siue malæ essent, seu bonæ sentiret. Cùm ergo venissent ad Ecclesiam, & ingrederentur senes, vidit eos clara facie, & læto animo ingredi, & angelos eorum cum gaudio pariter cum ipsis. Vnum autem ni- *Ex dictis cuiusdam inuita patrum.*

grum & nebulosum habentem corpus, & dæmones hinc, atque inde trahentes eum, cum admisso freno in naribus, & angelum sanctum eius de longè sequentem triste. Beatus ergo Paulus cœpit flere amarissimè, & pectus suum tũdere, sedens ante Ecclesiam propter eum quem talẽ viderat. Omnes autem alii senes videntes eum sic flẽtem, cœpernnt eum rogare, vt si quid in illis vidisset, cum eis ingrederetur in congregationem Ille autem noluit ingredi, sed semper flebat propter eum quem sic viderat. Post paululum autẽ, cùm absoluta congregatio discederet, nerum omnium vultus circunspiciebat, si tales egrederẽtur, quales ingressi sunt. Et vidit illum quem antea viderat nigrum & nobulosum egressum de Ecclesia clara facie, & cãdido corpore, & dæmones de longè sequentes eum, sanctũ autem angelum eius prope eum hilarem, & gaudẽtem super eum nimis.

Quòd dextera Dei sit pars angelorũ electa: sinistra autẽ eius, pars angelorum reproba. Cap. XLVIII.

Grego. in suis mora lib⁹ dicit.

QVID est ergo quòd exercitus cœli à dextris, & sinistris eius stare perhibetur? Deus enim qui ita est intra omnia, vt etiam sit extra omnia, nec dextera, nec sinistra cõcluditur, sed dextera Dei angelorũ pars electa: sinistra autem Dei, pars angelorũ reproba designatur. Non enim ministrant, solummodo boni qui adiuuent, sed etiam alii qui reprobent, id est, non solùm qui à culpa redeuntes subleuẽt, sed etiam qui redire nolentes grauẽt. Nec quòd cœli exercitus, dicitur angelorum pars reproba in eo intelligi posse perhibetur. Quas enim suspendia aëre nouimus, aues cœli nominamus. Et de iisdem spiritibus Paulus dicit: Cõtra spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Quorum caput enuncians, ait: Secundum principem aëris huius. A dextra ergo Dei & sinistra angelorum exercitus stat: quia & voluntas electorum spirituum, diuinæ præceptis concordat, & reproborum sensus suæ malitiæ seruiens, iudicio districtionis eius obtemperat. Vnde & mox fallax spiritibus in medium prosiluisse describitur, per quẽ Achab rex exigentibus suis meritis decipiatur. Neque enim fas est credere, bonum spiritum fallaciæ deseruire voluisse, vt diceret: Egrediar, & ero mẽdax spiritus in ore omnium

prophetarum eius. Sed quia Ahab rex peccatis præcedentibus dignus erat, vt tali debuisset deceptione damnari, quatenus qui sæpe volens ceciderat culpa, quandoque nolens caperetur ad pœnam: occulta iustitia, licentia malignis spiritibus datur, vt quos volentes in peccati laqueo strangulant, in peccati pœnam etiam nolentes trahant. Quod ergo illic à dextris atque sinistris Dei, exercitus cœli astitisse describitur, hoc hic inter filios Dei satan adfuisse perhibetur. Ecce à dextris Dei steterunt angeli, qui nominantur filii Dei, ecce à sinistris stant angeli: quia adfuit inter eos etiam satan.

Quòd immundi spiritus in hoc cœli terræque medio vagentur. Cap. XLIX.

PAulò ante iam diximus, vnde & aues cœli nominamus. Et scimus, quòd imũdi spiritus, qui è cœlo æthereo lapsi sunt, in hoc cœli terræque medio vagantur. Qui tantò magis corda hominum ascendere ad cœlestia inuident, quantò se à cœlestibus per elationis suæ immundiciam proiectos vident. *Grego. in suis moral. dicit.*

De hoc si pax in sublimibus retineatur. Cap. L.

SEd inter hæc libet inquirere, si pax in sublimibus summa retinetur, quid est quod per angelum Danielì dicitur? Ego veni propter sermones tuos, princeps autem regni Persarum restitit mihi, xx. & vno diebus, & ecce Michaël vnus de principibus, primus venit in adiutorium mihi. Et paulò pòst: Nunc reuertar vt prælier aduersus principem Persarũ. Cũ enim egrederer, apparuit princeps Græcorum aduenięs. Quos itaq; alios principes gẽtiũ nisi angelos appellat, qui sibi resistere exeunti potuissent? Quæ ergo esse pax in sublimibus potest, si inter ipsos quoq; angelicos spiritus præliãdi certamen agitur, qui semper conspectui veritatis assistunt? Sed quia certa angelorũ ministeria dispẽsandis singulis, quibusq; gẽtibus sint prælata, cũ subiectorũ mores aduersum se vicissim præpositorũ spirituũ opẽ merẽtur, ipsi qui præsunt spiritus cõtra se venire referuntur. Is nanq; angelus qui Danięli loquebatur, captiuis Israelitici populi in Perside constitutis prælatus agnoscitur Michael autẽ eorum, qui ex eadem plebe in Iudæa terra remãserãt, *Ex iisdẽ,*

præpositus inuenitur. Vnde ab eodem angelo paulò post Danielì dicitur. Nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michaël princeps vester. De quo & hoc quod præmissimus, dicit: Et ecce Michaël vnus de principibus, primus venit in adiutorium mihi. Qui dum nequaquam simul esse, sed venire in adiutorium dicitur, apertè ei populo præstitus agnoscitur, qui captus in alia parte tenebatur.

Quòd diaboli voluntas semper sit iniqua, potestas autem eius nunquam iniusta. Cap. LI.

Ex eisdē. SCiēdum verò est quia satanæ voluntas semper iniqua est, sed nunquam potestas iniusta: quia à semetipso voluntatem habet, sed à domino potestatem. Quod enim ipse facere iniquè appetit, hoc Deus fieri non nisi iustè permittit. Vnde bene in libris Regum dicitur: Spiritus domini malus irruebat in Saul. Ecce vnus idemq; spiritus, & domini appellatur, & malus: domini videlicet per licentiam potestatis iustæ, malus autem per desiderium voluntatis iniustæ. Formidari igitur non debet, qui nihil nisi permissus valet. Sola ergo vis illa timenda est, quæ cùm hostem sæuire permiserit, ei ad vsum iusti iudicij, & iniusta illius voluntas, seruit. Paululum verò manum postulat extendi, quia exteriora sunt quæ expetit conteri. Neque enim satan facere se aliquid multum putat, nisi cùm in anima sauciat, vt ab illa patria feriens reuocet.

Quòd quatuor modis loquatur Deus ad diabolum, & tribus modis diabolus ad Deum. Cap. LII.

Gregor. in suis moralibus. SCiendum verò est, quia sicut hoc loco discimus, IIII. modis loquitur Deus ad diabolum: tribus modis diabolus ad Deum. Quatuor modis loquitur Deus ad diabolum, & iniustas vias eius arguit, & electorum suorum contra illum iustitiam proponit, & tentandam eorum innocentiam ei concedendo permittit, & aliquando cùm ne tentare audeat prohibet. Iniustas enim vias eius redarguit, sicut iam dictum est: Vnde venis? Electorum suorum cōtra illum iustitiam proponit sicut ait: Considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis super terram? Tentādam eorum innocentiam ei concedendo permittit, sicut dicit: Ecce vniuersa quæ habet, in manu tua sunt. Rursumque eum à cer-

tatione prohibet, cùm dict: Tantùm in eum ne extendas manum tuam. Tribus autem modis loquitur diabolus ad Deum, cùm vel vias suas insinuat, vel electoum innocentiam fictis criminibus accusat, vel tentandam eandem innocentiam postulat. Vias quippe suas insinuat, qui ait: Circuiui terram, & perambulaui eam. Electorum innocentiam accusat: quia dicit: Nunquid frustra Iob timet Deum? Nónne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamque substantiam per circuitum? Tentandam eandem innocẽtiam postulat, cùm dicit: Extende manum tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.

Quòd non sit palma victoriæ sine labore certaminis.

Caput LIII.

SIne labore certaminis, non est palma victoriæ. Vnde ergo victores, nisi quia contra antiqui hostis insidias decertauerunt? Malignus quippe spiritus cogitationi, locutioni, atque operi nostro semper assistit: si fortasse quid inueniat, vnde apud examen æterni iudicis accusator existat. Vis etenim nosse quomodo ad decipiendum semper assistat? Quidam qui nunc nobiscum sunt, rem quam narro testantur. Quòd vir vitæ venerabilis Stephanus nomine, Valeriæ prouinciæ presbyter fuit, huius nostri Bonifacij diaconi, atq; dispensatoris ecclesiæ, cognatione proximus. Qui quadam die de itinere domum regressus, mancipio suo negligenter loquens præcepit dicens: Veni diabole, discalcia me. Ad cuius vocem mox cœperunt se caligarum corrigiæ in summa velocitate dissoluere, vt apertè constaret, quòd ei ipse qui nominatus fuit, ad extrahendas caligas, diabolus obedisset. Quod mox vt presbyter vidit, vehementer expauit, magnisque vocibus clamare cœpit dicens: Recede miser, recede: non enim tibi, sed mancipio meo locutus sum. Ad cuius vocem protinus recessit, ita vt inuentæ sint magna iã ex parte dissolutæ corrigiæ, ex parte remãserint. Qua in re colligi potest antiquus hostis, qui iã præsto est corporalibus factis, quàm nimiis insidiis, nostris cogitationibus insistit. *Ex dialogo Greg.*

De creatura, & natura, & ministerio angelorum, & de casu apostatarum. Cap. LIIII.

ANgelorum nomen officij est, non naturæ. Nam secũdum naturam, spiritus nuncupãtur. Quando enim de *S. Isidor. in libro offic iorũ sic loquitur.*

cœlis ad annunciandum hominibus mittuntur: ex ipsa annunciatione angeli nominantur. Natura enim spiritus sunt. Tunc autem angeli vocantur, quando mittuntur. Natura angelorum mutabilis est, sed facit eos incorruptos charitas sempiterna. Gratia non natura esse incommutabiles angelos. Nam si natura incommutabiles essent, diabolus vtique non cecidisset. Mutabilitatem itaque naturæ suffragat in illis contemplatio creatoris. Inde & priuatus est apostata angelus, dum fortitudinem suam non à Deo, sed à se voluit custodire. Ante omnem creaturam angeli facti sunt, dum dictum est: fiat lux. De ipsis enim dicit scriptura: Prior omnium creata est sapientia. Lux enim dicuntur, participando lucis æternæ sapientiæ verò dicuntur ignitæ inhærendo sapientiæ. Et cùm sint mutabiles natura, non tamen finit eos contemplatio mutari diuina. Ante omnem creationem mundi, creati sunt angeli, & ante omnem creationem angelorum, diabolus conditus est, sicut scriptum est. Ipse est principium viarum Dei. Vnde & ad comparationem angelorum, archangelus appellatus est. Prius enim creatus extitit ordinis prælatione, non temporis quantitate. Primatum habuisse angelorum diabolum scimus, ex qua fiducia cecidit, ita vt sine reparatione laberetur, cuius prælationis excellentiam propheta his verbis annunciat: Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abietes non adæquauerunt summitatem illius. Omne lignum paradisi non est assimilatum illi: quoniam speciosiorem fecit eum Deus. Distat conditio angeli, à conditione hominis. Homo enim ad Dei similitudinem conditus est. Archangelus verò qui ipsus est, signaculum Dei similitudinis appellatus est. Testante domino per Ezechie. Tu signaculum similitudinis Dei plenus sapientia, perfectus decore, in deliciis paradisi Dei fuisti. Quantò enim subtilior est eius natura, tantò plenius extitit ad similitudinem diuinæ veritatis expressam. Prius de cœlo cecidisse diabolum constat, quàm homo conderetur. Nam mox vt factus est, in superbiam erupit, & præcipitatus de cœlo est. Nam iuxta veritatis testimonium, ab initio mendax fuit, & in veritate non stetit, quia statim vt factus est, cecidit. Fuit quidem in veritate conditus, sed non stando confestim à veritate est

lapsus. Vno superbiæ lapsu, dum Deo per timorem se conferunt, & homo cecidit, & diabolus. Sed homo reuersus est ad pœnitentiam, dum se inferiorem esse cognoscit. Diabolus verò non solùm in hoc contentus, quòd se Deo æqualem existimans cecidit, insuper etiam superiorem Deo se dicit, secundum apostoli dicta, qui ait de Antichristo: Qui aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Diabolus ideo iam non petet veniam: quia non compungitur ad pœnitentiam. Membra verò eius sæpe per hypocrisin deprecantur, quod tamen pro mala conscientia adipisci non merentur. Discat humana miseria, quòd ea causa citius prouocetur Deus præstare veniam, dum infirmo compatitur homini: quia ipse homo traxit ex parte inferiori infirmitatem peccandi, hoc est, ex carne, qua inclusa anima detinetur. Apostatæ angeli ideo veniam non habent: quia carnalis fragilitatis nulla infirmitate grauati sunt vt peccarent. Homines autem post peccatum idcirco reuertuntur ad veniam, propter quod ex lutea materia pondus traxerunt infirmitatis, idoque pro infirma carnis conditione, reditus patet homini ad salutem. Sicut & Psalmus dicit: Ipse scit figmentum nostrum. Memento domine quòd terra sumus. Et iterum: Memorare, inquit, quæ sit mea substantia. Postquam apostatæ angeli ceciderunt, reliqui perseuerantiâ æternæ beatitudinis solidati sunt. Vnde & post cœli creationem in principio repetitur, fiat firmamentum, & vocatum est firmamentum cœlum. Nimirum ostendens, quòd post angelorum ruinam, hi qui permanserunt, firmitatem meruerunt æternæ perseuerantiæ, & beatitudinis, quam anteà minus acceperant. Post diaboli dictionem, angelorum sanctorum collatam sanctitatis perseuerantiam, & beatitudinem quam minus acceperant, vnde oportet cognosci quod malorum iniquitas, sanctorum seruiat humilitati: quia vnde mali corruunt, inde boni proficiunt. Bonorum angelorum numerus, qui post ruinam angelorum malorum est diminutus, ex numero electorum omnium supplebitur, qui numerus soli Deo est cognitus. Inter angelos distantia potestatum est, & pro graduum dignitate, ministeria eisdem sunt distributa. Aliisque alij præferuntur tam culmine potestatis, quã scientia virtutis. Subministrant igitur alij alio-

rum præceptis, atque obediunt iussis. Vnde ad prophetam Zachariam angelus angelum mittit, & quæcunque annunciare debeat præcipit. Nouem esse distinctiones vel ordines angelorum sacræ scripturæ testantur, id est, angeli, archangeli, throni, dominationes, virtutes, principatus, potestates, cherubin, & seraphin. Horum ordinum numerum etiam Ezechiël propheta describit sub totidem nominibus lapidum, cùm de primatu apostatę angeli loqueretur: Omnis, inquit, lapis operimentum tuum, sardius, & topazius, & iaspis, chrysolythus, & onyx, & berillus, saphyrus, carbunculus, & smaragdus. Quo numero lapidum, ipsi ordines designati sunt angelorum. Quos apostata angelus ante lapsum quasi in vestimento ornamenti sui affixos habuit: ad quorum se comparationem dum se clariorem cunctis aspexit, confestim intumuit, & cor suum ad superbiam eleuauit. Angeli semper in Deo gaudent, non in se. Malus verò inde est diabolus: quia non quæ Dei, sed quæ sua sunt requisiuit. Nulla autem maior iniquitas quàm non in Deo, sed in se velle quempiam gloriari. Angeli verò Dei cognoscunt omnia antequam in re fiant: & quæ apud homines adhuc fututa sunt, angeli iam reuelante Deo nouerunt. Præuaricatores angeli etiam sanctitate amissa, non tamen amiserunt viuacem creaturæ angelicæ sensum. Tripici enim modo præscientiæ acumine vigent, id est, subtilitate naturæ, experientia temporum, reuelatione superiorum potestatum. Quoties Deus quocunque flagello huic mundo irascitur, ad ministerium vindictæ apostatæ angeli mittuntur: qui tamen diuina potestate coëcentur, ne tantùm noceant, quantum cupiunt. Boni autem angeli ad ministerium salutis humanæ deputati sunt: vt curas administrant mundi, & regant omnia iussu Dei, testante Apostolo: Nónne omnes, inquit, sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Angeli corpora in quibus hominibus apparent in superno aëre sumunt, solidamque speciem ex cœlesti elemento inducunt, per quam humanis obtutibus manifestius demonstrentur. Singulæ gentes præpositos angelos habere creduntur, quod ostenditur testimonio angeli Danieli loquentis: Ego, inquit, veni, vt nunciarem tibi, sed princeps regni Persarum restitit mihi

Et post alia: Non est qui me adiuuet, nisi Micaël princeps vester. Item omnes homines angelos habere probantur, Loquente domino in Euangelio: Amen dico vobis: quia angeli eorum semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est. Vnde & Petrus in Actibus apostolorum, cùm pulsarent ianuam, dixerunt intus apostoli: Non est Petrus, sed angelus eius est. Si Deum angeli contuentur, & vident, cur Petrus apostolus dicit: In quem desiderant angeli Dei conspicere? Item si eum non contuentur nec vident, quomodo iuxta sententiam domini angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in cœlis est? Sed benè vtrunq; est. Nam veraciter credimus quòd Deum angeli, & vident, & videre desiderant: & habent, & habere festinant, & amant, & amare nituntur. Si enim sic videre desiderant vt effectu desiderij non perfruantur, desiderium hoc necessitatem habet, & necessitas ista pœnalis est. Sed beatis angelis omnis pœna longè est: quia nunquam simul pœna & beatitudo conueniunt. Rursum, si eos dicimus Dei visione satiari, satietas fastidium habere solet, & scimus illos Dei visionem quam & desiderant, fastidire non posse. Quid ergo est, nisi vt miro modo simul vtrunque credamus, quia & desiderãt, & satiantur? Sed desiderãt sine labore, & satiantur sine fastidio. Ne enim sit in desiderio necessitas, desiderantes satiantur. Et iterum: Ne sit satietate fastidium, satiari desiderant. Vident enim angeli faciem patris per satietatem, sed quia satietas ista fastidium nescit, angeli desiderant in eo prospicere semper. Vbicunque in scripturis sanctis pro Deo angelus ponitur, non pater, non spiritus sanctus, sed pro incarnationis dispensatione solus filius intelligitur. Ante dominicæ incarnationis aduentum, discordia inter angelos, & homines fuit. Veniens autem Christus, pacem in se angelis & hominibus fecit. Eo quippe nato, clamauerunt angeli in terra: Pax hominibus bonæ voluntatis. Per incarnationem igitur Christi, non solùm Deo reconciliatus est homo: verùm etiam pax inter angelos & homines reformata est. Discordia igitur ante aduentum Christi angelorum, & hominum fuisse per id maximè agnoscitur, quòd salutati in veteri testamento ab hominibus angeli, despiciunt resalutari ab eis. Quòd in nouo testamento à Ioanne factum, non solùm reuerenter angelus suscipit, verùm etiam ne faciat interdicit.

tribus non potuit cælari, sed subtiliter indagantes, atque illius omnia medicamenta perscrutantes, eosdem tres aureos in medicamine absconsos inuenerunt. Quod mox vt mihi nunciatum est, tantùm malum de fratre qui nobiscum communiter vixit, æquanimiter ferre non valui: quippe quia eiusdem monasterij semper regula fuit, vt cuncti fratres ita communiter viuerent, quatenus eis singulis nulla habere propria liceret. Tunc nimio mœrore percussus, cogitare cœpi, vel quòd ad purgationem morientis facerem, vel quòd in exemplo viuentibus fratribus prouiderem. Precioso igitur eiusdem monasterii præposito ad me accito, dixit. Vade, & nullus ex fratribus se ad eum morientem iungat, nec sermonem consolationis ex cuiuslibet eorum ore percipiat, sed cùm in morte constitutus fratres quæsierit, ei suus frater carnalis dicat: quia pro solidis quos occultè habuit, à cunctis fratribus abominatus sit, vt saltem in morte de culpa mentem amaritudo transuerberet, atque à peccato quod perpetrauit purget. Cùm verò mortuus fuerit, corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur, sed quolibet fossam in sterquilinio facite, in eo corpus ei⁹ proiicite, ibique super eum tres aureos quos reliquit iactate, simul omnes clamantes, pecunia tua tecum sit in perditione, & sic eum terra operite. In quibus vtrisque rebus vnam morienti, alteram verò volui viuentibus fratribus prodesse: vt & illum amaritudo mortis à culpa solubilem faceret, & istos auritiæ tanta damnatio misceri in culpa prohiberet. Quod ita factum est. Nam cùm idem peruenisset ad mortem, & anxiè quæreret se fratribus commendare, nullusque ei ex fratribus applicare & loqui dignaretur, ei carnalis frater, cur ab omnibus esset abominatus, innotuit. Qui protinus de reatu vehementer gemuit, atque in ipsa tristitia è corpore exiuit. Qui ita sepultus est, vt dixi. Sed fratres omnes eadem sententia perturbati, cæperunt singuli extrema quæque, & vilia, & quæ eis semper habere regulariter licuerat, ad medium proferre, vehementerque formidabant, ne quid apud se esset, vnde reprehendi potuissent. Cùm verò post mortem eius triginta iam essent dies eius euoluti, cœpit animus meus defuncto fratri copati, eiusque cum dolore grauia supplicia pensare, & si quid esset ereptionis eius in remedium quærere. Tunc euocato ad me Precioso eodem

Ab hoc homo in veteri testamento despicitur, nec salutatur ab angelo, eo quod homo adhuc nondum transisset in Deo. Suscipitur autem homo à Deo, & ruerenter salutatur ab angelo. Nam & Mariã angelus legitur salutasse, & Ioanni angelum salutanti, ab eodem angelo dicitur: Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum. Per quod agnoscitur, per incarnationem dominicam, pacem hominibus fuisse, & angelis, redditam.

Quòd supernorum ciuium numerus, & finitus sit, & infinitus. Cap. LV.

Gregorius in suis moralibus.

SVpernorum ciuium numerus, & infinitus, & definitus exprimitur, vt qui Deo est numerabilis, esse nobis innumerabilis demonstretur, quamuis aliud est assistere, aliud ministrare. Assistunt enim illæ procul dubio potestates, quæ ad quædam hominibus nuncianda non exeunt. Ministrant verò hi qui ad exempla officia nunciorum veniunt. sed tamen ipsi quoque à contemplatione ab intimis non recedunt. Et quia plures sunt qui ministrant, quàm hi qui principaliter assistunt, assistentium numerus quasi definitus, ministrantium verò infinitus ostenditur. Angelicos verò spiritus rectè Dei milites dicimus: quia decertare eos contra potestates aërias non ignoramus. Quæ tamen certamina non labore, sed imperio peragunt: quia quicquid agendo contra immundos spiritus appetunt, ex adiutorio cuncta regentis possunt.

Quòd omnis culpa ante discessum oblationis munere soluatur. Cap. LVI.

Ex dialogo Greg.

SEd neque hoc silendum existimo, quod actum in meo monasterio ante hoc triennium reminiscor. Quidam nanque monachus Iustus nomine, medicinæ arte imbutus fuit, qui mihi in eodem monasterio constituto, sedulò obsequio, atque in assiduis ægritudinibus meis excubare consueuit. Hic itaque languore corporis præuentus, ad extrema deductus est. Cui in ipsa molestia sua, frater germanus, nomine Copiosus, seruiebat. Qui ipse quoque nunc in hac vrbe per eandem medicinæ artem, temporalis vitæ stipendia sectatur. Sed prædictus Iustus, cùm iam se ad extrema peruenisse cognouisset eidem fratri suo Copioso occultos tres aureos haberet, innotuit. Quod nimirum fra-

tribus non potuit cælari, sed subtiliter indagantes, atque illius omnia medicamenta perscrutantes, eosdem tres aureos in medicamine absconsos inuenerunt. Quod mox vt mihi nunciatum est, tantùm malum de fratre qui nobiscum communiter vixit, æquanimiter ferre non valui: quippe quia eiusdem monasterij semper regula fuit, vt cuncti fratres ita communiter viuerent, quatenus eis singulis nulla habere propria liceret. Tunc nimio mœrore percussus, cogitare cœpi, vel quòd ad purgationem morientis facerem, vel quòd in exemplo viuentibus fratribus prouiderem. Precioso igitur eiusdem monasterii præposito ad me accito, dixit. Vade, & nullus ex fratribus se ad eum morientem iungat, nec sermonem consolationis ex cuiuslibet eorum ore percipiat, sed cùm in morte constitutus fratres quæsierit, ei suus frater carnalis dicat: quia pro solidis quos occultè habuit, à cunctis fratribus abominatus sit, vt saltem in morte de culpa mentem amaritudo transuerberet, atque à peccato quod perpetrauit purget. Cùm verò mortuus fuerit, corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur, sed quolibet fossam in sterquilinio facite, in eo corpus ei⁹ proiicite, ibique super eum tres aureos quos reliquit iactate, simul omnes clamantes, pecunia tua tecum sit in perditione, & sic eum terra operite. In quibus vtrisque rebus vnam morienti, alteram verò volui viuentibus fratribus prodesse: vt & illum amaritudo mortis à culpa solubilem faceret, & istos auritiæ tanta damnatio misceri in culpa prohiberet. Quod ita factum est. Nam cùm idem peruenisset ad mortem, & anxiè quæreret se fratribus commendare, nullusque ei ex fratribus applicare & loqui dignaretur, ei carnalis frater, cur ab omnibus esset abominatus, innotuit. Qui protinus de reatu vehementer gemuit, atque in ipsa tristitia è corpore exiuit. Qui ita sepultus est, vt dixi. Sed fratres omnes eadem sententia perturbati, cæperunt singuli extrema quæque, & vilia, & quæ eis semper habere regulariter licuerat, ad medium proferre, vehementerque formidabant, ne quid apud se esset, vnde reprehendi potuissent. Cùm verò post mortem eius triginta iam essent dies eius euoluti, cœpit animus meus defuncto fratri copati, eiusque cum dolore grauia supplicia pensare, & si quid esset ereptionis eius in remedium quærere. Tunc euocato ad me Precioso eodem

monasterij nostri præposito, dixit tristis. Diu est, quod frater ille qui defunctus est in igne cruciatur, debemus ei aliquid charitatis impendere, & eum in quantum possumus, vt eripiatur adiuare. Vade itaque & ab hodierna die diebus triginta cõtinuis offerre pro eo sacrificium studе, & nullus omnino prætermittatur dies, quo pro absolutione illius salutaris hostia non immoletur. Qui protinus abscessit, & paruit. Nobis autem alia curantibus, atque euolutos dies non numerãtibus, idem frater qui defunctus fuit, nocte quadam fratri suo Germano Copioso per visionem apparuit. Quem ille cùm vidisset, inquisiuit dicens: Quid est frater? Quomodo es? Cui ille respondit: Nunc vsque malè fui, modò iam benè sum: quia hodie commuionem recepi. Quòd idem Copiosus pergens, protinus fratribus in monasterio indicauit. Fratres verò solicitè computabant dies, & repererant quòd ipse dies extitit, quo pro eo trigesima oblatio fuit impleta. Cumque & Copiosus nesciret, quid pro eo fratres agerent, & fratres ignorassent quod de illo Copiosus vidisset, vno eodemque tempore dum cognouit ille quod isti ignorant, atque isti cognoscebant quod ille vidit, concordantes simul visionem & sacrificium, res apertè claruit, quia frater qui defunctus fuit, per salutarem hostiam supplicium euasit.

Quòd sacra oblatio post mortem animabus prodesse possit, si non sunt culpæ indissolubiles.

Caput LVII.

Ex dialo. Gregor. SI culpæ post mortem insolubiles non sunt, nullorum solet animas etiam postmortem sacra oblatio hostiæ salutaris adiuuare, ita vt hoc nunnunquam ipse defunctorum animæ expetere videantur. Nam prædictus Felix episcopus, à quodam venerabilis vitæ presbytero qui vsque ante biennium vixit, & in diœcesi Centumcellensis vrbis habitauit, atque Ecclesiæ beati Ioannis, quæ in loco, qui Tauriana dicitur, sita est, præerat, cognouisse se asserit: quòd idem presbyter in eo loco in quo aquæ calidæ vapores nimios faciunt, quoties necessitas corporis exegit, lauari consueuit. Vbi dum die quadam fuisset ingressus, inuenit quendam incognitum virum, ad suum obsequium paratum, qui sibi de pedibus calciamenta abstraheret, vestimenta susciperet, & exeunti à calore sabana præberet, atque omne ministerium cum magno famulatu perageret. Cumq; hoc sepius feciſſet,

idem presbyter die quadam ad balnea iturus, intra semetipsum cogitans, dixit: Viro illi qui mihi solet tam deuotissimè ad lauandum obsequi, ingratus apparere non debeo, sed aliquid me necesse est ei pro munere portare. Tũc duas secum oblationum coronas detulit. Qui mox, vt perue nit ad locum, hominem inuenit: atque ex more eius obsequio in omnibus vsus est. Lauit itaque, & cùm iam vestitus voluisset egredi, hoc quod secum detulit obsequenti sibi viro pro benedictione obtulit, petens, vt benignè susciperet, quod ei charitatis gratia offerret. Cui ille mœrens, afflictusq; respõdit: Mihi ista quare das pater? Iste panis sanctus est, & ego hunc manducare non possum. Me etenim quem vides, aliquãdo loci huius dominus fui, sed pro culpis meis hic post mortem deputatus sum. Si autẽ mihi prẽstare vis, omnipotenti Deo pro me offer hunc panem, vt pro peccatis meis interuenias: & tunc exauditum te esse cognosce, quum huc ad luandum veneris, & me minimè inueneris. In quibus verbis disparuit, & is qui esse homo videbatur, euanescendo innotuit, quia spiritus fuit. Idem verò presbyter, hebdomada continua sese pro eo in lachrymis afflixit, salutarem quotidie hostiam obtulit, & reuersus posteà ad balneum, eum minimè inuenit. Qua ex re, quãtum profit animabus immolatio sacræ oblationis ostẽditur: quando hanc & ipsi mortuorũ spiritus à viuentibus petunt, & signa indicant, quibus per eam absoluti videantur.

Quòd beatius sit quemq; liberum hinc exire, quàm post mortem libertatem quærere. Cap. LVIII.

CVnctis ostenditur: quia si insolubiles culpæ fuerint, ad absolutionem prodesse, minimè etiam mortuis victima sacræ oblationis possit. Sed sciendũ est, quia illis sacra victima mortuis prosit, qui hic viuendo obtinuerint, vt eos etiam post mortem bona adiuuẽt, quæ hic pro ipsis ab aliis fiunt. Inter hæc autem pensandum est, vt tutior via sit, vt bonum quod quisque post mortem sperat agi per alios, agat dum viuit ipse per se. Beatius quippe est liberum exire, quàm post vincula libertatem quærere. *Grego. in suo dialogo dicit.*

Quòd nullus debeat rogare pro peccato, quod est ad mortem. Cap. LIX.

PEccatum quippe vsque ad inferos ducitur, quod ante finem vitæ præsentis per correctionem ac pœnitentiã *Grego. in suis moralibus.*

non emendatur. De quo videlicet peccato per Ioannem dicitur: Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. Peccatum nanque ad mortem est: quia scilicet peccatum quod hic nõ corrigitur, eius venia frustra postulatur. De hoc adhuc subditur: Obliuiscatur eius misericordia. Omnipotentis Dei misericordia obliuisci eius dicitur, qui omnipotentis Dei iustitiã fuerit oblitus. Quisquis eũ nũc iustum non timet, post inuenire non valet misericordem.

Vt omnes animæ electorum credendæ sint esse in cœlo, & iniquorum animæ in inferno. Cap. LX.

Ex dialo. Gregorij. Petrus interrogat. INquisitioni meæ iam video sufficienter satisfactũ, sed hoc est adhuc quod quæstione animum pulsat. Quia cùm superius dictum sit esse iam sanctorum animas in cœlo: restat proculdubiò, vt iniquorũ quoque animæ esse non nisi in inferno credantur, & quid de hac re habeat, veritas ignoro. Nam humana æstimatio nõ habet, peccatorum animas posse ante iudicium cruciari. Si esse sanctorũ animas in cœlo sacri eloquii satisfactione credidisti, oportet vt per omnia esse credas iniquorum animas in inferno: quia ex retributione æternæ iustitiæ, ex qua iam iusti gloriãtur, necesse est per omnia, vt & iniusti crucientur. Nam sicut electos beatitudo lætificat, ita credi necesse est, quòd à die exitus sui, ignis reprobos exurat.

Respõsio Gregorij.

Quòd sicut finis non est gaudio bonorum, sic finis non est tormentis malorum. Cap. LXI.

Ex dialo. Gregorij. Int. Pet. Gre. resp. NVnquid nam quæso te dicimus eos, qui semel illic mersi fuerint, semper arsuros? Cõstat nimis, & incũctanter verùm esse: quia sicut finis non est gaudio bonorum, ita finis non est tormentis malorum. Nam cùm veritas dicat: Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autẽ in vitam æternam: quia verùm est quod promisit, falsum procul dubio non erit quod minatus est Deus.

Quòd ita non sit, vt quidam affirmant, quòd Deus ob hoc minatus sit, æternam pœnam peccantibus, vt corrigeret à malis. Cap. LXII.

Ex dialo. Greg. Petr° inter. Gre. resp. QVID si quis dicat, idcirco Deus peccantibus æternam penam minatus est, vt eos à peccatorum perpetratione compesceret? Si falsum est quòd minatus

est, vt ab iniustitia corrigeret, etiam falsa est pollicitus, vt ad iustitiam prouocaret. Sed quis hoc dicere, vel insanus præsumat? Et si minatus est, quod nō erat impleturus, dum asserere eum misericordem volumus, fallacem, quod nefas est dicere, prædicare compellimur.

Cur peccata quæ cum fine perpetrata sunt, sine fine puniantur. Cap. LXIII.

SCire velim, quomodo iustū sit, vt culpa quę cū fine perpetrata est, sine fine puniatur. Hoc rectè diceretur, si districtus iudex non corda hominum, sed facta pensaret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt: quia cum fine vixerunt. Nam voluissent vtique, si potuissent, sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendūt enim, quia in peccato viuere semper cupiunt, qui nunquam desinūt peccare, dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicātis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato. *Ex eod. Pet. int. Gre. ref.*

Quòd Deus pius sit, & non pascatur cruciatu miserorū, iustus autem, & ideo non sedetur in perpetuum ab iniquorum vltione. Cap. LXIIII.

SED nullus iustus crudelitate pascitur, & delinquens seruus à iusto domino, idcirco cædi præcipitur, vt à nequitia corrigatur. Ad hoc enim vapulat, vt emendare debeat. Iniqui autem gehennæ igni traditi, si ad correctionē nunquam veniant, quo fine semper ardebunt? Omnipotēs Deus, quia pius est, miserorum cruciatu nō pascitur: Quia autem iustus est, ab iniquorum vltione in perpetuum non sedatur. Sed iniqui omnes æterno supplicio deputati, sua quidem iniquitate puniuntur, & tamē ad aliquid ardebūt, scilicet, vt iusti omnes, & in Deo videant gaudia quæ percipiunt, & in illis respiciant supplicia quæ euaserunt, quatenus in æternum tantò magis diuinæ gratiæ debitores se esse cognoscant, quantò in æternum mala puniri conspiciunt, quæ eius adiutorio vicerunt. *Ex eod. Pet. int. Gre. ref.*

De hoc si ante restitutionem corporum, animæ iustorum in cœlum recipiantur. Cap. LXV.

PLACET quod dicis: Sed velim nosse, si nūc ante restitutionem corporum in cœlum recipi valeant animę *Ex eod. Pet. int. Gre. ref.*

iustorum. Hoc nanque de omnibus iustis fateri non possumus, neque de omnibus negare. Nam sunt quorundam iustorum animæ, quæ à cœlesti regno quibusdam adhuc mãsionibus differuntur. In quo dilationis damno, quid aliud innuitur, nisi quòd perfectæ iustitiæ aliquid minus habuerunt? Et tamen luce clarius constat quia perfectorum iustorum animæ, mox vt huius carnis clausstra exeũt, in cœlestibus sedibus recipiuntur. Quod & ipsa per se veritas testatur, dicens: Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilæ: quia vbi ipse redemptor noster est corpore, illuc procul dubiò colliguntur, & animæ iustorum. Et Paulus dissolui desiderat, & cum Christo esse. Qui ergo Christum esse in cœlis non dubitat, nec Pauli animã esse in cœlo negat. Qui etiam de dissolutione sui corporis, atque habitatione patriæ cœlestis dicit: Scimꝰ quia si terrestris domus nostra huiꝰ habitationis dissoluatur, quòd ædificationem habemus ex Deo, domum nõ manufactam, sed æternam in cœlis.

Quòd iusti in die iudicij animarum, simul & corporum gloria lætabuntur. Cap. LXVI.

Ex eod. Pet. int. Gre. ref. SI igitur nunc in cœlo sunt animæ iustorũ, quid est hoc quod in die iudicii pro iustitiæ suæ retributione recipiunt? Hoc in eis nimirum crescit in iudicio, quod nunc animarum sola: postmodum verò corporum beatitudine perfruantur, vt in ipsa quoque carne gaudeant, in qua dolores pro domino, cruciatusq; pertulerunt. Pro hac quippe geminata eorum gloria scriptum est: In terra sua duplicia possidebunt. Hinc etiam ante resurrectionis diem de sanctorum animabus scriptum est: Datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, vt requiescerent tempus adhuc modicum, donec impleatur numerus conseruorum, & fratrum eorum. Qui itaque nunc singulas acceperunt, in iudicio binas stolas habituri sunt: quia modò animarũ res tantummodo agitur, tunc autem animarum, simul & corporum gloria lætabuntur.

De hoc si boni bonos in regno, vel si mali malos in supplicio agnoscant. Caput LXVII

Ex eod. Pet. int. Gre. ref. NOsse vellem, si boni bonos in regno, vel mali malos in suppliciis agnoscant. Huius rei sententia in verbis est dominicis, quam iam superius protulimus, luce clarius

demõstrata. In quibus cùm dictum esset. Homo quidã erat diues, & induebatur purpura & byssо, & epulabatur quotidie splendidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius: subiunctum est, quòd Lazarus mortuus portaretur ab angelis in sinum Abrahæ, & mortuus diues sepultus est in inferno. Qui eleuans oculos suos, cùm esset in tormẽtis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans, dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquã, vt refrigeret linguã meam. Cui Abraham dicit: Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Diues autem de seipso iam spem salutis non habens, ad promerẽdam suorum salutem conuertitur, dicens: Rogo te pater, vt mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in locũ hunc tormentorum. Quibus verbis apertè declaratur: quia & boni bonos, & mali agnoscant malos. Si igitur Abraham Lazarum minimè recognosceret, nequaquam ad diuitem posita tum in tormẽtis de transacta eius contritione loqueretur, dicens: Quòd mala receperit in vita sua. Et si mali malos non recognoscerent: nequaquam diues in tormentis positus, fratrum suorum etiam absentiã meminisset. Quomodo enim præsentes nõ posset agnoscere, qui etiam pro absentium memoria curauit exorare? Qua in re illud quoq; ostenditur, quòd nequaquam ipse requisisti: quia & boni malos, & mali cognoscunt bonos. Nam & diues ab Abrahã cognoscitur, cùm dictum est: Recordare, quia recepisti bona in vita tua: & electus Lazrus à reprobo est diuite cognitus, quem mitti precatur ex nomine, dicens: Mitte Lazarũ, vt intingat extremũ digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meã. In qua videlicet cognitione, vtriusq; partis cumulus retributionis excrescit, & vt boni amplius gaudeãt: quia secum eos lætari conspiciunt, quos amauerũt: & mali dum cum eis torquentur, quos in hoc mũdo despecto Deo dilexerũt, eos non solùm sua, sed etiam eorũ pœna consumat. Fit autem in electis quiddam mirabilius: quia nõ solùm eos cognoscũt, quos in hoc mundo nouerũt, sed velut

visos ac cognitos recognoscunt bonos, quos nunquam viderunt. Nam cùm antiquos patres in illa æterna hæreditate viderint, eis incogniti per visionem non erunt, quos in opere semper nouerunt. Quia enim illic omnes communi claritate Deum conspiciunt, quid est quod ibi nesciat, vbi scientem omnia sciunt? Nam quidam noster & vitæ venerabilis vir, religiosusq; valde & laudabilis, cùm ante triennium moreretur, sicut religiosi alii, qui præsentes fuerũt, testati sunt, in hora sui exitus, Ionam prophetã, Ezechielem quoque & Danielem, cœpit aspicere. Quos dum veniſſe ad se diceret, & depressis luminib⁹ eis reuerẽtiæ obsequium præberet, ex carne eductus est. Qua in re apertè datur intelligi, quæ erit in illa incorruptibili vita notitia, si vir iste adhuc in carne corruptibili positus, prophetas sanctos quos nimirum nunquam vidit, agnouit. Soletautem plerũque cõtingere, vt egressura anima eos etiam recognoscat, cum quibus pro æqualitate culparum, vel etiam præmiorum, in vna est mãsione deputanda: quod multi in eo exitu vident, qui aut in regno, aut in supplicio pares habebuntur.

De hoc si ignis purgatorius credendus sit, qui post mortem animas à peccatis expurget. Cap. LXVIII.

Ex codẽ. Pet. int. Gre. ref.

DIscere vellem, si post mortem ignis purgatorius esse credendus est. In euangelio dominus dicit: Ambulate, dum lucem habetis, Per prophetam quoque ait: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Quod Paulus apostolus exponens, dixit: Ecce nunc tempus acceptabile, &c. Salomon quoque ait: Quodcunque potest manus tua facere instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapiẽtia erit apud inferos, quò tu properas. Dauid quoque ait: Quoniam in seculum misericordia eius. Ex quibus nimirum sentẽtiis constat: quia qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio præsentatur. Sed tamen de quibusdam leuibus culpis, esse ante iudicium purgatorius ignis credendus est, eo quod veritas dicit: quia si quis in spiritum sanctum blasphemiam dixerit, nec in hoc seculo remittetur ei, neque in futuro. In qua sententia datur intelligi, quasdam culpas in hoc seculo, quasdam verò in futuro posse relaxari. Quod enim de vno negatur, conse-

quenter intellectus patet: quia de quibusdam conceditur. Sed tamen vt prædixi, hoc de paruis minimisque peccatis fieri posse credendum est: sicut est assiduus ociosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curæ rei familiaris: quæ vix sine culpa ab ipsis agitur, qui culpas qualiter declinari debeant sciunt, aut non in grauibus rebus error ignorantiæ, quæ cuncta etiam post mortem grauant, si ad huc in hac vita positis minime fuerint relaxata. Nam & cùm Paulus dicat, Christum esse fundamentum, atque subiungat, si quis super ædificauerit super hoc fundamentum, autum & argẽtum, lapides precioſos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit, si cuius opus arseserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem: quanuis hoc de igne tribulationis in hac nobis vita adhibito possit intelligi, attamen si quis hæc de igne futuræ purgationis accipiat, pensandum solicitèest: quia illum dixit posse per ignem saluari, non qui super hoc fundamentum ferrum, æs, vel plumbum ædificat, id est, peccata maiora, & idcirco duriora, atque iam tũc insolubilia, sed ligna, fœnum, stipulam, id est, peccata minima atque leuissima, quæ ignis facilè consumit. Hoc tamen sciendum est: quia illic saltem de minimis nil quisque purgationis obtinebit, nisi bonis hoc actibus in hac adhuc vita positus, vt illic obtineat, promereatur.

Quòd vnus sit gehennæ ignis, sed non vno modo omnes cruciet. Caput LXIX.

QVæso te, vnus esse gehennæ ignis credendus est, an quanta peccatorum diuersitas fuerit, tanta quoque & ipsa æstimanda sunt incendia esse ptæparata? *Ex eodẽ. Pet. int.*

Vnus quidem est gehennæ ignis, sed non vno modo omnes cruciat peccatores. Vniuscuiusque etenim quantum exigit culpa, tantùm illic sentietur pœna. Nam sicut in hoc mundo sub vno sole multi consistunt, nec tamen eiusdem solis ardorẽ æqualiter sentiũt: quia alius plus æstuat, atque alius minus: ita illic in vno igne non vnus est modus incendij: quia quod hic diuersitas corporum, hoc illic agit diuersitas peccatorum: vt & ignem nõ dissimilem habeant, & tamen eosdem singulos dissimiliter exuret. *Gre. ref.*

Quot genera sint oblationis pro defunctis faciendæ?
Caput LXX.

Ex dictis Augusti. QVatuor genera sunt oblationis. Pro valde bonis, gratiarum actiones sunt: hoc est, Deo gratias agũt: quia bene vixerunt. Pro non valde bonis, vt plena remissio fiat. Pro non valde malis propitiationes sunt, vt tolerabilior fiat damnatio. Pro valde malis, non adiumenta mortuorum, sed tantùm consolationes viuorum sunt.

Cur sanctorũ animæ pro inimicis suis non orent, quando eos in igne æterno ardere prospexerint. Cap. LXXI.

Ex eodẽ. Petr. int. Gre, re. ET vbi est quod sancti sunt, si pro inimicis suis quos tũc ardere viderint, non orabunt? Quibus vtique dictum est pro inimicis vestris orate. Orant pro inimicis suis eò tempore quo possunt ad fructuosam pœnitentiam eorum corda conuertere, atque ipsa conuersione saluare. Quid enim aliud pro inimicis suis orandum est, nisi hoc quod ait Apostolus: vt det illis Deus pœnitentiam ad cognoscẽdam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem? Et quomodo pro illis tunc orabitur, qui iam nullatenus possunt ad iustitiæ opera ab iniquitate commutari? Eadem itaque causa est cur non oretur tunc pro hominibus æterno igne damnatis, quæ nũc etiam causa est, vt non oretur pro diabolo, angelisque eius æterno supplicio deputatis. Quæ nũc etiam causa est vt non orent sancti homines, pro hominibus infidelibus impiisque defunctis: nisi quia de eis quos vtique deputatos æterno supplicio iã nouerint, ante illũ iudicis iusti conspectũ orationis suæ meritũ cassari refugiũt? Quòd si nũc quoq; niuétes iusti, mortuis & dãnatis iniustis minimè cõpatiuntur, quando adhuc aliquid iudicabile de sua carne sese perpeti etiã ipsi nouerint: quantò districtius tunc iniquorum tormenta respiciũt, quãdo ab omni vitæ corruptione exuti, ipsi iã iustitię vicinius atq; arctius inhærebũt? Sic quippe eorũ mẽtes, per hoc quod iustissimo iudici inhęrẽt, ius districtionis absorbet, vt omnino eis non libeat, quicquid ab illius æternæ regulæ subtilitate discordat.

Quòd duobus modis vita dicatur, duobus etiam mors intelligatur. Cap. LXXII.

Ex eodẽ. Pet. int. NOn est iam quòd respõderi debeat apertæ rationi: sed hæc nunc quæstio mentẽ mouet, quomodo anima im-

mortalis dicitur,dum cõstat quod in perpetuo igne moriatur. Quia duobus modis vita dicitur:duobus etiam modis mors debet intelligi.Aliud est nanq; quòd in Deo viuimus aliud verò quòd in hoc quod cõditi vel creati sumus:id est, aliud beatè viuere,& aliud essentialiter. Anima itaque, & mortalis esse intelligitur,& immortalis. Mortalis quippe: quia beatè viuere amittit.Immortalis autem:quia essentialiter viuere nunquã desinit:& naturæ suæ vitã perdere non valet,nec cũ in perpetua fuerit morte damnata Illic enim posita beatè esse perdet:& esse non perdet. Ex qua re semper cogitur,vt & mortem sine morte,& defunctum sine defuncto,& finem sine fine patiatur. *Gre.resp.*

Quòd electi seu reprobi ad loca communia deducantur in tormentis. Caput LXXIII.

QVòd verò siue electi seu reprobi,quorũ cõmunis causa in opere fuerit,ad loca etiam communia deducantur,veritatis nobis verba satisfacerẽt,etiam si exempla deessent.Ipsa quippe veritas,propter electos in euangelio dicit: In domo patris mei multæ mansiones sunt. Si enim dispar in illa beatitudine æterna retributio nõ esset,vna potius mansio quã multæ essent.Multæ ergo mansiones sunt, in quibus & distincti bonorum ordines, propter meritorum consortium communiter lætentur,& tamen vnum denarium omnes laborantes accipiunt,qui multis mansionibus distinguitur:quia & vna est beatitudo quam illic percipiũt,& dispar retributionis qualitas, quam per opera diuersa consequuntur. Quæ nimirum veritas,iudicij sui diem denuncians ait, Tunc dicam messoribus colligite zizania, & ligate ea fasciculis ad comburendum. Messores quippe angeli sunt, zizania in fasciculis ad comburendum ligant, cum pares comparibus in tormẽtis similibus sociant,vt superbi cum superbis,luxuriosi cum luxuriosis auari cũ auaris,fallaces cum fallacibus,inuidi cum inuidis,infideles cũ infidelibus,ardeant.Cùm ergo similes in culpa,ad tormenta similia adducantur, qui eos locis pœnalibus angeli deputant, quasi zizaniorũ fasciculos ad comburendũ ligant. *Ex eodẽ Pet.int.*

De hoc quòd in domo Dei multæ mansiones sint. Caput LXXIIII.

INeuangelio veritas dicit:In domo patris mei mãsiones multæ sunt.Sed in eisdẽ multis mansionibus erit aliquo *Grego. in sui moral. dicit.*

modo ipsa retributionum diuersitas concors: quia tanta ris in illa pace nos sociat, vt quod in se quisq; nō acceperit, hoc se accepisse in alio exultet. Vnde & nō æque laborantes in vinea, æque cuncti denarium sortiuntur. Et quidē apud patrem mansiones multæ sunt, & tamen eundem denarium dispares laboratores accipunt: quia vna cunctis erit beatitudo lætitiæ, quanuis nō vna sit omnibus sublimitas vitæ.

Quòd illum quem semel culpa ad pœnā pertrahit, misericordia vlterius ad veniā nō reducat. Cap. LXXV.

Grego. in suis moral. dicit.

SIcut consumitur nubes, & pertansit, sic qui descēdit ad inferos non ascendit. Nubes quippe ad altiora suspēditur, sed densata vēto impellitur vt currat, calore solis dissipatur vt euanescat. Sic nimirū corda sunt hominū, quæ per acceptæ rationis ingenium ad alta emigrant: impulsa autem maligni spiritus flatu, prauis desideriorum suorū motibus huc illucque pertrahuntur. Sed districta respectu superni iudicis quasi solis calore liquefiūt, & semel locis pœnalibus tradita, ad operationis vsum vltra nō redeunt. Vir igitur sanctus elationis cursum defectumque humani generis exprimens dicit. Sicut consumitur nubes, & pertransit, sic qui descendit ad inferos nō ascendit. Ac si apertè loqueretur dicens: In altum currendo deficit, qui superbiendo ad interitum tendit. Quem si semel culpa ad pœnā pertrahit, misericordia vlterius ad veniam non reducit.

Quòd Deus dicatur zelans, dicatur iratus, dicatur pœnitens, dicatur misericors, dicatur præscius.

Caput LXXVI.

Grego. in suis moral. dicit.

DEus ergo quomodo zelans est, qui in custodienda castitate nostra nullo mentis cruciatu tangitur? Quomodo irascitur, qui in vlciscendis vitiis nostris nulla perturbatione animi commouetur? Quomodo est pœnitens, qui id quod semel fecerit, se fecisse nequaquam dolet? Quomodo habet misericordiam, qui cor miserum non habet? Quomodo est præscius, dum nulla nisi quæ futura sint præsciantur? Et scimus quia Deo nihil futurum est, ante cuius oculos præterita nulla sunt, præsentia non transeunt, futura non veniunt. Quippe quia quod nobis fuit, & erit, in eius prospectu præsto est: & omne quod præsens est sciri potest, potius quàm præsciri. Et tamen dicitur zelans, dicitur iratus, dicitur pœnitens, dicitur misericors, dicitur

præscius: vt quia castitatem animæ vniuscuiusque custodit, humano modo zelans vocetur, quanuis mentis cruciatu non tangitur, & quia culpas percutit, dicitur irasci, quãuis nulla animi turbatione moueatur, & quia ipse iummutabilis, id quod voluerit mutat, pœnitere dicitur, quanuis rem mutet, consilium non mutet. Et cùm miseriæ nostræ subuenit, misericors vocatur, quanuis miseris subuenit, & cor miserum nunquam facit. Et quia ea quæ nobis futura sunt videt, quæ tãtùm ipsi semper præsto sunt, præscius dicitur: quanuis nequaquam futurum præuideat, quod præsens videt.

Cur Deus suos electos sic permittat mori, vt non in vita illorum ostendat cuius sanctitatis sint.

Caput LXXVII.

QVid est hoc quæso te, quod omnipotens Deus sic permittit mori, quos tamen post mortem cuius sanctitatis fuerint non compatitur cælari Cùm scriptum sit: Iustus quacunque morte præuentus fuerit, iustitia eius non auferetur ab eo? Electi qui proculdubio ad perpetuam vitam tendunt, quid eis obest si ad modicum durè moriãtur? Et est fortasse nonnunquam eorum culpa, licet minima, quæ in eadem debeat morte resecari. Vnde fit vt reprobi quidem potestatem contra viuentes accipiant, sed illis morientibus hoc in eis grauius vindicetur, quod contra bonos potestatem suæ crudelitatis acceperunt: sicut idem carnifex qui eundem venerabilem diaconem viuentem ferire permissus est, gaudere super mortuum permissus non est. Quod sacra quoqe testantur eloquia. Nam vir Dei contra Samariam missus: quia per inobedientiam in itinere comedit, hunc in eodẽ itinere leo occidit. Sed statim illic scriptum est: Quia stetit leo iuxta asinum, & non comedit de cadauere. Ex qua re ostẽditur, quòd peccatum inobedientiæ in ipsa morte fuit laxatum quia idem leo qui viuentem præsumpsit occidere, contingere non præpsumpsit occisum. Qui enim occidendi ausum habuit, de occisi cadauere comedendi licentiam non accepit: quia is qui culpabilis in vita fuit, punita inobedientia, erat iam iustus ex morte. Leo ergo qui prius peccatoris vitam necauit, custodiuit postmodum cadauer iusti.

Ex eodẽ. Pet. int.

Gre. ref.

Quòd miseris mors fiat sine morte. Cap. LXXVIII.

Gregor. in suis moral. dicit.

FIt ergo miseris mors sine morte, finis sine defectu: quia & mors viuit, & finis semper incipit, & deficere defectu nescit. Quia igitur, & mors perimit & non extinguit, dolor cruciat, sed nullatenus pauorē fugat, flamma comburit, sed nequaquam tenebras decutit.

Quòd in inferno peccatoribus ad consolationem ignis non luceat, sed vt magis torqueat.

Caput LXXIX.

Gregor. in suis moral. dicit.

QVamuis illic ignis & ad consolationem non lucet, attamen vt magis torqueat, ad aliquid lucet. Nam sequaces quosque suos secum in tormento reprobi flamma illustrante visuri sunt, quorum amore deliquerunt: quatenus qui eorum vitam carnaliter contra præcepta conditoris amauerunt, ipsorum quoque eos interitus in augmento suæ damnationis affligat.

De eadem re. Cap. LXXX.

Gregor. in suis moral. dicit.

SIcut ergo electis ignis ardere nouit ad solatiū, & tamen ardere ad supplicium nescit: ita è diuerso gehennæ flama reprobis, & nequaquam lucet ad consolationis gratiam, & tamē lucet ad pœnā: vt dānatorum oculis supplicium, & uulla charitate candeat, & ad doloris cumulū qualiter cruciētur ostendat Quid hic mirū, si gehēnæ ignem credimus habere suppliciū, simul obscuritatis & luminis? quod experimento nouimus: quia & nunc dura flāma, lucet obscura. Tūc edax flamma comburit, quos nunc carnalis delectatio polluit. Tūc infinitè patens inferni baratrū deuorat, quos nunc inanis elatio exaltat. Atque qui quolibet ex vitio hic voluntatē callidi persuasoris expleuerunt, tunc cū suo duce reprobi ad tormenta perueniunt: & quanuis angelorum atque hominum longè sit natura dissimilis, vna tamen pœna implicat, quos vnus in crimine reatus ligat.

Quòd humana anima ita immortalis sit, vt & mori possit, & non possit. Cap. LXXXI.

Gregor. in suis moral. dicit.

QVia ergo nostræ immortalitatis hoc tēpus non ita vt malè sit, sed ita perit vt non sit, quærendum est quid sit, quod non vt ita non sit, sed ita perire optatur vt male sit. Humana enim anima seu angelicus spiritus ita immortalis est, vt mori possit: ita mortalis, vt mori, non possit. Nā beatè viuere, siue per vitiū, seu per suppliciū per-

dit:essentialiter autẽ viuere,neq; per vitiũ,neq; per suppliciũ amittit. A qualitate enim viuẽdi deficit,sed omni modũ subsistẽdi interitũ nec moriẽs sentit. Vt ergo breuiter dixerim,& immortaliter mortalis est,& mortaliter immortalis.

Quòd corporeus sit ignis gehennæ, & non indigeat alia materia, nisi reproborum cruciatu.

Caput LXXXII.

MIro valde modo,paucis verbis expressus est ignis gehennæ. Ignis nanque corporeus, vt esse valeat ignis corporeis indiget fomentis. Qui cùm necesse est vt seruetur,per congesta ligna proculdubio nutritur, nec valet nisi succensus esse,& nisi refotus subsistere. At contrà gehennę ignis cùm sit corporeus,& in se missos reprobos corporaliter exurat,nec studio humano succenditur,nec lingnis nutritur: sed creatus semel durat inextinguibilis, & succensione non indiget, & ardore non caret. Bene ergo de hoc iniquo dicitur: Deuorabit eum ignis qui non succenditur: Quia omnipotentis iustitia futurorum præscia,ab ipsa mũdi origine gehennæ ignem creauit: qui in pœna reproborum esse semel incipiet,sed ardorem suum etiam sine lignis nunquam finiet. Sciendum verò est, quòd omnes reprobi, quia & in anima simul & carne peccauerunt, illic in anima & carne pariter cruciantur. *Grego. in suis mora lib⁹ dicit.*

Cur anima in corpore manens, & egrediens videri non possit. LXXXIII.

QVid mirum Petre, si egredientem animam non vidisti,quam & manentem in corpore non vides? Nunquid nam modo cùm mecũ loqueris,quia videre in me non vales animam meam,idcirco me esse exanimem credis? Natura quippe animæ inuisibilis est, atque ita ex corpore inuisibiliter egreditur sicut in corpore inuisibiter manet. Petrus: Sed vitã animę in corpore manẽtis,pensard possum ex ipsis motibus corporis: quia nisi corpori anima adesset,eiusdem mẽbra corporis moueri non possent. Vitã verò animæ post carnẽ in quibus motib⁹ quibusve operibus sit nõ video: vt ex rebus visibilib⁹ esse colligam,quòd videre nõ possum.

Vt nullus dubitare debeat, ea esse inuisibilia, quæ Deo inuisibili subministrant. Cap. LXXXIIII.

SIcut vis animæ viuificat & mouet corpus, sic vis diuina implet quæ creauit omnia. Et alia inspirando viuificat, *Ex dialo. 2o Greg.*

uiuificant carnalia corpora quæ videntur. Petrus. Istis fateor allegationibus libenter victus, prope nulla iam esse hæc visibilia compellor existimare, qui prius in me infirmantium personas suscipiens, de inuisibilibus dubitabam. Itaque placent cuncta quæ dicis: sed tamen sicut vitam animæ in corpore manentis ex motu corporis agnosco: ita vitam animæ post corpus, apertis quibusdā rebus attestantibus, agnoscere cupio.

Quòd incorporeus spiritus, in inferno à corporeo igne affligatur. Cap. LXXXVI.

SI viuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur nō post mortem cùm incorporeus sit spiritus, etiam corporeo igne teneatur? Petrus. In viuente quolibet idcirco incorporeus spiritus tenetur in corpore: quia viuificat corpus. *Ex dialogo Greg.*

Quòd incorporeus spiritus viuificare possit, & tibi teneri vbi à corporeo cruciatur igne. Caput. LXXXVII.

SI incorporeus spiritus Petre in hoc teneri potest quod viuificat: quare non pœnaliter & ibi teneatur vbi mortificatur? Teneri autem per ignem spiritum hominis dicimus: vt in tormento ignis sit videndo atque sentiendo. Ignem nanque eo ipso patitur quo videt: & quia concremari se aspicit, crematur. Sicque fit, vt res incorporea incorpoream exurat, dum ex igne visibili ardor ac dolor inuisibilis trahitur: vt per ignem corporeum mens incorporea, etiam incorporea flamma crucietur. Quamuis colligere dictis euangelicis possumus: quia incendium animarum non solùm videndo, sed etiam experiendo patitur. Veritatis etenim voce, diues mortuus in inferno dicitur sepultus. Cuius anima quia in igne teneatur, insinuat vox diuitis: qui Abraham deprecatur dicens. Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Dum ergo diuitem peccatorem damnatum veritas in ignibus perhibet: quis iam sapiens reproborum animas teneri ignibus negat? Petrus. Ecce ratione & testimonio ad credulitatem flectitur animus: sed dimissus iterum ad rigorem redit. Quomodo enim res incorporea, à re corporea teneri, atque affligi possit, ignoro. *Ex dialogo Greg.*

dit:essentialiter autẽ viuere,neq; per vitiũ,neq; per suppliciũ amittit. A qualitate enim viuẽdi deficit,sed omni modũ subsistẽdi interitũ nec moriẽs sentit. Vt ergo breuiter dixerim,& immortaliter mortalis est,& mortaliter immortalis.

Quòd corporeus sit ignis gehennæ, & non indigeat alia materia, nisi reproborum cruciatu.

Caput LXXXII.

MIro valde modo,paucis verbis expressus est ignis gehennæ. Ignis nanque corporeus, vt esse valeat ignis corporeis indiget fomentis. Qui cùm necesse est vt seruetur,per congesta ligna proculdubio nutritur, nec valet nisi succensus esse,& nisi refotus subsistere. At contrà gehennę ignis cùm sit corporeus,& in se missos reprobos corporaliter exurat,nec studio humano succenditur,nec lingnis nutritur: sed creatus semel durat inextinguibilis, & succensione non indiget, & ardore non caret. Bene ergo de hoc iniquo dicitur: Deuorabit eum ignis qui non succenditur: Quia omnipotentis iustitia futurorum præscia,ab ipsa mũdi origine gehennæ ignem creauit: qui in pœna reproborum esse semel incipiet,sed ardorem suum etiam sine lignis nunquam finiet. Sciendum verò est, quòd omnes reprobi, quia & in anima simul & carne peccauerunt, illic in anima & carne pariter cruciantur. *Grego. in suis mora lib⁹ dicit.*

Cur anima in corpore manens, & egrediens videri non possit. LXXXIII.

QVid mirum Petre, si egredientem animam non vidisti,quam & manentem in corpore non vides? Nunquid nam modo cùm mecũ loqueris,quia videre in me non vales animam meam,idcirco me esse exanimem credis? Natura quippe animæ inuisibilis est, atque ita ex corpore inuisibiliter egreditur sicut in corpore inuisibiter manet. Petrus: Sed vitã animę in corpore manẽtis,pensard possum ex ipsis motibus corporis: quia nisi corpori anima adesset,eiusdem mẽbra corporis moueri non possent. Vitã verò animæ post carnẽ in quibus motib⁹ quibusve operibus sit nõ video: vt ex rebus visibilib⁹ esse colligam,quòd videre nõ possum.

Vt nullus dubitare debeat, ea esse inuisibilia, quæ Deo inuisibili subministrant. Cap. LXXXIIII.

SIcut vis animæ viuificat & mouet corpus, sic vis diuina implet quæ creauit omnia. Et alia inspirando viuificat, *Ex dialo. 2o Greg.*

aliis verò tribuit vt viuant, aliis hoc solummodo præstat vt sint. Quia verùm esse non dubitas, creantem, & regentem, implentem, & circunplectẽtem, transcendentẽ, & sustinentem, in circunscriptum, atque inuisibilem Deum: ita dubitare non debes, hunc inuisibilia obsequia habere. Debent quippe ea quæ ministrãt ad eius similitudinem tendere cui ministrant, vt quæ inuisibili seruiunt, esse inuisibilia non dubitentur. Hæc autem quæ esse credimus, nisi sanctos angelos, & spiritus iustorum? Sicut ergo motũ considerans corporis, vitam animæ in corpore manentis perpendis animo: ita vitã animæ exeuntis à corpore perpendere debes à summo: quia potest inuisibiliter viuere, quam oportet in obsequio inuisibilis manere. Petrus. Rectè totum dicitur: sed mẽs refugit credere, quod corporeis oculis nõ valet videre.

Quòd nulla visibilia videri vel cognosci possunt nisi per inuisibilia. Cap. LXXXV.

Ex dialogo Gregꝰ

CVm Paulus dicat: est enim fides sperandarum substantia rerum argementum non aparentium: hoc veraciter dicitur credi, quod nõ valet videri. Nam credi iam non potest, quod videri potest. Vt tamen te breuiter reducam ad te: nulla visibilia nisi per inuisibilia videntur. Ecce enim cuncta corporea oculus tui corporis aspicit, nec tamen ipse corporeus oculus aliquid videret corporeum, nisi hunc res incorporea ad videndum acueret. Nam tolle mentem quæ non videtur, & in cassum patet oculus qui videbat. Subtrahe animam corpori, remanent procul dubio oculi in corpore aperti. Si igitur per se videbant, cur discedente anima nil vident? Hinc ergo intellige: quia ipsa quoque visibilia, non nisi per inuisibilia videntur. Ponamus quoque ante oculos mentis, domum ædificare, immensas moles leuare, pendere magnas in machinis columnas: quis quæso te hoc opus operatur? Corpus visibile quod illas moles manibus trahit: an inuisibilis anima quæ viuificat corpus? Tolle enim quod non videtur in corpore: & mox in mobilia remanent cuncta quæ moueri videbantur visibilia corpora metallorum. Qua in re pensandum est, quia in hoc quoque mundo visibili, nihil nisi per creaturã inuisibilẽ disponi potest. Nam sicut oĩpotens Deus aspirando vel implẽdo ea quę ratione subsistũt, vt viuificat & mouet inuisibilia: ita ipsa quoque inuisibilia, implẽdo mouẽt atq; sensim vi-

De apostatis spiritus quòd incorporei credendi sint.
Caput LXXXVIII.

Ex dialogo Greg. DIc quęso te, apostatas spiritus àcœlesti gloria deiectos, corporeos an incorporeos esse suspicaris? Petr⁹. Quis sanè sapiens, esse spiritus corporeos dixerit?

Quòd gehennæ ignis corporeus esse credendus sit.
Caput LXXXIX.

Ex dialogo Greg. GEhennæ ignem esse corporeum an incorporeum fateris? Petrus. Ignem gehennæ corporeum esse non ambigo, in quo corpora certum est cruciari.

De hoc quod scribitur Deum nemo vidit vnquam, & qualiter illud intelligẽdum sit. Cap. XC.

Gregorius in suis moralib⁹ dicit. DEum nemo vidit vnquam. Rursumque cùm testamenti veteris patres intueor, multos horum teste ipsa sacræ lectionis historia Deum vidisse cognosco. Vidit quippe Iacob dominum, & ait: Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Vidit Moses dominum: de quo scriptum est. Loquebatur dominus ad Mosen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Vidit Iob dominũ qui dicit: Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. Vidit Esaias dominum qui ait: Anno quo mortuus est rex Ozias, vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Vidit Micheas dominum qui dicit: Vidi dominum sedentem super solium suum: & omnem exercitum cœli astantem ei à dextris, & à sinistris. Quid est ergo quod tot testamenti veteris patres Deum se vidisse testati sunt, & tamen de hac sapientia quæ Deus est dicitur: Abscondita est ab oculis omnium viuentium, & Ioannes ait, Deum nemo vidit vnquam: Nisi hoc quod patenter datur intelligi, quia quãdiu hic mortaliter viuitur, videri per quasdam imagines Deus potest, sed per ipsam naturæ suæ speciem non potest: vt anima gratia spiritus afflata, per figuras quasdam Deum videat, sed ad ipsam vim eius essentiæ non pertingat? Hinc est enim quòd Iacob qui Deum se vidisse testatur: hic non nisi angelum vidit. Hinc est quòd Moses qui cum Deo facie ad faciem loquitur, sicut loqui solet homo ad amicum suum, inter ipsa verba suæ locutionis dicit: Si inueni gratiam in cõspectu tuo, ostẽde mihi temetipsum

aliis verò tribuit vt viuant, aliis hoc solummodo præstat vt sint. Quia verùm esse non dubitas, creantem, & regentem, implentem, & circunplectẽtem, transcendentẽ, & sustinentem, in circunscriptum, atque inuisibilem Deum: ita dubitare non debes, hunc inuisibilia obsequia habere. Debent quippe ea quæ ministrãt ad eius similitudinem tendere cui ministrant, vt quæ inuisibili seruiunt, esse inuisibilia non dubitentur. Hæc autem quæ esse credimus, nisi sanctos angelos, & spiritus iustorum? Sicut ergo motũ considerans corporis, vitam animæ in corpore manentis perpendis animo: ita vitã animæ exeuntis à corpore perpendere debes à summo: quia potest inuisibiliter viuere, quam oportet in obsequio inuisibilis manere. Petrus. Rectè totum dicitur: sed mẽs refugit credere, quod corporeis oculis nõ valet videre.

Quòd nulla visibilia videri vel cognosci possunt nisi per inuisibilia. Cap. LXXXV.

Ex dialogo Gregꝰ

CVm Paulus dicat: est enim fides sperandarum substantia rerum argementum non aparentium: hoc veraciter dicitur credi, quod nõ valet videri. Nam credi iam non potest, quod videri potest. Vt tamen te breuiter reducam ad te: nulla visibilia nisi per inuisibilia videntur. Ecce enim cuncta corporea oculus tui corporis aspicit, nec tamen ipse corporeus oculus aliquid videret corporeum, nisi hunc res incorporea ad videndum acueret. Nam tolle mentem quæ non videtur, & in cassum patet oculus qui videbat. Subtrahe animam corpori, remanent procul dubio oculi in corpore aperti. Si igitur per se videbant, cur discedente anima nil vident? Hinc ergo intellige: quia ipsa quoque visibilia, non nisi per inuisibilia videntur. Ponamus quoque ante oculos mentis, domum ædificare, immensas moles leuare, pendere magnas in machinis columnas: quis quæso te hoc opus operatur? Corpus visibile quod illas moles manibus trahit: an inuisibilis anima quæ viuificat corpus? Tolle enim quod non videtur in corpore: & mox in mobilia remanent cuncta quæ moueri videbantur visibilia corpora metallorum. Qua in re pensandum est, quia in hoc quoque mundo visibili, nihil nisi per creaturã inuisibilẽ disponi potest. Nam sicut oĩpotens Deus aspirando vel implẽdo ea quę ratione subsistũt, vt viuificat & mouet inuisibilia: ita ipsa quoque inuisibilia, implẽdo mouẽt atq; sensim vi-

uiuificant carnalia corpora quæ videntur. Petrus. Istis fateor allegationibus libenter victus, prope nulla iam esse hæc visibilia compellor existimare, qui prius in me infirmantium personas suscipiens, de inuisibilibus dubitabam. Itaque placent cuncta quæ dicis: sed tamen sicut vitam animæ in corpore manentis ex motu corporis agnosco: ita vitam animæ post corpus, apertis quibusdā rebus attestantibus, agnoscere cupio.

Quòd incorporeus spiritus, in inferno à corporeo igne affligatur. Cap. LXXXVI.

SI viuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur nō post mortem cùm incorporeus sit spiritus, etiam corporeo igne teneatur? Petrus. In viuente quolibet idcirco incorporeus spiritus tenetur in corpore: quia viuificat corpus. *Ex dialogo Greg.*

Quòd incorporeus spiritus viuificare possit, & tibi teneri vbi à corporeo cruciatur igne. Caput. LXXXVII.

SI incorporeus spiritus Petre in hoc teneri potest quod viuificat: quare non pœnaliter & ibi teneatur vbi mortificatur? Teneri autem per ignem spiritum hominis dicimus: vt in tormento ignis sit videndo atque sentiendo. Ignem nanque eo ipso patitur quo videt: & quia concremari se aspicit, crematur. Sicque fit, vt res incorporea incorpoream exurat, dum ex igne visibili ardor ac dolor inuisibilis trahitur: vt per ignem corporeum mens incorporea, etiam incorporea flamma crucietur. Quamuis colligere dictis euangelicis possumus: quia incendium animarum non solùm videndo, sed etiam experiendo patitur. Veritatis etenim voce, diues mortuus in inferno dicitur sepultus. Cuius anima quia in igne teneatur, insinuat vox diuitis: qui Abraham deprecatur dicens. Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Dum ergo diuitem peccatorem damnatum veritas in ignibus perhibet: quis iam sapiens reproborum animas teneri ignibus negat? Petrus. Ecce ratione & testimonio ad credulitatem flectitur animus: sed dimissus iterum ad rigorem redit. Quomodo enim res incorporea, à re corporea teneri, atque affligi possit, ignoro. *Ex dialogo Greg.*

De apostatis spiritus quòd incorporei credendi sint.
Caput LXXXVIII.

Ex dialogo Greg. DIc quęso te, apostatas spiritus àcœlesti gloria deiectos, corporeos an incorporeos esse suspicaris? Petr⁹. Quis sanè sapiens, esse spiritus corporeos dixerit?

Quòd gehennæ ignis corporeus esse credendus sit.
Caput LXXXIX.

Ex dialogo Greg. GEhennæ ignem esse corporeum an incorporeum fateris? Petrus. Ignem gehennæ corporeum esse non ambigo, in quo corpora certum est cruciari.

De hoc quod scribitur Deum nemo vidit vnquam, & qualiter illud intelligẽdum sit. Cap. XC.

Gregorius in suis moralib⁹ dicit. DEum nemo vidit vnquam. Rursumque cùm testamenti veteris patres intueor, multos horum teste ipsa sacræ lectionis historia Deum vidisse cognosco. Vidit quippe Iacob dominum, & ait: Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Vidit Moses dominum: de quo scriptum est. Loquebatur dominus ad Mosen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Vidit Iob dominũ qui dicit: Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. Vidit Esaias dominum qui ait: Anno quo mortuus est rex Ozias, vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Vidit Micheas dominum qui dicit: Vidi dominum sedentem super solium suum: & omnem exercitum cœli astantem ei à dextris, & à sinistris. Quid est ergo quod tot testamenti veteris patres Deum se vidisse testati sunt, & tamen de hac sapientia quæ Deus est dicitur: Abscondita est ab oculis omnium viuentium, & Ioannes ait, Deum nemo vidit vnquam: Nisi hoc quod patenter datur intelligi, quia quãdiu hic mortaliter viuitur, videri per quasdam imagines Deus potest, sed per ipsam naturæ suæ speciem non potest: vt anima gratia spiritus afflata, per figuras quasdam Deum videat, sed ad ipsam vim eius essentiæ non pertingat? Hinc est enim quòd Iacob qui Deum se vidisse testatur: hic non nisi angelum vidit. Hinc est quòd Moses qui cum Deo facie ad faciem loquitur, sicut loqui solet homo ad amicum suum, inter ipsa verba suæ locutionis dicit: Si inueni gratiam in cõspectu tuo, ostẽde mihi temetipsum

uiuificant carnalia corpora quæ videntur. Petrus. Istis fateor allegationibus libenter victus, prope nulla iam esse hæc visibilia compellor existimare, qui prius in me infirmantium personas suscipiens, de inuisibilibus dubitabam. Itaque placent cuncta quæ dicis: sed tamen sicut vitam animæ in corpore manentis ex motu corporis agnosco: ita vitam animæ post corpus, apertis quibusdā rebus attestantibus, agnoscere cupio.

Quòd incorporeus spiritus, in inferno à corporeo igne affligatur. Cap. LXXXVI.

SI viuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur nō post mortem cùm incorporeus sit spiritus, etiam corporeo igne teneatur? Petrus. In viuente quolibet idcirco incorporeus spiritus tenetur in corpore: quia viuificat corpus. *Ex dialogo Greg.*

Quòd incorporeus spiritus viuificare possit, & tibi teneri vbi à corporeo cruciatur igne. Caput. LXXXVII.

SI incorporeus spiritus Petre in hoc teneri potest quod viuificat: quare non pœnaliter & ibi teneatur vbi mortificatur? Teneri autem per ignem spiritum hominis dicimus: vt in tormento ignis sit videndo atque sentiendo. Ignem nanque eo ipso patitur quo videt: & quia concremari se aspicit, crematur. Sicque fit, vt res incorporea incorpoream exurat, dum ex igne visibili ardor ac dolor inuisibilis trahitur: vt per ignem corporeum mens incorporea, etiam incorporea flamma crucietur. Quamuis colligere dictis euangelicis possumus: quia incendium animarum non solùm videndo, sed etiam experiendo patitur. Veritatis etenim voce, diues mortuus in inferno dicitur sepultus. Cuius anima quia in igne teneatur, insinuat vox diuitis: qui Abraham deprecatur dicens. Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma. Dum ergo diuitem peccatorem damnatum veritas in ignibus perhibet: quis iam sapiens reproborum animas teneri ignibus negat? Petrus. Ecce ratione & testimonio ad credulitatem flectitur animus: sed dimissus iterum ad rigorem redit. Quomodo enim res incorporea, à re corporea teneri, atque affligi possit, ignoro. *Ex dialogo Greg.*

manifestè, vt videam te. Certè enim si Deus non erat, cum quo loquebatur: ostende mihi Deum diceret, & nō ostende teipsum. Si autem Deus erat, cum quo loquebatur facie ad faciem: cur repetebat videre quem videbat? Sed ex hac eius petitione colligitur: quia eum sitiebat per incircunscriptæ naturæ suæ claritatem cernere, quem iam cœperat per quasdam imagines videre, & sic superna essentia mentis eius oculis adesset, quatenus ei ad æternitatis visionem nulla imago creata temporaliter interesset. Et viderunt ergo patres testamenti veteris dominum, & tamen iuxta Ioannis vocem: Deum nemo vidit vnquam: & iuxta beati Iob sententiam, sapientia quæ Deus est, abscondita est ab oculis omnium viuentium: quia in hac mortali carne consistentibus, & videri potuit per quasdam circūscriptas imagines, & videri non potest per incircunscriptum lumen æternitatis. Sin verò à quibusdam nō potest in hac adhuc mortali carne consistentibus, sed tamen inæstimabili virtute crescentibus quodam contemplationis acumine æterna Dei claritas videri potest.

De duplici pœna damnatorum. *Cap.* XCI.

Ex dictis Isidori.

DVplex damnatorum pœna est in gehenna. Quorum & mentem vrit tristitia, & corpus flamma: iuxta vicissitudinem, vt quod mente tractauerunt, quod perficerēt corpore, simul & animo puniantur & corpore. Ignem gehennæ ad aliquid lumen habere, ad aliquid non habere. Hoc est habere lumen ad damnationem, vt videant impii vnde doleant, & non habere ad consolationem, ne videāt vnde gaudeant. Apta sit comparatio camino trium puerorum ad exemplum ignis grhennæ. Nam sicut ille ignis nō ārsit ad trium puerorum supplicium, & arsit ad cōburenda ligamina vinculorum: ita ignis gehennæ, & lucebit miseris ad augmentum pœnarum, vt videant vnde doleant, & non lucebit ad consolationē, ne videant vnde gaudeant. Inter huius vitæ, & futuræ infœlicitatis miseriam, multa discretio est. Illic enim & miseria est propter cruciationē dolorum, & tenebræ propter lucis auersionem. Quorum vnū in hac vita, id est, miseria est, aliud non est. In inferno autem vtrunque.

De apostatis spiritus quòd incorporei credendi sint.
Caput LXXXVIII.

Ex dialogo Greg. DIc quęso te, apostatas spiritus àcœlesti gloria deiectos, corporeos an incorporeos esse suspicaris? Petr⁹. Quis sanè sapiens, esse spiritus corporeos dixerit?

Quòd gehennæ ignis corporeus esse credendus sit.
Caput LXXXIX.

Ex dialogo Greg. GEhennæ ignem esse corporeum an incorporeum fateris? Petrus. Ignem gehennæ corporeum esse non ambigo, in quo corpora certum est cruciari.

De hoc quod scribitur Deum nemo vidit vnquam, & qualiter illud intelligẽdum sit. Cap. XC.

Gregorius in suis moralib⁹ dicit. DEum nemo vidit vnquam. Rursumque cùm testamenti veteris patres intueor, multos horum teste ipsa sacræ lectionis historia Deum vidisse cognosco. Vidit quippe Iacob dominum, & ait: Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Vidit Moses dominum: de quo scriptum est. Loquebatur dominus ad Mosen facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Vidit Iob dominũ qui dicit: Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te. Vidit Esaias dominum qui ait: Anno quo mortuus est rex Ozias, vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Vidit Micheas dominum qui dicit: Vidi dominum sedentem super solium suum: & omnem exercitum cœli astantem ei à dextris, & à sinistris. Quid est ergo quod tot testamenti veteris patres Deum se vidisse testati sunt, & tamen de hac sapientia quæ Deus est dicitur: Abscondita est ab oculis omnium viuentium, & Ioannes ait, Deum nemo vidit vnquam: Nisi hoc quod patenter datur intelligi, quia quãdiu hic mortaliter viuitur, videri per quasdam imagines Deus potest, sed per ipsam naturæ suæ speciem non potest: vt anima gratia spiritus afflata, per figuras quasdam Deum videat, sed ad ipsam vim eius essentiæ non pertingat? Hinc est enim quòd Iacob qui Deum se vidisse testatur: hic non nisi angelum vidit. Hinc est quòd Moses qui cum Deo facie ad faciem loquitur, sicut loqui solet homo ad amicum suum, inter ipsa verba suæ locutionis dicit: Si inueni gratiam in cõspectu tuo, ostẽde mihi temetipsum

manifestè, vt videam te. Certè enim si Deus non erat, cum quo loquebatur: ostende mihi Deum diceret, & nō ostende teipsum. Si autem Deus erat, cum quo loquebatur facie ad faciem: cur repetebat videre quem videbat? Sed ex hac eius petitione colligitur: quia eum sitiebat per incircunscriptæ naturæ suæ claritatem cernere, quem iam cœperat per quasdam imagines videre, & sic superna essentia mentis eius oculis adesset, quatenus ei ad æternitatis visionem nulla imago creata temporaliter interesset. Et viderunt ergo patres testamenti veteris dominum, & tamen iuxta Ioannis vocem: Deum nemo vidit vnquam: & iuxta beati Iob sententiam, sapientia quæ Deus est, abscondita est ab oculis omnium viuentium: quia in hac mortali carne consistentibus, & videri potuit per quasdam circūscriptas imagines, & videri non potest per incircunscriptum lumen æternitatis. Sin verò à quibusdam nō potest in hac adhuc mortali carne consistentibus, sed tamen inæstimabili virtute crescentibus quodam contemplationis acumine æterna Dei claritas videri potest.

De duplici pœna damnatorum. *Cap.* XCI.

Ex dictis Isidori.

DVplex damnatorum pœna est in gehenna. Quorum & mentem vrit tristitia, & corpus flamma: iuxta vicissitudinem, vt quod mente tractauerunt, quod perficerēt corpore, simul & animo puniantur & corpore. Ignem gehennæ ad aliquid lumen habere, ad aliquid non habere. Hoc est habere lumen ad damnationem, vt videant impii vnde doleant, & non habere ad consolationem, ne videāt vnde gaudeant. Apta sit comparatio camino trium puerorum ad exemplum ignis grhennæ. Nam sicut ille ignis nō ārsit ad trium puerorum supplicium, & arsit ad cōburenda ligamina vinculorum: ita ignis gehennæ, & lucebit miseris ad augmentum pœnarum, vt videant vnde doleant, & non lucebit ad consolationē, ne videant vnde gaudeant. Inter huius vitæ, & futuræ infœlicitatis miseriam, multa discretio est. Illic enim & miseria est propter cruciationē dolorum, & tenebræ propter lucis auersionem. Quorum vnū in hac vita, id est, miseria est, aliud non est. In inferno autem vtrunque.

De pœnis impiorum. Cap. XCII.

Ex dictis eiusdem. SIcut fasciculi lignorum ad combustionẽ similibus colligãtur:ita in iudicii die similis culpæ reos suis similibus iungere,vt ex æquo pœna constringat quasi in fasciculum,quos actio similes fecit in malum. Sicut vnusquisque sanctus in futuro iudicio pro quantitate virtutum glorificabitur,ita & vnusquisque impius pro quãtitate facinorum cõdemnabitur. Nec deerit in supplicio futurus damnationis ordo. Sed iuxta qualitatem criminum, discretio erit pœnarum,propheta firmante: De charorũ quoq; suorum suppliciis,additur etiam pœna defunctis.Sicut apud inferos diuiti sermo prædicat euangelicus:sic pro augendo Iudæ supplicio,dicit etiam Psalmus. Cõmoti moueantur filii eius,& mendicent.Impii ex hoc durius in iudicio puniendi sunt mentis dolore,ex quo visuri sunt iustos gloriæ beatitudinem meruisse.Cunctis videntibus est præcipitandus diabolus,quando sub aspectu omnium bonorum angelorum hominum,cum eis qui de patre eius erant,igne æterno mittendus est,dum sublatus fuerit diabolus vt dãnetur:multi electi qui in corpore sunt inueniendi domino ad iudicium veniente, metu concutiendi sunt,videntes tali sententia impium esse punitum, quo terrore purgandi sunt: quia si quid eis ex corpore adhuc peccati remanserit,metu ipso quòd diabolum damnari conspiciũt, purgabuntur.Hinc est quod ait Iob: Cùm sublatus fuerit, timebunt angeli,& exterriti purgabuntur. Multos posse perire ex eis in die iudicii,qui nunc electi esse videntur & sancti.Docente propheta: Vocauit dominus iudicium ad ignem,& deuorabit abyssum multam,& comedet partem domus. Pars quippe domus deuorabitur: quia illos etiam infernus absorbebit,qui nũc se in præceptis cœlestib' gloriantur. De quibus & dominus dicit: Multi dicent mihi in illa die: Domine domine,nónne in nomine tuo prophetauimus?In nomine tuo dæmonia eiecimus? virtutes multas fecimus? Tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: Discedite à me qui operamini iniquitatẽ,nescio qui estis.

De Antichristo. Caput XCIII.

Ex dictis eiusdem. OMnis qui secundum professionis suæ normam,aut nó viuit,aut aliter docet,Antichristus est. Pleriq; autem sunt,qui Antichristi tempora non visuri sunt,& tamen in

membris Antichristi inueniẽdi sunt. Antequã veniat Antichristus, multa membta eius præcesserũt, & prauæ actionis meritò caput propriũ præuenerũt, secundum Apostoli sententiam, qui iam iniquitatis mysteriũ operari illũ affirmat, etiam antequam reueletur. Magnitudo signorũ faciet sub Antichristo, vt electi, si fieri potest, in errorẽ mittãtur. Sed si electi: quomodo sunt in errorẽ mittendi? Ergo ibũt in errorẽ titubationis ad modicum pro multitudine prodigiorum: nõ tamen deiiciendi sunt ab stabilitate sua, terrorum impulsu, atq; signorũ. Vnde & ideo ponitur, si fieri potest: quia electi perire non possunt, sed citò resipiscẽtes cordis errorem religione coércebunt: scientes prædictum à domino esse, vt dum hoc fecerint aduersarii, nõ conturbentur sancti. Iam mira facturus est prodigia, & signa, dũ venerit Antichristus: vt etiã electis quoddã cordis gignatur scrupulũ, quod tam citò exuperet in illis ratio, pro qua scient in deceptione reproborũ, & electorum probatione eadẽ fieri signa, in quo tẽpore per patientiã glorioſi erunt sancti, nõ per miracula, sicut sancti martyres fuerũt priores: illi enim & persecutores sustinuerunt, & faciẽtes prodigia. Proinde & durius bellũ sustinebunt: quia non solùm contra persequẽtes, sed etiã contra miraculis coruscantes dimicaturi sunt. Grauius sub Antichristi temporib⁹ cõtra Ecclesiam deseruiet synagoga. quàm in ipso aduẽtu saluatoris Christianos esset persecuta. Dum in martyres diabolus iam exercuerit magnã crudelitatem etiam ligatus: crudelior tamẽ erit sub Antichristi temporibus, quãdo etiam erit soluendus. Nam si tanta ligatus facere potuit, quanta solutus faciet? Quantò propinquius finem mũdi diabolus videt, tantò crudelius persecutiones exercet. Vt quia se cõtinuò damnandum conspicit, socios sibi multiplicet, cum quibus gehennæ ignis addicatur. Quantò breue tempus videt diabolus sibi restare, vt dãnetur, tantò in magna persecutionis ira mouetur, diuina iustitia permittente, vt glorificẽtur iusti, sordidentur iniqui: & vt diabolo durior crescat damnationis sententia

Quòd ante diem iudicij, etiam electi casuri sint in aduentu Antichristi. Cap. XCIIII.

Grego. in suis mor. lib⁹ dicit.

IN DIEBVS eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror. Tanta enim tũc cõtra iustos iniquitate

effrenabitur, vt etiam electorum corda non paruo pauore feriantur. Vnde scriptum est: Ita vt in errorem inducátur, si fieri potest, etiam electi. Quod videlicet dicitur, non quia electi casuri sint, sed magnis terroribus trepidaturi. Tunc verò contra eum certamen iustitiæ, & nouissimi electi habere narrantur, & primi: quia scilicet & hi qui in fine mundi electi reperiuntur, in morte prosternendi sunt, vt illi etiam qui à prioribus mundi partibus processerunt, Enoch scilicet, & Helias ad medium reuocantur & crudelitatis eius sæuitiã in sua adhuc mortali carne passuri sunt. Huius vires in tanta potestate laxatas nouissimi obstupescunt, & primi metuunt: quia licet iuxta hoc quod spiritu superbiæ subleuatur, omnem temporalem eius potestatem despiciant, iuxta hoc tamen quòd ipsi adhuc in carne mortali sunt, in qua cruciari temporaliter possunt, ipsa quæ foriter tolerãt, supplicia perhorrescunt, ita vt in eis vno eodemq; tẽpore, & constantia ex virtute sit, & pauor ex carne. Quia & si electi sunt, vt tormentis vinci nequeant, per hoc tamen quòd homines sunt, & ipsa metuunt tormenta qui vincunt.

De Antichristo. Caput XCV.

Grego. in suis mora lib⁹ dicit.

VIdet enim quòd in fine mundi sathan hominem ingrediens, quem sacra scriptura Antichristũ appellat, tanta elatione extollitur, tanta virtute principatus, tantis signis & prodigiis in sanctitatis ostẽsione se eleuat, vt argui ab hominibus eius facta nõ valeant: quia cum potestate terroris adiunguntur, etiam signa ostensę sanctitatis. Et ait: Quis arguit coram eo viam eius? Quis videlicet hominum illum increpare audeat: cuius visum ferre pertimescit? Sed tamen eius viam non solum Helias & Enoch, qui in eius exprobatione ad mediũ perducuntur, sed etiam omnes electi arguunt, dum contemnunt, dum virtute mẽtis eius malitiæ resistunt.

Item de Antichristo. Cap. XCVI.

Grego. in suis mora lib⁹ dicit.

HOC loco homo humana sapiens dicitur, sed cùm plus sint omnes, quàm innumerabiles, quærendũ nobis est, cur ante se innumerabiles, & post se omnes trahere dicatur, nisi quòd antiquus hostis reprobum tũ hominem ingressus, cunctos quos carnales inuenerit, sub suæ iugum

ditionis rapit,qui & nunc priusquam appareat,innumerabiles quidem,non tamẽ omnes carnales trahit. Quia quotidie carnali opere ad vitã multi reuocantur,atque ad statum iustitiæ,alii per breuem, alii verò per longam pœnitentiam redeunt:& nunc innumerabiles rapit, cùm falsitatis suæ stupẽda hominibus signa non exhibet:cùm verò coram carnalium oculis miranda eis prodigia fecerit,post se tunc non innumerabiles,sed omnes trahit: quia qui bonis præsentibus delectantur,potestati illius se absque retractione subiiciunt.Sed,sicut præfati sumus: quia plus est omnem hominum quàm innumerabiles trahere,cur prius dicitur,quia omnem trahit: & post in augmento innumerabiles subiiciuntur?Ratio nanque expetit, vt prius quod minus est,& post in augmento quod maius est, diceretur. Sed sciendum,quia in hoc loco plus fuit innumerabiles dixisse,quàm omnes. Post se enim omnem hominem trahit: quia in tribus annis & dimidio,omnes quos in studiis vitę carnalis inuenerit,iugo suæ damnationis astringit. Ante se verò innumerabiles traxit:quia per quinq; milia,& adhuc amplius annorum curricula, quanuis carnales omnes trahere minimè potuit,multò tamen plures sunt in tã longo tempore hi quos ante se innumerabiles rapit, quàm omnes,quos in tam breui tẽpore rapiendos inuenerit Bene ergo dicitur,post se omnem hominẽ trahit, & ante se innumerabiles:quia & tunc minus tollet,cùm omnes tulerit:& nunc amplius diripit,cùm corda omniũ nõ inuadit.

Quòd in nouissimis omnes Israelitæ per prædicationem Heliæ conuerti debeant. Cap XCVII.

SED extremò Israëlitæ omnes ad fidem cognita Helię prædicatione concurrunt,atque ad eius protectionem quem fugerant,redeunt:& tunc illud eximium multiplici aggregatione populorum conuiuium celebratur. *Grego. in suis mora lib⁹ dicit.*

De hoc cur in hac vita sæpius bonis malè sit, & malis bene. Cap. XCVIII.

CVM valde occulta sint diuina iudicia,cur in hac vita nonnunquã bonis malè sit,malis bene: tunc occultiora sunt, cùm & bonis hic bene est,& malis malè. Nam cùm bonis malè est,malis bene,hoc fortasse deprehenditur: quia & boni si qua deliquerunt, hic recipiunt, vt ab *Grego. in suis mora lib⁹ dicit.*

æterna plenius damnatione liberentur. Et mali bona, quæ pro hac vita faciunt, hic inueniunt, vt ad sola in posterum tormenta pertrahantur. Vnde & ardenti in inferno diuiti dicitur: Memento fili, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. At cũ bonis hic bene est, & malis malè: incertum valde fit, vtrum boni idcirco bona accipiant, vt prouocati ad aliquid melius crescant, an iusto latentique iudicio hic suorum operum remunerationem percipiant, vt à præmiis vitæ sequentis inanescant. Et vtrũ malos idcirco aduersa feriant, vt ab æternis suppliciis corrigendo defendant: an hic eorum pœna incipiat, vt quãdoque cõplenda, eos ad vltima gehennę tormenta perducat.

Quòd etiam omnes infideles resurgere debeant ad tormenta, non ad iudicium. *Cap. XCIX.*

Grego. in suis mora lib⁹ dicit.

RESurgunt verò etiam omnes infideles, sed ad tormẽtum, non ad iudicium. Non enim eorum tunc causa discutitur, qui ad conspectum districti iudicis, iam cum damnatione suæ infidelitatis accedunt. Professionem verò fidei retinentes, sed professionis opera non habentes, redarguuntur vt pereant. Qui verò nec fidei sacramenta tenuerunt, increpationem iudicis in extrema examinatione non audiunt: quia præiudicãtur infidelitatis suæ tenebris, eius quem despexerant inuectione redargui nõ merentur. Illi saltem verba iudicis audiũt, qui eius fidei verba tenuerũt: isti in damnatione sua æterni iudicis, nec verba percipiunt: quia eius reuerentiam, nec verbo tenus seruare maluerunt. Illi legaliter pereunt: quia sub lege positi peccauerunt: istis in perditione sua de lege nihil dicitur: quia nihil legis habere conati sunt.

Quòd omnes homines resurgere debeant. *Cap. C.*

Augustꝰ dicit.

OMnium hominum erit resurrectio. Si omnium erit, ergo omnes moriuntur, vt mors in Adam data, omnibus eius filiis dominetur: & maneat illud priuilegium in domino, quod de eo specialiter dicitur, non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Hanc rationem maxima patrum turba tradente suscepimus. Verùm, quia sunt & alii æquè catholici, & eruditi viri, qui credunt animam in corpore manẽte, immutandos ad corruptionem, & im-

mortalitatem eos qui in aduentu domini viui inueniendi sunt, & hoc eis reputari pro resurrectione ex mortuis, quod mortalitatẽ immutatione deponant nõ mortem, quolibet quis acquiescat modo non hæreticus, nisi inconuentione hæreticus fiat. Sufficit enim in ecclesiæ lege, carnis resurrectionem credere fieri ce morte.

De eadem re. Caput CI.

QVòd autem dicimus in symbolo, in aduentu domini viuos & mortuos iudicandos, non iustos tantùm ac peccatores iudicari, sicut Diodorus significari putat: sed viuos eos qui in carne inueniẽdi sunt dicit. Quia adhoc morituri creduntur, vel immutandi, sicut alij volunt: vt suscitati continuo vel reformati à mortuis iudicentur. *Itẽ Aug.*

Quòd angeli apostatæ, & impij homines post tormenta quasi supplicijs expurgati, non iustorum societati donentur. Caput CII.

POst resurrectionem & iudicium, non credamus resurrectionem futuram, quam origenes delirat, vt dæmones vel impij homines, post tormenta quasi suppliciis expurgati, vel illi in angelicam qua creati sunt redeant dignitatem, vel iniusti iustorum societate donentur, eo quod hoc diuinæ conueniat pietati, ne quid ex rationabilibus pereat creaturis, sed quolibet modo saluentur. Sed nos credamus ipsi iudici omnium, & retributori iusto qui dixit: Ibunt impij in supplicium æternum, iusti autẽ in vitam æternam: vt percipiant fructum operum suorum. Et iterum: Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. *Itẽ Aug.*

Quòd resurrectio fieri debeat in ætate perfectæ iuuentutis, quæ profectu non indigeat. Cap. CIII.

INchoatio pacis sanctorum est in hac vita non perfectio. Tunc autem erit plenitudo pacis, dum ad Dei contemplationem absorta carnis infirmitate conualuerint. Resurrectio mortuorum, vt apostolus ait, in virum perfectum in mensurã ætatis plenitudinis Christi futura est: In ætate scilicet iuuẽtutis quę profectu nõ indiget, & abſq; inclinatione defectus in perfectione ex vtraque parte & plena est & robusta. Quãuis nũc filiorum Dei nomine homines fideles *Ex dictis Isidori.*

vocentur: tamen ex eo quod hanc seruitutem corruptionis patiuntur, adhuc iugo seruitutis addicti sunt: accepturi plenam filiorum Dei libertatem, dum corruptibile hoc induerit incorruptionem. Nunc Deus per speculum agnoscitur: in futuro autem quisq; electus facie ad faciem præsentabitur, vt ipsam speciem contempletur, quam nunc per speculum videre conatur. In hac vita electorum numerum ad dexteram pertinentium, & reproborum qui ad sinistrá ituri sunt, ecclesiam Dei compleri: in fine autem seculi zizaniam à frumento disiungi.

Quòd districtus iudex ad iudicium veniens peccatorẽ videat, vt feriat, non vt saluet. Cap. CIIII.

Gregor. in suis moral. dicit.

IN iudicium quidem dominus veniens peccatorem videt vt feriat, sed non videt vt ad largiendam salutis gratiam recognoscat. Culpas examinat: & vitã pereuntiũ ignorat.

Quòd Deus ad iudicium veniat ad feriendum videns, & ad saluandum non videns. Cap. C V.

Gregor. in suis moral. dicit.

DIstrictus iudex ad iudicium veniet, & ad saluandum non videns, ad feriendum videns: quia quem in præsenti vita dispensationis suæ miseratione non respicit, respiciendo postmodum per iusticiam extinguit. Nunc enim peccator quisque dum non metuit, & viuit, & blasphemat & proficit: quia scilicet misericors creator quem expectãdo vult corrigere, aspiciendo non vult punire: Sicut scriptum est: Dissimulans peccata hominũ propter pœnitẽtiã. Sed tunc peccator cùm respicitur non subsistit: quia cũ districtus iudex merita subtiliter inquirit, res ad torméta nó sufficit. Quanuis hoc etiam iustorum voci cogruit: quorũ mens semper solicita venturo examini intendit. Omne enim quod agunt metuunt, dum cautè considerant, ante quantum iudicem stabunt. Intuentur potentiam illius magnitudinis, & pensant quanto reatu constricti sunt propriæ infirmitatis. Enumerãt mala proprii operis, & contra hæc exaggerant bona gratiæ conditoris. Considerãt praua quæ districtè iudicet, bona opera quàm subtiliter penset: & perituros se absque ambiguitate præsciunt, si remota pietate iudicentur. Quia hoc ipsum quoque quòd iuste videmur viuere, culpa est, si vitam nostram cum iudicat, hanc apud se diuina misericordia non excusat.

Quòd in die iudicij, duo ordines in quatuor diuidantur. Caput CVI.

DVæ sunt differentię vel ordines hominum in iudicio, hoc est, electorum & reproborum. Qui tamen diuiduntur in quatuor. Perfectorum ordo vnus est, qui cum Deo iudicat, & alius qui iudicatur. Vtrique tamen cum Christo regnabunt. Similiter ordo reproborum pariter in duo: dum hi qui intra ecclesiam sunt mali, iudicandi sunt, & damnandi. Qui verò extra ecclesiam inueniendi sunt, non sunt iudicandi, sed tantùm damnandi. Primus igitur eorum ordo qui iudicantur, & pereunt, opponitur illi ordini bonorum de quo sunt qui iudicantur & regnant. Secundus ordo eorum qui non iudicantur, & pereunt, opponitur illi ordini perfectorum qui sunt hi qui non iudicantur, & regnant. Tertius ordo eorum qui iudicantur & regnant: illi ordini contrarius est de quo sunt qui iudicantur & pereunt. Quartus ordo eorum qui non iudicantur & regnant: opponitur illi contrario ordini qui illi sunt qui non iudicantur & pereunt. Gemina punitur sententia impius: dum aut hic pro suis meritis mentis cæcitate percutitur ne veritatem videat, aut dum in fine damnabitur, vt debitas pœnas exoluat. *Ex dictis Isidori.*

Quòd liber vitæ sit ipsa visio aduenientis iudicis: quia quicquid quis fecerit, ipso viso statim intelliget. Caput CVII.

LIbri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris. Liber nanque vitæ est ipsa visio aduenientis iudicis. In quo quasi scriptum est omne mandatum: quia quisquis eum viderit, mox teste conscientia quicquid non fecit intelligit. Libri etiam aperti referuntur: quia iustorum tunc vita conspicitur, in quibus mandata cœlestia opere impressa cernuntur. Et iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris: quia in ostensa vita iustorum, quasi in expansione librorum, legunt bonum quod agere ipsi noluerunt: atque eorum qui fecerunt comparatione damnantur. Ne ergo vnusquisque tunc videns eos, quod non fecit defleat, nunc in eis quod imitetur, attendat, quod quidam facere non cessant. *Gregor. in suis moralib. dicit.*

De gloria sanctorum post iudicium. Cap. CVIII.

Ex dictis Isidori. NOn faciet in futurum cor miserum iustorũ compassione damnatorum condolendi affectio, vbi tantùm erit sanctorum de Dei contemplatione gaudium, vt tristitiæ nullus tribuatur introitus Sicut comparatus color cãdidus nigro colori fit pulchrior: ita & sanctorum requies comparata damnationi malorum glorioſior erit. Sicut iustitia iniustitiæ, sic virtus vitio. Cresçit ergo sanctorũ gloria: dum debita damnantur impij pœna. Post resurrectionem sanctis in carne promissa est cœlorum ascensio, dicẽte ad patrem Christo: Volo vt vbi sum ego, & ipsi sint mecum. Si enim membra capitis sumus, & vnus in se, & in nobis est Christus, Vtique vbi ipse ascendit, & nos ascensuri sumus.

Quòd finito iudicio incipiat esse seculum nouum, & terra noua. Caput CIX.

Ex dictis eiusdem. VT ait B. Augustinus, peracto finitoque iudicio, tunc esse desinet hoc cœlum, & terra: quando incipiet esse cœlum nouum, & terra noua Mutatione nanque rerum, nõ omni modo interitu transibit hic mundus. Vnde & Apostolus dicit: Preterit enim figura huius mundi. Figura ergo præterit, non natura.

Contra eos qui dicunt si post factum iudicũ erit conflagratio mundi, vbi tunc esse potuerint sancti, qui non contingantur flamma incẽdij. Cap. CX.

Ex dictis eiusdem. HAnc quæstionem beatus Augustinus dissoluit. Quæret, ait, forsitan aliquis, si post factum iudicium iste mundus ardebit, antequam pro illo cœlum nouum & terra noua reponatur, eo ipso tempore conflagrationis eius, vbi erunt sancti, cùm eos habentes corpora in aliquo corporali loco esse necesse sit. Possumus respondere futuros esse eos in superioribus partibus, quo ita non ascendat flãma illius incendij, quemadmodum nec vnda diluuij. Talia quippe illis erunt corpora, vt illic sint vbi esse voluerint. Sed nec ignem conflagrationis illius pertimescent immortales atque incorruptibiles facti, sicut viuorum trium corruptibilia corpora atque mortalia in camino ardenti illæsa viuere potuerunt.

FINIS LIBRI XX.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IN Dei nomine, ego Aribo Moguntinæ sedis Archiepiscopus, quanuis indignus, cum cæteris confratribus nostris, & coëpiscopis, Burchardo Vvormacienſi, Vverēhario Argentino, Brunone Augustenſi, Ebethardo Babenbergenſi, Meginhardo Vvircenburgenſi, ſynodum in ſalegunſtat. condiximus. Anno dominicę incarnat. M. XXIII. Indict. V. II. Idus Auguſt. Anno autem domini Henrici ſecundi, regnantis, XXI. Imprij verò, VI. quatenus cum communi confratrum prædictorum conſilio, atque conſultu, multimoda diuinorum officiorum atque ſynodalium legum componeretur diſſenſio, & diſparilitas noſtrarum ſingularium conſuetudinum, honeſta conſenſione redigeretur in vnum. Ideoque propter illas lamentabiles diſſenſiones, communi decreto concilij, hæc capitula ſancita ſunt.

De abſtinentia carnis, & ſanguinis, in ſubſcriptis temporibus. Caput I.

VT xiiii. dies omnes Chriſtiani ante feſtiuitatem S. Ioannis Baptiſtæ in abſtinentia ſint carnis & ſanguinis, niſi infirmitate impediente, aut alicuius feſti ſollennitate quæ in illo epiſcopio celebris habetur intercedente. Ita nte Nati. domini ſimiliter. Et in vigilia Epiphaniæ. Et in omnium vigiliis apoſtolorum. Et in vigilia aſſumptionis ſanctæ Mariæ, Et in vigilia ſancti Laurentij, necnon etiam in vigilia omnium ſanctorum adiicientes prædictis vigiliis vnam horā refectionis, excepta infirmitatę, & niſi aliquis ſit, qui proprio voto maiori abſtinentia vti velit. *In concilio in ſalegunſtat habito.*

De cuſtodiendo ieiunio IIII. temporum. Cap. II.

DE incerto autem ieiunio, IIII. temporum hanc certitudinem ſtatuimus, vt ſi Calen. Mar. in iiii. feria, ſiue antea euenerint, eadem hebomada ieiunium celebretur. Si autem Kalen. Mar. in v. feriam aut vi. aut Sabbatum diſtenduntur, in ſequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoque modo ſi k al. Iunij in iiii. feriā, aut anteà euenerint, in ſubſequente hebdoma ieiunium celebretur. Et ſi in v. feriam aut vi. aut ſabbatum contigerit, ieiunium in iii. hedoomadam reſeruetur, & hoc ſciendum eſt, *Ex eodē concilio.*

quod si quando ieiunium mensis Iunij in vigilia pentecostes secundum prædictam regulam euenerit, non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada sollenni pentecostes, & tunc propter sollennitatem spiritus sancti, diaconi dalmaticis induãtur, & Alle. cantetur, & flectamus genua non dicatur. Eodem modo de septembris ieiunio constitutum est, vt si Kal. Sep. in iiij. feria euenerit, aut antea, ieiunium in iii. hebdomada celebretur, & si in v. aut vj. aut sabbato contigerit, in iiij. hebdomada ieiunandum erit. In decembr. illud obseruandum erit, vt proximo sabbato ante vigiliam natalis domini celebretur ieiunium: quia si vigilia in sabbato euenerit simul vigilia & ieiunium celebrare non conuenit.

Quibus temporibus legitima conubia prohibenda sint. Caput III.

Ex eodẽ concilio. DE legitimis autem coniugiis ita visum est, quòd nullus Christianus vxorem ducere debeat ab aduentu domini, vsque in octauas Epiphaniæ, & à lxx. vsque in octauas Paschæ, nec in supra notatis quatuordecim diebus ante festiuitatem Sancti Ioannis Baptistæ, neque in prædictis ieiuniorum diebus, siue in omnium sollemnium dierum præcedentibus noctibus.

Vt presbyter qui post gallicantum bibat, nisi necessitas cogat, sequenti die Missam celebrare non audeat. Cap. IIII.

Ex eodẽ. DEcretum est etiam in eodem concilio, vt presbyter alĩquis qui post gallicantum æstiuis noctibus bibens, proximo die Missam non celebret, hyemantibus similiter, nisi necessitas cogat.

Vt presbyter non amplius quàm tres Missas in die celebret. Cap. V.

Item ex eodem. ITem decretum est, vt vnusquisque presbyter in die non amplius quàm tres Missas celebrare præsumat.

Vt nemo corporale ad extinguendum incendium in ignem proiiciat. Cap. VI.

Ex eodẽ. COnquestum est etiam in sancto concilio de quibusdam stultissimis presbyteris, vt quando incendium

videant, corporale dominico corpore consecratum, ad extinguendum incendium temeraria presumptione in ignem proiiciant. Ideoque decretum est sub anathematis interdictione, ne vlterius fiat.

De hoc si duo inculpati fuerint in adulterio, & vnus negat, alter profitetur, quid inde faciendum sit. Cap. VII.

INterrogatum est, si duo in adulterio inculpati fierent, & vnus profiteretur, & alter negaret, quid inde agendum esset. Decretum est etiam à sancto concilio, vt ille qui negauerit, probabili iudicio se expurget, & qui professus fuerit, digne pœnitentiam agat. *Ex eodē.*

Vt nemo gladium in Ecclesiam portet. Cap. VIII.

DEcretum est etiam in eodem concilio, vt nemo gladium in Ecclesiam portet, regali tantùm excepto. *Ex eodē.*

Ne mala colloquia in Ecclesia, aut in atrio Ecclesiæ fiant. Caput IX.

STatuit etiam sancta synodus, vt mala consuetudo quæ apud omnes penè iam inoleuit, omnino prohibeatur, hoc est, quod colloquia sua in atrio alicuius Ecclesiæ constituunt habenda, & tunc ea in ipsa maxima exercent Ecclesia, vbi orationes & diuina tantùm fieri æquum est officia. *Ex eodē.*

De Euangelio, In principio erat verbum, & missis peculiaribus, ne fiant non suis temporibus. Caput X.

QVidam etiam laicorum, & maximè matronæ habent in consuetudine, vt per singulos dies Euangelium. In principio erat verbum, & missas peculiares, hoc est, de sancta trinitate, aut de sancto Michaële, & ideo sancitum est in eodem concilio, vt hoc vlterius non fiat, nisi suo tempore, & nisi aliquis fidelium audire velit pro reuerentia sanctæ trinitatis, non pro aliqua diuinatione: & si voluerint vt sibi missæ cantentur, de eodem die audiant missas, vel pro salute viuorum, aut pro defunctis. *Ex eodē.*

De computatione consanguinitatis. Cap. XI.

Ex eodē concilio. QVidam etiam generationem consanguinitatis ita volunt numerare, vt frater & Soror sint primi, Hoc autem statuit sancta synodus sicut etiam ab antiquis patribus decretum est, vt ita non essent, sed vt nepos, & neptis, id est filius fratris, ac filia Sororis primi habeantur.

Aedificia laicorum in atrio Ecclesiæ non ponantur. Caput XII.

Ex eodē. STatutum est etiam vt ædificia laicorum, quæ Ecclesiis adiuncta sunt, auferantur, & nulla in atrio Ecclesiæ ponantur nisi tantùm presbyterorum.

Vt nullus laicus presbytero Ecclesiam suam commendet sine licentia Episcopi sui. Caput XIII.

Ex eodē. ITem decretum est, vt nullus laicorum alicui presbytero suam commendet Ecclesiam, præter consensum episcopi, sed eum prius mittat suo episcopo, vel eius vicario, vt probetur si scientia, ætate, & moribus talis sit, vt sibi populus Dei commendetur.

Si duo de adulterio accusati fuerint, quid inde faciendum sit Cap. XIII.

Ex eodē. STatuit quoque sancta synodus, si duo de adulterio accusati fuerint, & ambo negauerint, & orant sibi concedi, vt alterum illorum vtrosque diuino purget iudicio, si vnum in hoc deciderit, vt ambo rei habeantur.

Vt bannitum ieiunium ab omnibus diligentissimè obseruetur. Cap. XV.

Ex eodē. DEcretum est etiam, vt omnes bannitum ieiunium, in quocunque episcopio celebratur, diligentissimè obseruent, & si quis illarum viij. interdictarum rerum aliquam redimere voluerit, vnum pauperem prout sua facultas erit, eadem die reficiat.

De illis qui Romam ituri sunt. Cap. XVI.

DEcreuit quoque sancta synodus, vt nullus Romam eat, nisi cum licentia sui episcopi, vel eius vicarij.

Vt carina non diuidatur pœnitenti.
Caput XVII.

ET illud sub anathemate præceptum est, vt nullus presbyterorum cuiquam pœnitenti carinam diuidere præsumat, si infirmitas non interuenerit.

De illis qui pœnitentiam à sacerdotibus accipere nolunt. Cap. XVIII.

QVia multi tanta mentis suæ falluntur stultitia, vt in aliquo capitali crimine inculpati, pœnitentiam à sacerdotibus suis accipere nolunt, in hoc maximè confisi, vt Romam euntibus apostolicus omnia sibi dimittat peccata, sancto visum est concilio, vt talis indulgentia illis non prosit, sed prius iuxta modum delicti pœnitentiam sibi datam à suis sacerdotibus adimpleant, & tunc Romam ire si velint, ab episcopo proprio licentiam, & literas ad apostolicum ex iisdem rebus deferendas accipiant.

Vt omnis pœnitens dum carinam suam ieiunat, de loco ad locum non migret.
Caput XIX.

DEcretum est etiam in eodem concilio, vt omnis pœnitens dum carinam suam ieiunat, de loco in locum non migret, sed ibi permaneat vbi suam acceperit pœnitentiam, vt proprius sacerdos sibi præbeat testimonium: si autem sibi propter hostiles insidias ieiunare non poterit, suus sacerdos eum confratrum suorum alicui, vbi pacificè possit ieiunare, diligentissmè commendet.

Vt nullus prebyter quenquam pœnitentem in Ecclesiam introducat. Cap. XX

INeodem quoque concilio decretum est, vt nullus presbyterorum quenquam nisi iussu episcopi Ecclesiam introducere præsumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat.

QVOMODO INITIANDA sit Synodus.

HOra cõueniẽti, qñ Episcopo vel eius vicario visum fuerit, oẽs expellãtur de Ecclesia, obsecratis foribus cun

tis, ad vnam ianuam per quam sacerdotes ingredi oportet ostiarij stent, & sella ponatur in medio, & super eam sacræ reliquiæ, & plenarium cum stola, ponantur. Deinde conuenientes presbyteri omnes intrent, & secundum ordinationis suæ tempus resideant. Post hos ingrediantur diaconi probabiles, quos ordo popoſcerit interesse. Exinde introducantur laici bonæ conuersationis. Tunc ingrediatur episcopus si voluerit, vel si necessitas exegerit, & si non aderit episcopus, eius vicarius eadem faciat.

Synodum ingrediens ipse, vel eius vicarius, primùm salutet clerum, & populum, & versus in orientem mediocri voce dicat.

DEus humilium visitator, qui nos fraterna dilectione consolaris, prætende societati nostræ gratiam tuam, vt per eos in quibus habitas, tuum in nobis sentiamus aduentum. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Tunc procedens diaconus cum subdiacono & cum thuribulo, & cum ceroferariis duobus, legat Euangelium.

CVm esset sero die illo vna sabbatorum & fores essent clausæ.

Deinde dicat pontifex vel eius vicarius.

SAncta Maria, & omnes sancti, & electi Dei intercedite pro nobis peccatoribus ad dominum Deum nostrum, vt mereamur ab eo adiuuari, & protegi, & sanari. Qui viuit & regnat in secula.

Postmodum duabus vicibus dicat.

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina:

Tunc tertiò iterum dicat.

Deus in adiutorium meum intende.

Clero respondente.

Domine ad adiuuandum me festina, cum Gloria patri, & Kyrieleison, & Pater noster cum precibus istis.

Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.
Adiuua nos Deus salutaris noster.
Esto nobis domine turris fortitudinis.
Domine exaudi orationem meam.
Dominus vobiscum. Oremus.

EXaudi nos Deus salutaris noster,& dies nostros in tua pace dispone,vt à cunctis perturbationibus liberati, tranquilla tibi seruitute famulemur. Per dominũ nostrum Iesum Christum.

Deinde pro vniuersis ordinibus,necnon pro statu Papæ,& antistitis eiusdem sedis,dicant istos Psalmos.

Miserere mei Deus secundũ magnam misericordiã tuã.
Deus in nomine tuo saluum me fac.
Miserere mei Deus,miserere mei.
Deus misereatur nostri. Et Pater noster,cum precibus.
Sacerdotes tui induantur iustitia.
Memento congregationis tuæ,
Saluos fac nos domine Deus noster.
Vt confiteamur nomini sancto tuo.
Adiutorium nostrum in nomine domini.
Domine exaudi orationem meam.
Dominus vobiscum. Oremus.

OMnipotẽs sempiterne Deus, cuius spiritu totũ corpus Ecclesiæ sanctificatur & regitur,exaudi nos pro vniuersis ordinibus supplicantes, vt gratiæ tuæ munere, ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per dominũ.

Deinde dicat.

DEus omnium fidelium pastor & rector, famulũ tuum quem pastorem Ecclesiæ tuæ præesse voluisti,propicius respice,da ei quæsumus verbo & exẽplo quibus præsit proficere, vt ad vitam vna cum grege sibi credito perueniat sempiternam. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

His expletis septem Psalmos pœnitentiæ decantent. Cum Kyrieleison. Et Pater noster,cũm precibus istis.

Ego dixi, domine miserere mei.
Conuertere domine vsquequo.
Fiat misericordia tua domine super nos.
Domine exaudi orationem meam.

Dominus vobiscum. Oremus.

DIes nostros quæsumus domine placatus intende, propriterque nos, & à peccatis absolue propitius, & à cunctis eripe benignus aduersis. Per dominum.

Post hæc verò egrediantur omnes, exceptis presbyteris, & ceteris idoneis clericis, factoque silentio, pontifex, vel eius vicarius dicat hanc orationem.

Dominus vobiscum. Oremus.

ADesto nobis quæsumus domine sancte spiritus, peccati quidem immanitate detẽtis, sed in nomine tuo specialiter aggregatis, veni ad nos, & dignare illabi cordib⁹ nostris, doce nos quid agamus, quo gradiamur ostẽde, quid efficiamus operare, esto salus, & suggestor, & effector iudiciorum nostrorum, qui solus cum Deo patre, & eius filio nomen possides glorioſum: non nos patiaris perturbatores iustitiæ esse, qui summæ veritatis diligis æquitatem, vt in siniſtrum nos non ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris vel personæ corrũpat, sed iunge nos tibi efficaciter solius tuę gratiæ dono, vt simus in te vnum, & in nullo deuiemus à vero: quatenus in nomine tuo collecti, sic in cũctis teneamus cum moderamine pietatis iustitiam, vt & hic à te in nullo dissentiat sententia nostra, & in futuro pro bene gestis, cõsequamur præmia sempiterna. Per.

Tunc Diaconus codicem canonum in medium proferens capitula de Conciliis agendis pronunciet, id est, ex Concilio Toletano. Finitisque titulis, & cunctis in ordine sedẽtibus hæc admonitio Episcopo, vel, si voluerit, à Diacono legatur.

ECCE sanctissimi fratres præmissis Deo precibus fraternitatẽ vestram cum pia exhortatione conuenio, & per diuinum nomen obtestor, vt ea quę à nobis de Deo, & sacris ordinibus, vel nostris moribus vobis fuerint dicta, cum summa reuerẽtia perficere intẽdatis. Quòd si forsitan aliquis nostrum aliter quàm dicta fuerint, senserit sine aliqua

scrupulo contentionis, in nostrum omnium copulatione ea ipse de quibus dubitauerit conferenda reducat: qualiter Deo mediante, aut doceri possit, aut doceat. Deinde vos similili obtestatione coniuro, vt nullus vestrum in iudicando, aut personam accipiat, aut quolibet fauore, aut munere pulsatus à veritate discedat. Sed cum tanta pietate quicquid cœtui se iudicandum intulerit retractatè, vt nec discordans contentio ad subuersionem iustitiæ inter nos locum inueniat, nec iterum in perquirenda æquitate vigor nostri ordinis, vel solicitando tepescat.

Post hanc exhortationem quisquis clericorum velit conferat querelam. Et admonendi sunt vt nullus ad synodum veniat non ieiunus, vel à cœtu communi secedat, antequam generalis secessio adueniat. Et sic quoque synodus primi diei soluatur.

Secunda die, quando Episcopus, vel eius vicarius synodum ingreditur, in loco suo stans dicat.

Dominus vobiscum Oremus.

DEus qui nobis in famulis tuis præsentię tuæ signa manifestas, mitte super nos spiritum charitatis, vt in aduentu fratrum conseruorumq; nostrorum, gratia nobis tuæ largitatis augeatur. Per.

Postea legatur euangelium ita vt in priori die.

DEsignauit dominus, & alios septuaginta duos.

Deinde dicat Episcopus, vel eius vicarius, preces sicut in priori die.

SAncta Maria, & omnes sancti, & sic cætera.

Tunc omnes prostrati decantent Psalmos istos pro regis nostri, & aliorum sui regni primatuum sospitate.

Domine quid multiplicati sunt qui tribul.
Exaudiat te dominus in die tribulat.
Deus auribus nostris audiuimus.
Cum Kyrieleison, & pater noster, cum precibus istis.
Domine saluum fac regem.
Esto ei domine turris fortitudinis.

ſaluum fac populum tuum domine.
Fiat pax in virtute tua.
Exurge domine adiuua nos.
Domine exaudi orationem meam.
Domine Deus virtutum conuerte nos.

Dominus vobiſcum. Oremus.

DEus regnorum omnium, & Chriſtiani maximè protector imperij, da ſeruo tuo regi noſtro triumphum virtutis tuæ ſciẽter excolere, vt qui tua conſtitutione eſt princeps, tuo ſemper munere ſit potens. Per. Oremus.

PRætende domine famulis tuis dexteram cœleſtis auxilij, vt toto corde perquirant, & quæ dignè poſtulant, conſequi mereantur. Per.

Deinde pro infirmis, & pro ſalute totius eccleſiæ iſtos Pſalmos decantent.

Beatus qui intelligit.
Dominus refugium.
Domine Deus ſalutis meæ.
Cum Kyrieleiſon & Pater noſter, cum precibus iſtis.
Caſtigans caſtigauit eos dominus.
Nihil proficiat inimicus in eis.
Exurge domine adiuua nos.
Domine exaudi orationem meam.

Dominus vobiſcum. Oremus.

DEus infirmitatis humanæ ſingulare præſidium, auxilij tui ſuper infirmos famulos, & famulas tuas oſtende virtutem, vt ope miſericordiæ tuæ adiuti, eccleſiæ tuæ ſanctæ repræſentari mereantur. Per.

Poſteà legatur à Diacono Homelia Gregorij, incipiente verſu iſto.

MEſsis quidem multa, vſque patres eſſe minimè recognoſcunt.

Tunc ſi clerici querelam nõ habent conferendam, laici intromittantur: Illis etiam audientibus, lectio Nicæni Concilij recitetur.

IVdices, non niſi ieiuni leges & iudicia diſcernant.

Quisquis ex laicis habeat querelam proferat. Et synodus secundæ diei sic soluatur.

Tertia die cùm Episcopus, aut eius vicarius vt in cæteris diebus synodum ingreditur, dicat.

Dominus vobiscum. Oremus.

PRotege domine quæsumus nos famulos tuos subsidiis mentis & corporis, & spiritalibus enutriens alimentis, propitius redde securos ab hostibus vniuersis. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Et post hoc legatur Euangelium.

CIrcuibat Iesus ciuitates, & castella.

Deinde pro fidelibus defunctis istos Psalmos decantent.

Verba mea auribus percipe domine.
Domine ne infurore tuo. minorem.
Ad te domine leuaui animam meam.
Cum Kyrieleison, & Pater noster, cum precibus istis.
Requiem æternam dona eis domine.
In memoria æterna erunt iusti.
A porta inferi. Dominus vobiscum. Oremus.

INueniant quæsums domine animæ famulorum famularumque tuarum, omnium in Christo quiescentium lucis æternæ consortium: qui in hac luce positi tuum consecuti sunt sacramentum. Per dominum nostrum.

Post hæc pro irreligiosis istos Psalmos decantent.

Ad te domine clamabo.
Benedicam dominum.
Deus venerunt gentes.
Cum Kyrieleison, & Pater noster, cum precibus istis.
Fiat pax in virtute tua.
Ostende nobis domine misericordiam tuam.
Deus tu conuersus viuificabis nos.
Domine exaudi orationem meam.
Dominus vobiscum. Oremus.

DEus qui infideles deseris, & iustè indeuotis irascceris, populum tuum quæsumus ad te conuerte propitius, vt qui te per duritiam irreligiosę mętis semper offendunt: ad

sancta officia promerenda, tuæ miserationis gratia inspirante conuertas. Per dominum nostrum.

Si quæ sint quæstiones vel querelæ conferantur, Et sic synodus tertiæ diei soluatur.

Quarta verò die Episcopus synodum ingrediens sic procedat vt primùm portentur ante eum candelabra cum cæreis incensis, quæ sequatur Subdiaconus portans Euangelium, duæ cruces hinc & inde. Deinde Diaconus. Postremùm Episcopus Episcopalibus indutus vestimentis, & cappa, ingrediatur, Et ingressus in sede sua stans dicat.

Dominus vobiscum. Oremus.

NOstrorum tibi domine curantes genua cordium, quæsumus vt bonum quod in nobis à te requiretur exæquamur, scilicet, vt prompta tecum solicitudine gradientes, discretionis arduæ subtile iudicium faciamus, ac misericordiam diligentes clareamus, studiis tibi placitæ actionis. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Posteà solito more legatur Euangelium.

REspiciens Iesus discipulos suos dixit Simoni Petro. Si peccauerit.

FINIS.


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN